This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 3433 08161527 4

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

ORPHICA

CVM NOTIS

H. STEPHANI A. CHR. ESCHENBACHII

I. M. GESNERI TH. TYRWHITTI

RECENSVIT

GODOFREDVS HERMANNVS

ASTOR LIBRARY
NEW-YORK

LIPSIAE

SVMPTIBVS CASPARI FRITSCH

CIↃIↃCCCV

Digitized by Google

Digitized by Google

ORPHICA

PARS PRIMA

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

Digitized by Google

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

Digitized by Google

PRAEFATIO EDITORIS.

Si mea sponte eligendus mihi fuisset scriptor, in quo edendo operam meam collocarem, in quemcumque alium facilius, quam in Orpheum incidissem. Sed quum C. Fritschius diuenditis Gesneriani Orphei exemplis noua editione opus esse intelligens, me, vt eam curarem, rogasset: quamuis molestum negotium, vt viro honestissimo satisfacerem, detrectare nolui. In hoc scriptore edendo qua ratione versatus sim, paucis indicandum est. Atque etsi intelligebam plurima, quae Gesnerus, timidus senex, et Latini quam Graeci sermonis peritior, attaliisset, sine cuiusquam detrimento omitti posse: seruandas tamen et huius et Eschenbachii adnotationes duxi omnes, ne, si quid meo arbitratu deleuisse viderer, desiderium excitaretur superioris editionis. Versiones tantummodo Argonauticorum et Lithicorum, a Gesnero factas, omisi, quae, nisi correctae, inutiles, correctae autem pueris tantum vtiles videbantur. Scaligeri versionem hymnorum, quae haud raro, quam ille probauerit

Digitized by Google

lectionem, indicat, seruandam censui. Argonauticorum versionem adieci, quam fecit Latinis versibus Cribellus, praestantissimo codice vsus: quae versio veteris codicis instar est. In Lithicis Thomae Tyrwhitti, doctissimi viri, notas addidi omnes. Ruhnkenius quae ad Orpheum contulit, nunc ipsis eius verbis repetii, nunc tantummodo commemoraui. Praeterea Schneiderus, qui nuper Argonautica edidit, etiam de hac mea editione optime meritus est. Hic vir, in quo par doctrinae humanitas est, quum vltro, quae collegisset, se mihi concessurum significasset, misit exemplum Orphei Gesneriani, cui quum aliorum, tum suas emendationes adscripserat. Hinc, maxime in hymnis, non pauca lectores correcta animaduertent. In Argonauticis quidem non potui, quin aliquoties ab eo dissentirem: in quo opere: quum festinantius versatus esse videatur, factum est, vt nec variis lectionibus vbique fides haberi possit, et in notis quaedam negligeret. Variae quidem lectiones codicum e Schneideri editione hauriendae mihi fuerunt, praeterquam vbi vel a Gesnero vel ab Ruhnkenio indicatae erant. Codices Augustanos ipse olim diligentissime contuleram. Hi codices ab eadem manu, eaque recentissima scripti, vno volumine continentur, quod est in indice Reiseri p. 69. n. 45. Quo in volumine scripti sunt versus priores 137 Argonauticorum; de-

Digitized by Google

inde poſt alia quaedam ſcripta leguntur priores Argonauticorum verſus 305. Lectiones horum codicum ex perantiquo et optimae notae libro ductas eſſe ex eo intelligitur, quod fere cum codice Voſſiano conueniunt. Voſſianus enim et Moſcovienſis, quem Matthaeius Ruhnkenio donauerat, a quo Schneiderus et ego Ruhnkenianum vocauimus, tam etiam Vindobonenſis, optimi ſunt et antiquiſſimi codices. Inferiorem ordinem tenent Pariſienſis, Vratislauienſis, Askewianus. In eumdem cenſum veniunt veteres editiones, quae cunctae ex editione principe fluxerunt. Editiones has, principem dico, quae Florentiae edita eſt a. 1500. Aldinam a. 1517. Iuntinam a. 1519. Cratandrinam a. 1523. ipſe inſpexi, quarum Florentinae principis vſum e bibliotheca Gottingenſi Heynius, Iuntinae e Dresdenſi Electoris Saxoniae bibliotheca Dassdorfius, vterque ad adiuuandas litteras paratiſſimus, mihi conceſſerunt. Hae edd. litteris P. A. I. C. in variis lectionibus indicantur. Quaedam lectiones harum editionum, ſub ipſo textu omiſſae, vbi plerumque varias lectiones ex iis a Geſnero notatas adſcribere ſatis habebam, in addendis, ne quis eas deſideraret, adiectae ſunt.

Textum Argonauticorum, Hymnorum, et Lithicorum, ita, vt corrigendus mihi videbatur, refinxi. In Argonauticis quidem, corruptiſſimo opere, ſi quid fortaſſe audacius mutatum videa-

Digitized by Google

tur, aequi lectores non modo multitudinem vitiorum et magnitudinem reputabunt, sed illud etiam recordabuntur, haud paullo difficilius esse, malum, quam bonum scriptorem emendare. In Hymnis multa non monito lectore correxi, sed indicata vbique lectione vulgata. Lithica quum iam essent typis descripta, legi Ioannis Tzetzae exegesin in Homeri Iliadem, quae adhuc inedita exstat in codice Homeri bibliothecae Paulinae. Ibi complures versus Lithicorum, qui in editionibus corrupti legebantur, emendatissime scriptos vidi, ita vt, quae Tyrwhittus aliique coniectura assequuti erant, nunc certissima auctoritate firmare liceat. Hos igitur versus, quos in illo scripto attulit Tzetzes, in addendis huic praefationi subiunctis commemoraui. Aliquanto minorem curam fragmentis adhibui, quorum in obscuritatem me implicare non operae pretium ducebam. Addidi tamen hic illic aliquid, maxime ex illa Tzetzae exegesi in Iliadem, seruata codicis scriptura. Facillime enim pleraque a quocumque emendari possunt: idque tacens feci in indice fragmentorum. De fragmentis Ἔργων καὶ ἡμερῶν Orphei qui disputauit, Lenzius, (vide *neues Magazin für Schullehrer von Ruperti und Schlichthorst* II. 2. p. 359. seq.) non vicit, vt carmen istud diuersum esse a Maximi poemate credam. Indicem Gesneri plurimis vocabulis auxi. Alios indices, vt, quae in

Digitized by Google

commentariis dispersa sunt, facile inueniri possent, addidi.

Pauca adiiciam de quibusdam rebus, quae ad orthographiam spectant. Litteram ν paragogicam in fine versuum, etiam vbi aberat ab libris, adscripsi, quemadmodum olim censui faciendum in libro I. de em. rat. Gr. gramm. p. 22. Quam rationem etiam Wolfio in nouissima Iliadis editione placuisse video. Causa, quare ita scribi debeat, late patet. Nunc quidem satis habeo haec duo commemorare. Vnum, cuiusmodi alia inueniuntur multa:

κλῦθί μευ, αἰγιόχοιο Διὸς τέκος, ἤτε μοι αἰεὶ
ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστασαι.

Non dixit αἰέν. Alterum, versus antistrophicos a tragicis maximam partem longa syllaba terminari, exclusa ancipiti, quae, si quid video, non nisi certis conditionibus admittitur: quas si dicam erui posse ex Aristot. Problem. XIX. 15. vereor, ne id perpauci intellecturi sint. Sed haec persequi non est huius loci.

In accentibus sicubi a grammaticorum doctrina discessi, sciens feci: cui rei argumenta alibi dicta sunt. Cur, qui aliis in rebus, vt in originibus verborum quaerendis, grammaticos deserimus, non idem audeamus in accentibus? in quibus quae ratio grammaticis placet, saepenumero quum aperte falsa est, tum etiam ad

Digitized by Google

ambiguitatem vitandam incommoda, vt Iliad. XXIII. 663.

αὐτὰρ ὁ νικηθεὶς δέπας οἴσεται ἀμφιπύπελλον·

quod Attici sermonis est, quum Homerici sit αὐτὰρ ὃ νικηθείς.

Contraria ratio est interpunctionis. In qua vellem magis obtemperassem antiquis: quod quantum referat, nuper summus criticus in praefatione ad nouissimam editionem Homeri, vt solet, paucis multa complexus docuit. R. Porsonus, quem non latuerunt veterum de hac re praecepta, si eo animum aduertisset in iis, quae in praefatione ad secundam editionem Hecubae de quinto pede trimetri tragici disputat, multum lucis attulisset rei aliter inextricabili.

Caeterum Orphica tractanti non erat praetereunda illa disputatio, quae est de aetate horum carminum, praesertim quum haec controversia a doctis viris summa cum contentione agitata esset. Ac constitueram de hac re in ipsa praefatione ad hanc Orphicorum editionem differere explicatius: vnde semel et iterum, v. c. ad Lith. 594. lectores ad praefationem ablegaui. Sed textu iam impresso, quum intelligerem, primum volumen, si tantae amplitudinis praefatio accederet, ad nimiam magnitudinem auctum iri, mutato consilio hanc omnem disputationem adieci alteri volumini. Itaque lectores de hac re admonitos volui.

Digitized by Google

ADDENDA ET CORRIGENDA.

ARGONAVTICA.

Meminerint lectores de multis Argonauticorum locis ſecundum ordinem verſuum disputari in diſſertatione de aetate iſtius carminis p. 811 — 826.

VI. 1. In var. lectt. adde: Παρνασίδα P.

4. In V. L. dele aut Pr. aut P.

9. Aliud exemplum, in quo ὁτόταν indicatiuo iunctum eſt, exſtat in Analect. Brunck. T. III. p. 144. X. ὁπότόταν ἔντεα ταῦτα θεὸς πόρεν ἀνέρι τῷδε. Cod. Vat. ὅσσοτ' ἄν. Loquitur Helenus de armis Achilli a Minerua datis. Scribe:

τὶ ῥίγιον ἔσσεται ἄλγος
αἰνομόροις Τρώεσσι, καὶ Ἕκτορι, καὶ γενετῆρι,
ὅσσομ', ὅτ' ἔντεα ταῦτα θεὸς πόρεν ἀνέρι τῷδε.

20. Scribe ἔασιν.

25. Corrige ὄργιά τ'.

33. Ἐδάην defendi poſſe putabat Burgeſſius ad Daweſii Miſc. crit. p. 495. Male.

36. In not. p. 20. a. l. 5. a fine ſcribe παιδάκρυτ'.

58. In not. p. 24. b. l. 21. poſt δολερόν adde: ESCH.

67. Lege τεκτήνατο.

81. In V. L. adde: Μινύεσσι P.

87. In V. L. adde: ἀταρπιάς P.

92. Erraui de vocabulo λιτός, quod hac ſignificatione, quam Heſychius atque alii grammatici memorant, apud Pindarum exſtat Olymp. VI. 132. Pyth. IV. 385. Neglexeram enim locum Alexandri Aetoli apud Athenaeum VII. p. 296. quem opportune mihi per litteras indicauit Schneiderus:

Digitized by Google

ἦν ἠελίῳ Φαέθοντι
ἐν μακίρων νήσοισι λιτὴ φύσι εἴαρι γαῖα.

H. Stephanus in indice Thesauri λιτὴν γαῖαν in hoc Alexandri versu putat incultam terram significare. At metrum repugnat. Neque enim λιτός, tenuis, prima breui legisse memini, nisi apud Nonnum Dion. XVII. 59. si lectio sana est. Videtur Alexander pariter atque Orpheus λιτὴν γαῖαν ab aliquo antiquiore poeta accepisse, et fortasse ab illo, cuius verba λιτὴ χθὼν apud Hesychium exstant, apud quem quidem corrupte legitur λιτήχθων. Sed nisi aliquid turbatum est in Hesychio, male is explicationis caussa addit: ἀπὸ τῆ προσκυνεῖσθαι καὶ λιτανεύεσθαι. Orphei locus, aeque vt Alexandri, longinquam terram intelligi postulat. Quare adducor, vt λιτὸς obsoletum vocabulum esse putem, deductum ab λίω, remoueo, vnde λιάζειν et λίαν, proprie longe significans, deriuata sunt.

Vs. 115. Lege ϛεῖνον.

130. In V. L. adde: χαονίκην ὑποφῆτὸν PAI. χαονίκην ὑτὸ φῆγὸν C.

140. In V. L. post Aug. vterque adde: PAIC. ἀντεπόρησε vulgo.

141. In not. p. 39. a. l. penult. lege Teleontis.

181. Vitiosa lectio τρηχείην non in τρηχεῖαν, ne vltima syllaba metrum corrumpat, sed aut in τρηχαλέην, aut in τρηχεινὴν mutanda est. Suidas: τραχεῖα καὶ τραχεινὴ ὁδὸς ἡ αὐτή, ἠγῶν τραχεῖα. Ita αἰτὺς et αἰτεινός.

206. Lege Ταιναριεύς.

218. In V. L. pro προλιπον τ' δ' ἰήθεα Iunt. scribe: προλιπόντ' ἰδ' ἤθεα PAIC.

221. In V. L. post Aug. a. adde: PAIC.

224. In not. p. 53. a. extr. post a. v. λ. adde: Ita

240. In textu dele comma post ἐχλίζειν. In V. L. adde: ἐφημοσύναισινόο P. ἐφημοσύναι σινὸ AI.

245. Dele comma post ἕκασος.

Digitized by Google

Vſ. 263. In nota p. 61. a. l. 25. poſt Schneiderus adde: Exempla vide ad hymn. LXXVIII. 4. quibus adde Heſiod. Theog. 826.

265. In V. L. ſcribe: Ante Geſn. ἔργα προλιτοῦσα.

272. In V. L. adde: Δὲ abeſt PAIC.

280. In V. L. pro cod. ante Steph.] ſcribe: edd. ante Steph.

296. Lege ἀπερρόθησαν.

314. In not. adde: πλεκτοῖς ἐν ταλάροισιν Iliad. XVIII. 568. Odyſſ. IX. 247.

344. Similiter Paullus Silentiarius Ἐκφρ. templi S. Soph. I. 198.

καὶ δὴ νὺξ τετέλεστο προηγέτις εὐπόδος Ἠοῦς.

355. Vulgatam lectionem, quae in textu eſt, ita corrigi velim: οἳ δ' αὐτίχ' ὁμοφροσύνῃ κατένευσαν. In V. L. pro numero 335 repone 355.

378. In V. L. ſcribe editum.

379. In V. L. adde: ἀθρῆτε PAIC.

420. Adde Nonn. XLIV. 84. εἰς φόνου ἀναθέος νόον ἀνέρος οἶνος ἐγείρει.

464. In V. L. adde: ἐναύλα vulgo.

478. In V. L. adde: ἀμφανδὸν P.

494. De lapide perforato, ad quem naues alligabantur, adde Nonnum III. 48.

495. In V. L. lege: Sed ἐνθάδε iam PAIC.

504. Rara eſt contractio litterarum εων in vnam ſyllabam in genitiuis, vbi praecedens ſyllaba breuis eſt. Sed ita tamen ἑλίσσων Iliad. XXIII. 112. Idem iam obſeruaui de genitiuo ſingularis numeri in lib. I. de em. rat. Gr. gramm. p. 33.

542. In V. L. adde: παραστάτυμα PAI.

550. In V. L. adde; ὑπερχθονίοισι PAIC.

571. In V. L. pro Ald. Crat. lege PAIC.

579. Pro ἔμμεν' lege ἔμμεν.

599. Proba forma eſt μήρινθα, quam v. 1102. inconſiderate in μέρμιθα mutaui. Sic Homerus πείρινθα.

Digitized by Google

VI. 606. Lege *εὐοίνοις*. In V. L. lege: Vulgo *μεμίξαντο εὐοινίσοις ἐπὶ λοιβαῖς*.

630. In V. L. post Wrat. adde: Sic etiam PAIC.

631. In not. p. 121. b. l. 8. lege *νηὸν*.

633. In not. p. 122. a. l. 9. adde: cum.

661. In V. L. pro 651. lege 661. et post Wrat. adde: PAIC.

675. In not. p. 127. b. l. 21. adde: cum.

677. In V. L. adde: *Καὶ* ante *ὀπωπότας* abest in PAIC.

681. Lege *δρύμα*.

714. In not. p. 133. a. l. 19. lege *ἐπεκλώσαντο*. Adde Quint. X. 331. *ὡς γάρ οἱ ἐπέκλωσαν Διὸς αἶσα*. XI. 140. *ἕνεκα Μοῖραι μακρὸν ἐπ' ἀμφοτέροισι βίοι τέλος ἐκλώσαντο*. Antip. Sid. ep. 70. *ἐκλώσασθε ἀοιδῷ*. Epigr. 66. in Huschkii Analect. crit. p. 299. *τοὶ ἐπεκλώσαντο*.

728. In V. L. post Ruhnk. adde: PAIC.

729. Lege *ἐπανισσόμεθ'*.

731. In V. L. lege *κεχᾶσθαι*.

734. Vide p. 793.

745. In not. p. 140. a. l. 23. lege *Μόσσυνας*.

751. Quintus V. 77.

ἀμφὶ δ' ἄρ' ὑδρηλοί τε καὶ αὐθαλέες λειμῶνες.

783. In V. L. adde: *Μηθαίας* vulgo.

789. Vide p. 755.

796. In V. L. adde: *δὲ ἕκλυζε* PAIC.

864. Nonnus quidem et reliqui huius classis poetae *πάϊς*, etiam quum breuis est vltima, dixerunt. Vt certa exempla afferam, vide Nonn. Dionys. IX. 231. epigr. incert. 673, 8. Itaque etiam in Nonni Dion. IX. 167. X. 134. et alibi, et in poematis, quae inter *σύμμικτα ἡρωϊκὰ* in Analectis Brunckii sunt n. 22, 4. 32, 3. 6. *πάϊς* bisyllabum seruari debet. Sic etiam in lyrico quodam fragmento apud Hephaest. p. 47. De Homero, vt ego sentiebam, ita placet etiam Wolfio in praefatione ad nouissimam editionem p. 71. Tametsi dubitare coepi, an in

Digitized by Google

Iliade certe παῖς semper duabus breuibus syllabis diceretur. Nam non solum quidam sunt loci, in quibus παῖς contractum in vnam syllabam aliquid de elegantia numerorum detrahit, vt IX. 57. XI. 389. XIII. 54.

ἦ μὴν καὶ νέος ἐσσί, ἐμὸς δέ κε καὶ παῖς εἴης,
ἐκ ἀλέγω, ὡς εἰ μὲ γυνὴ βάλοι ἢ παῖς ἄφρων,
Ἕκτωρ, ὃς Διὸς εὔχεται ἐρισθενέος παῖς εἶναι·

sed in tanta locorum multitudine, in quibus hoc nomen occurrit, nullus est, qui παῖς in arsi; nullus, qui in fine versus habeat; paene etiam dicam nullus, in quo, si totum vocabulum in thesi est, non sequatur vocalis. Ex quo genere vnum proferam exemplum, VIII. 271.

αὐτὰρ ὁ αὖτις ἰὼν, παῖς ὡς ὑπὸ μητέρα, δύσκεν,

ne quis huic loco plus, quam par est, tribuat. Nam etiam si licebat παῖς vna syllaba pronunciare, non dixisset poeta ὡς παῖς. Necessario contractum παῖς in Iliade bis tantum inuenitur, VII. 44. XXI. 216.

τῶν δ' Ἕλενος, Πριάμοιο Φίλος παῖς, σύνθετο θυμῷ,
εἴ τοι Τρῶας ἔδωκε Κρόνου παῖς πάντας ὀλέσσαι.

Quibus addi forsitan potest XIV. 346.

ἦ ῥα, καὶ ἀγκὰς ἔμαρπτε Κρόνου παῖς ἦν παράκοιτιν.

Aliter in Odyssea, in qua non modo in thesi contractum legitur παῖς XVIII. 174. XIX. 86. sed etiam in arsi IV. 817. VII. 300. XVIII. 215. XIX. 530. et vocatiuus XI. 552. Quid ergo? Tantumne tribuemus his locis, qui in Iliade contractum habent παῖς, vt id aeque Homericum ac πάϊς esse credamus, an, quemadmodum ἐὺς duabus breuibus syllabis legitur Iliad. XIII. 246. 691. XXIII. 528. 860. 888. ita Κρόνου πάϊς ἀγκυλομήτεω, et quae sunt huic exemplo similia, tamquam magis Homerica, probabimus? Equidem in hanc partem inclino, vt πάϊς vtraque correpta praeferendum putem. Paucorum enim locorum, qui e contraria parte stant, non potest magna au-

Digitized by Google

ctoritas esse in tanta perturbatione Homericorum carminum. Et omnino, si de constantia et aequabilitate in vsu verborum apud Homerum quaeritur, ea triplex est; vna cuiusque poetae, cuius carmina Homericis operibus intexta sunt; secunda poetarum illorum omnium, vel maioris certe partis eorum; tertia grammaticorum. Sic forsitan grammaticis debetur, quod nusquam in Homero ἔπω reperitur: qua forma quum recentiores epici interdum vtantur, videndum est, vtrum eam, vt alia quaedam, e grammaticorum doctrina, an ex antiquioribus poetis hauserint: vt fortasse hic versus,

ὄφρ' εἴπω, τά μοι θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει,

non indigeat fabuloso auctore. In hoc igitur genere quum mirificas turbas tum diascuastae tum grammatici excitauerint, artem criticam in quibusdam rebus etiam vltra Alexandrinos progredi posse arbitror, non vt continuo textum mutare audeat, sed vt certe, quae non sint Homerica, demonstret. Quid enim? Quantumuis mutatum et a pristina specie diuersum acceperimus Homerum, pleraque tamen integra et genuina sint necesse est: quia aliter neque omnino Homerum haberemus, neque ingentem illam discrepantiam, quae non modo in dictione, quo nomine plura quam vsum quorumdam verborum comprehendimus, sed in rebus ipsis, in conformatione poeseos, in toto colore carminum, alicubi etiam in ipso consilio poetarum est, notare possemus. Quae si vera sunt, non laderet fortasse criticus, qui male diuulsas partes nectere, et, soluta, quae nunc est, rhapsodiarum compage, pristinam carminum formam indicare conaretur. Nam vt in antiquis statuis, qui in hoc genere versati sunt, facile dignoscunt, si vel ab alio artifice aliquid adiectum, vel amissum membrum alii statuae impositum est, ita quidni in Homero, si eum accurata lectione cognitum habeas, nec mutationes, ἀθετήσεις, ἀπορίας grammaticorum, aut opportune monita apud scholiastas et Eustathium fastidiosius contemnas, aliquando etiam, sed rarius, digamma Aeolicum, quo nimirum solo non

Digitized by Google

expugnabitur Ilium, ſpectes; quidni igitur iis quidem in locis, qui non ſunt nimiis mutationibus perturbati,

inuenias etiam disiecti membra poetae?

Sed abeſſe debet a tali quaeſtione pariter inanis hariolatio, atque indecora dubitandi ambiguitas. Sic quaedam, quae nunc inepta, frigida, diſſona ſunt, apta, grauia, concinna videbuntur. Quantum lucis magnae parti Iliadis afferri poterat, ſi vel de hoc verſu,

βέβληταί δὲ καὶ Εὐρύπυλος κατὰ μηρὸν ὀϊστῷ,

quae operae pretium erant, disputarentur. Quod exemplum praetuli aliis, quia quae diligentes Homeri lectores ſponte vident, eximie confirmantur quum conſenſu grammaticorum in obſeruatiuncula quadam ad XVI. 25. tum praecipue quadam memorabili adnotatione ſcholiaſtae Veneti ad eum locum, bis terue ad alios etiam Euſtathii.

Vſ. 868. In not. p. 161. b. l. 18. poſt Prolegom. ad Hom. adde: p. 247.

901. Pro ταῖσι lege τῇσιν.

902. Pro περὶ lege πέρι.

914. Lege ἔν, et ſic etiam v. 917.

922. Pro ἐπὶ lege ἔπι.

923. In V. L. lege: ἰδὲ vulgo pro καί.

941. Vide p. 793. In V. L. adde: ὡς κέ νιν vulgo.

959. Lege ἀδύτοιο.

964. Lege ἔπι τε.

966. In V. L. pro φιτρῆσιν lege φιτροῖσιν.

972. Ἀίσσασαι defendi poſſe cenſebat Burgeſſius ad Daweſ. Miſc. crit. p. 495.

984. In not. p. 183. b. l. a fine 6. dele numerum 317.

1005. In V. L. poſt Ruhnk. adde PAIC.

1009. In V. L. poſt Pariſ. adde PAIC.

Digitized by Google

Vf. 1029. In V. L. lege: ἀλλά ἑ P. et inde a Stephano.

1031. Lege πορείην pro πορείαν, quae vulgata est.

1050. In V. L. adde: μήσαντο vulgo.

1054. In V. L. lege ἀπλώτοισι et ἀπλάτοισι.

1060. Lege Τιτῆν. In V. L. adde: ἅπτορε P. ἔπτορε AI.

1079. Lege Φέρεσιν.

1084. In V. L. post Ruhnk. adde: PAI.

1102. Vide supra ad v. 599.

1115. In V. L. adde: μυνὸς PAI.

1130. In V. L. adde: ἐπισχιάουσα μεσημβρινὸν P. ἐπισχιάζουσα μεσημβρινὸν AIC.

1135. In V. L. adde: δείναισι PAIC.

1139. Lege σχερόν. In notis p. 208. b. l. 3. lege ϝχερόν.

1142. In V. L. adde: ἠρήρηται PAIC.

1143. Lege ἕν. In V. L. adde: αὐ δὲ PAIC.

1146. Lege οἵ εἰσι.

1158. Lege ἓκ.

1160. In V. L. adde: πονείατο PAIC.

1165. Numerus in margine 1065. debet esse 1165.

1179. In V. L. adde: ἦ μεν PAI.

1191. In V. L. pro AI. lege PAI.

1193. In V. L. post Ruhnk. adde: PAIC.

1199. Vide p. 793.

1213. Aeaeam insulam Circes memorat etiam scriptor de viribus herbarum v. 188.

1218. Lectionem a nobis repositam habuisse videtur Cribellus.

1222. In nota ad h. v. pro 1222 lege 1222.

Digitized by Google

Vs. 1248. In V. L. ante Crat. adde: PAI.

1250. In not. p. 227. a. l. 7. 8. lege Promuntorium.

1256. In V. L. lege: Λιλύβηον PAIC. Wrat.

1258. Vide p. 793.

1262. In V. L. lege: αὐτόθι κατέσχεν edd. ant.

1264. In V. L. lege ἀλάλητο.

1270. Lege οἳ.

1276. In V. L. lege: ἄκεϊ Aſk. PAIC.

1299. Lege ἴκανεν.

1303. Falſum eſt, quod in nota ad h. v. dixi, κραίνειν, *imperare*, cum genitiuo tantum dici. Is tragicorum vſus eſt. Datiuo iungit noſter v. 477. 722. Ἰθυσίνῃσι noſter etiam v. 1239. ἰθυσύνῃ Nicander Ther. 346. ἰθρείῃσι Quintus XIII. 38. Neſcio tamen an melius ſcribatur, τοῖσιν δ' ἄρ' ἐπιφροσύνῃσι. Certe ἐφημοσύνῃσιν et ἐπιφροσύνῃσιν permutata inueniuntur apud Apollon. Rhod. IV. 1115.

1332. Lege γυναιξίν.

1352. Adde πείσματα λυσάμενοι apud Leon. Tarent. 89. coll. 88.

1358. In V. L. dele verba: ὅσσα τ' vulgo.

HYMNI.

Εὐχὴ v. 32. In V. L. adde: τε abeſt vulgo.

III. 3. In V. L. adde: κυανανγὴ P.

7. In V. L. adde: ὑμνοδότειρα P. Ibidem κυχανγὴς P.

VIII. 6. In V. L. adde: ῥοιζωτὴρ P.

8. In V. L. adde: μάσιγι λιγυρῇ etiam P.

IX. 2. In V. L. adde: νυκτιδρόμα vulgo.

9. In V. L. dele P. poſt Aſk. et repone P. ante Ald.

Digitized by Google

X. 22. Quum notam ſcriberem ad hunc verſum, non memineram Procli, qui ῥύμα a ῥύω *fluo* deductum, prima breui poſuit in hymn. I. 4.

ὑψόθεν ἁρμονίης ῥύμα πλύσιον ἐξοχετεύων.

Omiſſum hoc vocabulum eſt in lexicis, pariter ac νεόῤῥυτος, a ῥύω, *traho*, deriuatum, et proinde penultimam longam habens. Vtitur eo vocabulo Aeſchylus in Agamemnone v. 1362. quem locum male intelligunt interpretes.

28. In V. L. adde: τάδε μένη τεύχεις PAL

XI. 12. In V. L. lege: κεράτες PAI.

XII. 16. In V. L. adde: ἐπίπεμπε etiam P.

XIV. 11. In V. L. adde: φιλόδρομε vulgo.

XV. 4. In V. L. lege: ὑψηχέες vulgo.

XVII. 7. In V. L. adde: ἔλαμες P.

9. In V. L. poſt Aſ. adde P.

XVIII. 13. Ἀποσπάδιον ſubſtantiuum, ſi locus vitio careret, eſt in Philippi epigr. 20.

15. In V. L. poſt Aſ. adde P.

XIX. 22. In V. L. pro: 21 Vulgo omiſſus lege: 22. vulgo omiſſus.

XXV. 4. In V. L. adde: τά τε ὄντα vulgo.

6. In V. L. poſt Voſſ. adde P.

XXVI. 11. In V. L. adde: σὺν ὀλβίοισιν vulgo.

XXIX. 16. In V. L. poſt Aſ. adde P.

XXX. 5. In V. L. poſt Aſ. adde P.

XXXI. 2. In V. L. poſt Aſ. adde P.

XXXV. 3. In V. L. adde: λαμῶσα P.

XXXVIII. 14. In V. L. ante Ald. adde P.

XLI. 1. In V. L. adde: Ἀνταία vulgo.

6. In V. L. adde: λαμῶσα P.

XLV. 5. Pro θυρσαχθὴς aliquando in mentem veniebat legere θυρσαυχής. Sed cum MSS. Regii et alii apud

Digitized by Google

Gesnerum θυρσεχθὴς habeant, sic potius corrigam: θυρσεγχὴς, βαρύμηνι, τετιμένε πᾶσι θεοῖσι. Hymn. 51. vs. 11. Παιὰν χρυσεγχής. RUHNK. Parum quadrat χρυσεγχής. Aptius vsus esset Ruhnkenius nomine θυρσέλογχον, quod illustrauit Casaubonus ad Strabonem p. 37. Athenaeus V. p. 200. D. de Baccho: εἶχεν ἐν ταῖς χερσὶ θυρσόλογχον χρυσῶν. Diodorus Siculus IV. 4. de eodem: κατὰ δὲ τὰς στρατείας γυναικῶν πλῆθος περιάγεσθαι, καθοπλισμένων λόγχαις τεθυρσωμέναις. Dionysius Periegetes 1155. ἐφ δὲ σίδηρον θύρσοι μαιμώωντο.

XLVI. 2. In V. L. post Thr. adde PA.

3. In V. L. adde: νυμφῶν vulgo.

L. 9. In V. L. adde: ἀθανάτων ἐπιφαύσκων vulgo.

LI. 7. In V. L. adde: πολύανθοι vulgo.

LIII. 5. In V. L. ante Ald. adde P.

LV. 23. In V. L. adde: ἅρματι vulgo.

LVII. 8. In V. L. pro 7 lege 8. et dele P. atque adde: ὑπνοδώτιρα P. vt fortasse idem sit in Ask.

LXI. 12. In V. L. ante Ald. adde P.

LXIV. 8. In V. L. post Paris. α. adde PA.

LXV. 9. Lege ποθέων.

LXIX. 6. In V. L. lege: ἐπαυάζεσαι vulgo.

9. In V. L. post As. adde: τῶσε P.

LXXIII. 4. In V. L. adde: εἰςέλθῃ PA.

LXXVI. 10. In V. L. ante Καλλιόπη adde: 10. et ibidem post vulgo adde: et P.

LXXVIII. 3. In V. L. adde: θεᾶ Τιτᾶνος· ἀγαυᾶ μεγάλοιο Paris. α. P. A.

LXXX. 4. In V. L. ante Ald. adde P.

LXXXI. 3. In V. L. ante Ald. adde P.

LXXXII. 6. In V. L. ante Ald. adde P.

LXXXIV. 6. In V. L. adde: ἀΐδια PA. vulgo.

Digitized by Google

LXXXV. 6. In nota p. 550. b. l. 6. pro legitur scribe: legerit.

LXXXVI. 3. In V. L. ante Ald. adde P.

15. In V. L. ante Ald. adde P.

LXXXVII. 2. In nota p. 552. a. l. 7. lege ὄσσον.

LITHICA.

Vs. 7—12. affert Tzetzes exegeſ. in Iliad. MS. fol. 7. b. in quibus v. 7. ἀγαλλομένας, quae Tyrwhitti emendatio eſt; v. 9. ἦξεν, v. 11. vbi recte animaduerſum vulgatae lectionis vitium male correxi, veriſſime ταναὴν ὑπὲρ αἰθέρα exhibet.

13. 14. Idem Tzetzes affert fol. 9. b. in quibus χαίροντες ſcriptum, quod ex Ruhnkenii emendatione recepimus.

17. In V. L. pro 16. lege 17.

48—53. Affert idem fol. 22. b. in quibus v. 48. habet ῥοιζέν τε τῆσαι χαμαὶ, et v. 49. ἰὸν, et v. 50. Φῶτα χόλῳ πίπτοντα σελήνης, et v. 52. ταθηπότος, ἦκεν ἐρεμνῇ ἐξ ἄϊδος προμολοῦσα ποτιχρίμπτηται ἑκάστῳ: ex quibus lectionibus certe ποτιχρίμπτηται genuinum puto.

57. Tzetzes ibidem affert fol. 9. b. in quo verſu habet, vt Tyrwhittus emendauit, ὅς τ' ἀφίκηται: et addit: τετέσιν, ὃν καταλήψει γένηται, ὃν Ἑρμῆς ἐδίδαξεν.

63. Tzetzes ibidem affert fol. 16. b.

68—74. Tzetzes ibidem affert fol. 6. b. in ſcholiis. Scholia enim illi opuſculo addidit, pariter vt Antehomericis. Ibi v. 68. exhibet ἀγρῶν, Ruhnkenii coniecturam; v. 70. 71. πεπυσμένον ἡμιθέοισιν ἔργον, ἀργαλέος δὲ καὶ ἀπεχθής; v. 72. ᾧ κεν ἐπωνυμίην λαοὶ τεύξωσι μάγοιο. καὶ ῥ' ὁ μὲν ἐν κονίῃ ἐπ' ὄορι πρατὸς ἀμερθεὶς λευγαλέῳ θανάτῳ διὸς φῶς ἐκτετ.... Verba ἄ δειλοὶ — ἔργον etiam fol. 22. a. et verba ὄλετο δὲ — ἔργον fol. 9. b. eodem modo ſcripta leguntur. Eodem reſpicit fol. 26. a. in his: τὴν δὲ μαγικὴν τὸ πορφύρεον καὶ πρῶτον μέρος ἢ μέλλον γέ-

Digitized by Google

νος ὗσαν τῆς μαντικῆς, Ὀρφεὺς ἀποδύρεται ὡς ἀρίτην μὲν ὗσαν τεχνῶν ἁπασῶν, ἀπολωλυῖαν δὲ κακίαις ἀνθρώπων ἀσόφων καὶ φθονερῶν.

Vſ. 81. Ornantium epithetorum per copulam iunctorum aliud exemplum habet Leonidas Tarent. 14. Sed in Eurip. Phoen. 671. miror patienter tuliſſe criticos languidiſſimam orationem, ἵνα γε νοτὶς ἐπέρχεται γύας Δίρκας χλοηφόρους καὶ βαθυσπόρους. Qui varias lectiones illo in loco diligenter conſiderauerit, aſſentietur mihi, vt ſpero, ita corrigenti:

καλλιπόταμος ὕδατος ἵνα τε
νοτὶς ἐπέρχεται γύας
Δίρκας χλοηφόρους
γᾶς βαθυσπόρου.

Quare ſic, non χλοηφόρου γᾶς βαθυσπόρους ſcribi debeat, intelligent, qui ſermonis poetici rationem cognitam habent. In Medea v. 821. 822. ed. Porſ. bis in hoc genere laborat lectio, verſibus etiam immodulate incedentibus. Satis habeo locum, vt ſcribi debere mihi videtur, apponere:

ὦ τὸ παλαιὸν Ἐρεχθεῖδαι θεῶν
ὄλβιοι παῖδες μακάρων, ἱερᾶς χώ-
ρας ἀπορθήτας ἀποφερβόμενοι
κλεινοτάταν σοφίαν.

Apparet iam, quid ſibi velit optima cod. Florent. lectio ἀπορθήτας. Et magis etiam apparet, ſi quis conſideret Aeſchyli locum in Agam. 1536. quem locum ad iſtos Euripidis verſus emendauit Porſonus. In duobus primis verſibus vulgata lectio manifeſta interpretatio eſt.

91—94. Tzetzes exeg. MS. in Iliadem affert fol. 8. a. nulla cum varietate, niſi quod perperam ὑπὲρ pro ἤπερ ſcriptum. Cauſſa, in qua hoc loco vtitur Tzetzes, oſtendit Argonautica ei, certe quum haec ſcriberet, ignota fuiſſe. Sic enim ſcribit: ὁ δὲ γὲ Ὀρφεὺς ὁμόχρονος ἦν

Digitized by Google

Ἑλένῳ καὶ Ἕκτορι, καὶ τοῖς καθ' ἡλικίαν αὐτῶν, ὡς ἐν τοῖςδε τοῖς ἔπεσιν αὐτὸς ὑποδείκνυσι· μᾶλλον ἐγὼ — (v. 91—94) εἶτα καὶ τῦτον παρεισάγει τὸν Θεσσάμαντα λέγοντα· ἤματα — (v. 360—362) ἐξ ὧν πάντων εὐσύνοπτον δείκνυται, ὅτι ἦν ἐπὶ τῶν Τρωϊκῶν ἢ καὶ μικρὸν ὕστερον. Et paullo post de Lino et Pronapide: ἐδὲ γὰρ ἐνέτυχον τισὶ τέτων ποιήμασι· τῦ δὲ Ὀρφέως πολλὰ μὲν ἐλέχθη μοι καὶ ἔτι λεχθήσεται. Et fol. 7. b. αὐτὸς δὲ ὁ Ὀρφεὺς τὸν Ἡρακλέα ἐπὶ τῇ μαγίᾳ ὑπεραίρων, ἐ μόνον αὐτῦ παλαιότερον, ἀλλὰ καὶ τῦ Κρόνε υἱῦ Διὸς τῦ μάγε σχεδὸν πρότερον ἀποδείκνυσιν, ἐν τοῖς λιθικοῖς αὐτῦ λέγων συγγράμμασιν· τῷ δ' αὐτῷ — (v. 7—12.)

Vs. 169. Vide p. 800.

204. Lege ἔρξεις.

246. Ἄν κεν, animaduersione dignum, apud Homerum legitur Iliad. XIII. 127. et saepius, in formula ὄφρ' ἂν μέν κεν; v. Heyn. ad Iliad. XI. 187.

267. In not. p. 388. l. a fine 7. lege χρήσιμος.

273. In V. L. pro ἔνισε lege ἔνιδε.

354—356. Tzetzes exeg. MS. in Iliadem affert fol. 7. a. in quibus lectiones, quas recepimus, habet, σιδηρίτην, et ἔμψυχον ὀρείτην. Scholion additum, quod mutilum e lacero codice damus: περὶ τῦ σιδηρίτε τέτε λί..... ὀρείτε φησὶν ὁ Ὀρφεὺς ἐν τοῖς ..... ὡς εἴτις ἐπὶ δέκα ἡμέρ..... κῶν συνεσίας ἀγνεύσειε .... λοετρῶν. ἔτι δὲ καὶ ἄψ ..... καὶ ἀποῤῥυπωτηγή .... ἤττοι καθαροῖς σπαργαν ..... περ παιδίον. καὶ ἐπεύχ ..... ἐν καθαρῷ καλλίαν πνία ..... κηρὸς ἢ λυχνίαν, μετ' ἐ ..... ἐρωτήσας, παρ' ἀ ..... ἀνθρωπίνῃ φωνῇ λέγοντος νεο ...., παιδαρίε, περὶ ὧν αὐτ ..... πλὴν φησὶν ὡς ἐάν τις δαλ ..... ῥίψῃ αὐτὸν, μεγάλης ... ἐκιτεύξεται βλάβης ..... γαίως καὶ τληκαρδίως τις αὐτῷ κατακέσειε, λήγοντος ἤδη τῦ λέγειν, προσπελάσας αὐτὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἴδοι ἂν ὥςπερ ἀπονενκρῦ μένον: scribe, ἀπονενκρέμενον.

Digitized by Google

Vſ. 360—362. Tzetzes ibidem affert fol. 8. a. vbi τρεῖς ἐφ' ἑπτὰ βῆς, et, quod repoſuimus, καὶ μίμνειν ἀμίαντον, legitur.

392—396. Tzetzes ibidem fol. 7. a. affert ſine varietate, niſi quod ἀκαμπεσόμης habet.

462. Lege ἔμμεν.

512. Scribendum videtur ἦν τε.

FRAGMENTA.

P. 501. LIII. Habet eadem Photius quoque in Lex. MS. quód, quum iſta imprimerentur, non ad manum erat. Varietatem lectionis Photianae adſcribam. Ἀπόλλωνα τότε καλεῖν γονεῖς αὐτῶν ἐπίσαντο οἱ τότε οἱ ἄνθρωποι. — Φανόδημος δὲ ἐν ω... φησὶν ὅτι μόνοι Ἀθηναῖοι θύουσι καὶ εὔχονται. — Ἀμαλείδην — Πρωτοκρέοντα. — ὁ δὲ ἐξηγητικὸν ποιήσας — φησὶν αὐτὸν εἶναι ὀνόματα δὲ αὐτῶν Κόττον, Βριάρεων, Γύγην.

Orphicis carminibus adnumerandos putat Heerenius tredecim verſus Hermeti tributos apud Stobaeum Ecl. Phyſ. I. 6. p. 174. Aliud fragmentum Orphicum e Proclo, omiſſum in collectione fragmentorum, commemoravit Geſnerus ad hymn. IX. 8.

AD DISSERTATIONEM DE AETATE SCRIPTORIS ARGONAVTICORVM.

P. 688. Quae de differentia numerorum Homeri et Homeridarum dixi, nolim ſic accipi, ac ſi partes eas Homericorum carminum, quae minus cultae atque elaboratae ſunt, omnium antiquiſſimas eſſe putem. Immo has partes ab iis eſſe factas, quos Homeridas vocamus, in iisque a quibusdam negligentioribus, certa euincunt indicia. Sanctum illud Homeri nomen, ſiue id vni debetur, ſeu plures comprehendit, immune eſt ab illa incuria. Itaque

Digitized by Google

non poterunt isto argumento vti, qui Hesiodum ante Homerum fuisse existimant.

P. 696. Parcius, ac debebam, mentionem feci Paulli Silentiarii. Itaque adiiciam nunc, quae praetermissa fuerunt. Apud hunc caesura trochaica in quarto pede inuenitur in his, part. II. Ἐκφρ. templi S. Sophiae v. 311.

ἐκ δὲ κελεύθου
εὐρυτέρης κατὰ βαιὸν ἐς ὀξὺ κόρυμβον ἀνέρπει.

Scribendum videtur ὀξυκόρυμβον. Similiter v. 459.

εἰσὶ μὲν ὀξυκάρηνα, περιτροχάουσι δὲ κύκλοι
εὐρύτεροι κατὰ βαιόν, ἕως ἐπὶ λοίσθιον ἔλθῃς
ἄντυγος.

P. 698. l. penult. pro earum lege eorum.

P. 720. Quum vix in hiatibus numerari dicerem, si longa vocalis vel diphthongus in arsi est ante vocalem, addere debebam, id tamen, si crebro fieret, displicere: veluti,

τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι αὐτοῖσιν ὄχεσφιν.

Disceptabitur aliquando, vt speramus, quid sit, quod Homericus Nestor Homero horridius loquatur, praesertim eo in carmine, in quo non casu excellit Agamemno.

P. 754. Vt in Io. Gazaeo, sic in Paulli Sil. Ἐκφράσει templi S. Sophiae part. II. 51. ἀπονευμέναι ἤθεσι τέχνης legendum. Ibidem v. 351. τὰ pro ἃ scribendum esse quiuis intelligit. Et v. 107. in his,

ἤτινα πεύκην,
οὐκ ἐλάτην ἐνόησεν ἐπαρκέα οἶκον ἐρέψαι,

scribi debet ἐπαρκέας.

P. 756. Neglexi quasdam correptiones ante mutam cum liquida apud Homerum, vt Iliad. XI. 571. ὄρμενα πρόσσω. 696. εἵλετο κρινάμενος. XII. 94. τῶν δὲ τρίτων. 95. Πριάμοιο· τρίτος. XIV. 403. τέτραπτο πρὸς ἰθύ οἱ.

Digitized by Google

468. ὕδεϊ πλῆντ'. XV. 142. ἵδρυσε θρόνῳ. XVI. 193. τῆς δὲ τρίτης. XVIII. 388. φωνήσασα πρόσω. XX. 121, δὲ κράτος. Aliam correptionem Iliad. XVI. 554.

ὦρσε Μενοιτιάδαο Πατροκλῆος λάσιον κῆρ,

in nouissima editione sustulit Wolfius, constantiae caussa, de qua re monuit in praefatione p. 57. Sed hae omnes correptiones sunt in syllaba finali. Rarius aliae syllabae hanc veniam habent, vt prima in Ὀτρυντείδην, Ὀτρυντῆϊ, Ὀτρυντείδη Iliad. XX. 383. 384. 389. Huiusmodi correptio, quam non debebam praeterire, inuenitur Iliad. VIII. 323.

ἤτοι ὁ μὲν Φαρέτρης ἐξείλετο πικρὸν ὀϊστόν,

quae correptio etsi leue, aliquod tamen momentum gravioribus caussis addit, quibus demonstrari posse puto, pugnae illius descriptionem neque ab illo poeta factam esse, qui Aiacis et Hectoris certamen cecinerat, neque ab his, qui, magna nimirum vrgente necessitate, victores Graecos, trepidantibus Troianis, admirabili prouidentia murum condidisse magis indicarunt, quam narrarunt.

P. 762. Plerumque Nonni sectatores hanc correptionem in fine dactyli habent. Et sic Paullus Sil. in Ἐκφρ. S. Soph. I. 39. 260. II. 28. vbi scribendum puto,

πῇ φέρομαι; τίς μῦθον ἀνήρπασε πλαγκτὸς ἀήτης;

154. 161. 236. 239. 296. 365. 379. 388. 399. 461. 524. 572. Sed I. 253. in his, γλεύκια, χρυσεότευκτα, scribendum videtur λευκά. Et II. 470. in his, ἄλλα δὲ πρός, fortasse δὲ poterit omitti, vt v. 475. seq. Quamquam ante πρὸς correptionem saepe admisit, vt II. 154. 161. 171. 173. 265. Particula δὲ omittenda fortasse etiam corrigendus v. 587. Male etiam affectus est versus 76. in parte I.

μυρία καρφομένων ὅτε χεύματα τίξεν ἀναύρων.

Scribe τίξεν. Rarius inuenietur correptio in secunda dactyli syllaba apud hos poetas. Quamquam huius quoque

Digitized by Google

licentiae exempla aliquot exstant in isto Paulli carmine, vt I. 100. 106. 263. II. 60. 171. 173. 245. vbi pro *εἶκε κλαδίσκοις* scribendum *εὖτε κλαδίσκοις*, veluti: vide quae attuli p. 759. Porro v. 265. 522. Alii loci excusationem habent a vocabulis, quae sine correptione versum non ingrediuntur, vt I. 154. 198. (II. 500) II. 52. (314) 202. 343. 415. 518. 585.

P. 774. Tertius ille locus Homeri, in quo *κὲν* correptum ante *οἱ* legitur, est Iliad. XXI. 567.

P. 777. De Aeolica littera in Homero non cogitasse grammaticos, cum primis docent commenta de illo *δαΐς οἱ*, relata ab Eustathio p. 514, 3.

P. 778. Non omittendum est, ex Iliad. V. 338. ab Eustathio p. 552, 38. *τόν οἱ* afferri. Qui quum p. 553, 5. *ὃν* in eodem versu scribit, credi potest suo, non Homeri vocabulo vsus esse, praesertim quum ibi *οἱ* omiserit. Temerarii tamen esset, hoc solo argumento suspicari, istud *τόν οἱ* e veteri quadam lectione manasse. Nam etiam alibi Eustathius Homeri verba afferens poeticis formis vtitur, quum in Homero communes sint, vt paullo post p. 554, 27.

Ibidem. Quum rarissime librarii addant *οἱ*, (vide p. 789. 791. 807.) paene adducor, vt etiam in Odyss. V. 483. codicis Harleiani scripturam verioris lectionis vestigia continere putem, praesertim quum caussa nulla sit, quare aliquis ibi *οἱ* potuerit addere. Locum adscripsi, quemadmodum a poeta profectum suspicor, melius etiam distinctum:

> *ἄφαρ δ' εὐνὴν ἐπαμήσατο χερσὶ φίλῃσιν*
> *αὐρείαν, (φύλλων δέ οἱ ἦν χύσις ἤλιθα πολλή)*
> *ὅσσον τ' ἠὲ δύω ἠὲ τρεῖς ἄνδρας ἔρυσθαι*
> *ὥρῃ χειμερίῃ, εἰ καὶ μάλα πῦρ χαλεπαίνοι.*

Nisi ita interpungitur, quod sequitur *τὴν μὲν ἰδών*, ad *χύσιν φύλλων* referre necesse est; quo omnis narratio perturbatur. Additum reperitur *οἱ* ab Eustathio in Iliad.

Digitized by Google

V. 310. p. 550, 26. ex praua quadam, vt videtur, grammaticorum lectione. Pertinet ad hanc quaestionem etiam Iliad. XV. 469.

P. 799. Apud Quintum III. 733. οἵ de Achille intelligi, et cum ὕπασσε construi, docet Iliad. XXIII. 92.

P. 812. ad v. 13. Λοχεύειν metaphorice apud Paullum Sil. Ἐκφρ. S. Soph. I. 247. II. 225. et ἐκλοχεύειν II. 190.

Ibidem ad v. 57. Optatiuus post praesens apud eundem poetam est I. 176.

P. 814. ad v. 222. Ταρσὸς apud Paull. Sil. Ἐκφρ. S. Soph. II. 363. 397. 446. 581.

P. 816. ad v. 393. Ἠθεσι τέχνης Paull. Sil. Ἐκφρ. S. Soph. II. 51.

Ibidem ad v. 439. Ὑποκλάζειν Paull. Sil. Ἐκφρ. S. Soph. I. 64. 112. Vt Longus hoc verbo tamquam actiuo vsus est, ita passiua forma et significatio occurrit apud Paullum Sil. I. 118. II. 318.

Ibidem ad v. 459. Φᾶρος ἐφαπλώσαντες Paullus Sil. Ἐκφρ. S. Soph. II. 343.

P. 818. Locis e Paulli Ἐκφρ. S. Soph. de correpta prima in καλὸς allatis adde eiusdem carminis II. 291.

P. 820. ad v. 543. Paullus Silentiarius Ἐκφρ. S. Soph. apud Salmasium Exerc. Plin. p. 851. a. (neque enim hoc, et quae idem ibidem p. 495. b. affert, in edito textu leguntur)

ἔνθα σοφῶν ἀνάγεσι θεηγόρα δίνεα βίβλων.

Male δίνεα apud Salm. et in notis Cangii p. 590. in Byzantin. ed. Paris.

Ibidem ad v. 562. Δὲ post secundum vel tertium vocabulum vitare solet Nonni secta. Habet tamen Paullus Silent. Ἐκφρ. S. Soph. I. 180.

Digitized by Google

P. 821. ad v. 614. Verba in adnotatione ad v. 614. scripta: in quibusdam nominibus tamen vsitata haec forma est, vt in χείλεσι, deleri velim. Haec aliud agens addidi, vt patebit regulam consideranti, quae in nota sub textu ad v. 614. proposita est. Spectat autem haec regula ad epicos, in iisque ad antiquos. Quatenus hos sequuti sint lyrici, alius disputationis est. Nisi fallor, apud hos facilius duplicatio litterae σ, vbi simplex apud veteres epicos est, quam contra, inuenietur: cuiusmodi est ἔντεσσιν apud Pindarum Ol. XIII. 28. Χείρεσιν male vulgo legebatur etiam Iliad. XVI. 704. Pro αἴγεσιν Iliad. X. 486. αἴγεσσ', haud scio an rectius, legisse videtur Eustathius, quem vide p. 819, 60. 820, 4.

P. 822. ad v. 722. Antiquos ἐπώνυμος, recentiores Φερώνυμος dixisse iam Eustathio obseruatum ad Hom. p. 776, 48. 1567, 55.

P. 823. ad v. 824. Ἔκποθεν restituendum Paullo Silent. Ἐκφρ. templi S. Soph. II. 398.

Digitized by Google

PRAEFATIO

GE. CHRISTO. HAMBERGERI.

Per aliquot annos auide a viris doctis expectatum opus, in lucem tandem prodit, cuius auctor immortalis, cum mors cita et dira calamum ipsi e manu excuteret, mihi praefandi prouinciam imposuit, et quibus subsidiis instructus ad hoc opus accesserit, explicare iussit. Hoc officio paucis fungi licet. Quod quidem ad auctorem operis, quod Gesneri studio iam cultius editur, attinet, de eo dicere opus non habeo, cum Gesnerus ipse de eo quid sibi videretur, de carminibus, quae nomine eius feruntur, et de vniuerso eorum argumento, in Prolegomenis Orphicis, quae posti hanc praefationem leguntur, sententiam suam copiose, et accurate, vt solebat, expoluerit, eandemque etiam paucis in opere ipso dixerit, e. g. Argon. v. 310. Hymn. 1. Lap. 18. item Arg. v. 420. 856. Illud tantummodo monendum censeo, consilium habuisse Gesnerum, ex historiae Orphicae, et disciplinae variis periodis, et rationibus, dilucidius, quam in Prolegomenis egit, declarare, qui factum sit, vt iam multa Orphei apud veteres mentio esset, carmina tamen ipsa vix ac ne vix quidem veteres scriptis suis intexuerint, et multa praeclara, quo penitius sese in hanc rem penetrauerat, docturus videbatur; sed mors consilium interrupit.

De subsidiis, quibus in ornando, et politius finiendo Orpheo vsus est Gesnerus, haec habeo. Et

Digitized by Google

ea quidem partim scripta sunt, partim impressa. Inter prioris generis primo loco commemoranda est Collatio codicis Vossiani in Bibliotheca Lugduno-Batava extantis. Haec beneficio Viri harum literarum apud Anglos consultissimi, Ant. Askew, M. D. qui illam a. 1745 instituerat, ad Gesnerum peruenit. De aetate Codicis, vt ad Arg. v. 50. patet, Gesnero nihil constabat. Vitiis scribae inquinatissimus est, apertissimis etiam, quae tamen cum aliis minutiis editor, in Argonauticis hunc in finem laboriose enotare sustinuit, vt iis ipsis intelligeretur, lectiones, quas hic Codex probabiles habet, non a correctore esse, non critico ingenio deberi, sed antiquam scripturam servare. Ex hoc Codice multiplex, et salutaris medicina carminibus Orphicis adhibita est, vt quicunque librum euoluerit, facile deprehendet, tam quoad singulas voces, tam integros versus, qui inde auctori suo diu exulantes restituti sunt, Arg. 51. et 1276. Idem Codex habet in margine lectiones quasdam adscriptas, quae, notante Gesnero, plerumque lectionem Eschenbachianam exhibent, non tamen semper, easque dedit Gesnerus v. g. Arg. 396, 455, 476 etc. Quotiescumque igitur in varietate Marginis mentio occurrit, de eo intelligi debet: ipse vero Codex sigla *Voss.* indicatur. Caeterum hic codex carmen de lapidibus non habet. Idem carmen deest in altero codice scripto, quem doctissimus Anglus, cuius nomen supra posuimus, e Graecia secum in Angliam deportavit, et vnus e trecentis variis codicibus est, quibus bibliothecam suam instruxit. Huius itidem lectiones cum Gesnero, vt erat eius valde studiosus, communicauit. In epistola, qua ipsi eas offert, aetatem satis magnam, sed non definitam, tribuit suo codici possessor, et nunquam collatum esse commemorat. Varietates tamen eius minus quam Vossianae ad emendandum textum profuerunt. Sigla *Ask.* hunc codicem designat. Quem *Chiuaeanum* codicem vocat Gesnerus, exemplum est Aldinae editionis, quod

Digitized by Google

ante aliquot annos ex auctione librorum Chiuaeana, apud Batauos habita, in bibliothecam noſtram academicam immigrauit. In eius margine, ab ignota manu, adſcriptae erant lectiones variae, quae modo cum Askeano codice, v. g. Arg. 24. 133 modo cum Voſſiano, Arg. 56 conſpirant. Probabilem lectionem propriam in contextum recepit Geſnerus, Arg. 226, aliam dignam vt recipiatur, in annotatione ad v. 193 laudat. Alia ſcripta ſubſidia non habuit Geſnerus. In procurandis quidem codicum Pariſienſium Mſſ. lectionibus operam ſuam obtulerat Geſnero Vir apud Argentinenſes Clariſſimus Elias Stoeberus, et rogauit etiam ille, deſcribi ſibi quinquaginta aut decem verſus de codice, qui N. 2678. et alterd, qui N. 2764. in Catalogo Mſſ. regio habet, ſed in ſchedis, quae in manus meas venerunt, nullum veſtigium, neque indicium deprehendi, perlatum eſſe eorum aliquid ad Geſnerum. Nec ſtuduit Geſnerus valde multa habere, ne res longa fieret, et hanc ob cauſſam ne oblatis quidem per Ruhnkenium V. Cl. cuius ingenium et doctrinam quanti ipſe fecerit, non vnus locus in his Orphicis declarat, vti voluit, potius ſuo ſolius remigio rem gerere, forte etiam quod metuebat, ne ſibi ſimile iterum accideret, quod in Scriptoribus rei ruſticae factum eſt. Ruhnkenio tamen V. Cl. debentur Fragmenta inedita, et Collatio carminum Orphicorum cum Codd. Regiis Pariſ. 2763, 2764 et 2765. quae in manibus Viri incomparabilis Erneſti erant, cuius ſuaſu et conſilio editioni Geſnerianae adiectae ſunt.

Ad editiones veniendum eſt. De primis quidem quid generatim ſtatuendum ſit, tum Henricus Stephanus ad Arg. 420. et Geſnerus ad v. 791. docet. Huic ad manus fuit e bibliotheca academica editio omnium prima, quam ſigla P. in varietate lectionis deſignat, et forma quadrata, non vero, vt quidam tradunt, literis quadratis, excuſa eſt. In fine legitur: *Anno ab incarnatione MCCCCC. die XIX Se-*

Digitized by Google

ptembris. Impreſſum Florentiae impenſa Philippi Iuntae bibliopolae. Si quos errores in hoc opere lector inuenies, qui properantes oculos noſtros ſubterfugerint, eos pro iudicio tuo emendabis. vix fieri poteſt, vt non tales interueniant. Quis curauerit hanc editionem, quae Argonautica et Hymnos habet, non conſtat; liber ipſe omni praefatione deſtituitur, vnde forte aliquid liceret diſcere, quod huc faceret. Caeterum hanc primam editionem eſſe, et fruſtra iactatam a viris doctis editionem a Conſtantino Laſcari curatam, probatum dedit b. Geſnerus in ſchedula, quae partem ſuae praefationis conſtituere debebat. En eam:

„Interim facere non poſſum, quin mentionem faciam illius opinionis, qua primum a Conſtantino Laſcari edita eſſe Orphei certe Argonautica, cum viris doctis ſuſpicatus ſum. In Bibliothecae Taurinenſis Catalogo p. 375 inter MSSos Graecos nr. CCLXI. f. 109 habetur titulus, Κωνσταντίνου τοῦ Λασκάρεως προλεγόμενα τῶν σοφῶν Ὀρφέως, additurque ea edita eſſe in prima parte marmorum Taurinenſium. Et habetur ſane P. I. n. X. explicando marmori, Orphea a Bacchis diſcerptum repraeſentanti, a p. 93—104 Conſtantini Laſcaris libellus hoc titulo ex MS. editus, ſed ita ipſe leuis et Graeculae vanitatis plenus, ita porro negligenter et vitioſe deſcriptus, vti talem quidem e Laſcaris officina prodiſſe, nullo modo ſit probabile, neque dignus mihi viſus ſit, qui in hoc Syntagmate locum habeat, e quo alioquin etiam excluſi, quidquid non ad carmina, quae habemus, pertinet. Caeterum qui locus proprie cum quaeſtione noſtra de primo editore coniunctus eſt, clauſulam ipſius libelli huc ponere placuit, corrupte quidem et ipſam, ſed vnde tamen illud, de quo hic agitur, confici videtur poſſe, ſi quis praeſertim emendationes noſtras recipiendas putaret. Sic ergo p. 104 Τὰ δὲ τῶν Ὀρφέως, (de Argonauticis in primis ſermonem eſſe apparet) διὰ τὴν πολυστίχιαν, καὶ τὴν δυσυχίαν γένους (intelligit, cre-

Digitized by Google

do; calamitates Graeciae a barbaris) τοσοῦτον ἠφάνισται, ὥστε μόλις εὑρίσκεσθαι (f. εὑρίσκεσθαι) ὀλίγα τινὰ, καὶ ταῦτα διεφθαρμένα καὶ ἀνέξητα (f. ἀνεξίτητα). Τὰ (f. Ταῦτα) γὰρ ἐν τῷ μόλις (f. τῇ πόλει) τῷ Μεδιολάνῳ εὗρον, ἔγραψά τε, καὶ τοῖς ἄλλοις κοινώσας (f. κοινωνήσας) καὶ ἐδάξας, ἐδὲ δύναμαι εὑρεῖν οἷς παρόντα διορθώσαιμι ἐν πολλοῖς ἀμφίβολα ὄντα. Apparet Lascarin hoc egisse, vt ederet Orphei Argonautica, h. e. praelegeret, explicaret, dictaret, et, si fieri posset, typis quoque expressa daret: deinde, inuenisse illum Mediolani exemplum, illud descripsisse, *docuisse* h. e. praelegisse, ita fere vt *docere fabulam* dicitur, qui in scenam profert; sed cum in multis dubiae esset lectionis, invenire non potuisse, vnde illud emendaret. Haec sunt, quae dicit, nihil aliud. Vtrum voti postea compos factus mereri vltra de Orpheo potuerit, hinc non discimus. Sed ex his, quae Boernerus de doctis hominibus Graecis etc. diligenter exquisita posuit, constat, Mediolani fuisse Lascarin ab A. 1454—1460, quo tempore inuenisse ibi debet Argonautica: tum Florentiae aliquamdiu, post Neapoli, Messanae autem ab A. 1465: ibi discipulum habuisse Bembum 1492, et paullo post diem suum obiisse A. 1493 vel 1494. Iam Mediolani edita Argonautica vix fugere poterant doctiss. Argelatum, qui tamen nullam eius rei mentionem facit in Bibliotheca Mediolanensi; licet in MSS. Ambrosianae Bibliothecae referat in praemissa historia typographiae literaria p. CLXXVI, D. *In Prolegomena Orphei*, qui sine dubio libellus ipse est, de quo hic egimus. De raritate Codicum Orphei MSS. illud modo, quoniam hic sumus, adiicimus, in MSS. Bibliothecae S. Marci Venetae, qui memorantur omnes esse Saeculi XV. Vtrum exstet hodie, et prodesse futuris editoribus possit, non habeo dicere, ille quem in Bibl. Vindobon. Catal. Nessel. P. IV c. CLIII p. 86 laudari video; *Codex membranaceus antiquus et optimae notae, in quarto, constatque foliis triginta, et ad Io. Sambuci Bibliothecam olim*

Digitized by Google

pertinuit, quo continentur Orphei Thracis, vnius ex Argonautis, Argonautica. Sed haec praeter consilium atque institutum, qui illa solum commemorare praesidia velim, quae mihi praesto fuere."

Florentinam excipit editio, quae Venetiis in aedibus Aldi et Andreae soceri mense Nouembri M. D. XVII. charta octies plicata prodiit. Praemissum est Musaei carmen cum versione latina. Orphica carmina exhibet omnia, et in hoc differt a Florentina, quae carmine de lapidibus destituitur. Presso fere pede sequitur eius lectiones, vt a doctis viris obseruatum est. Praefationis nihil ibi legitur, nec versionem latinam habet. Post Aldinam editionem eadem opuscula, sed insertis post hymnos Orphei, quatuor Procli, et adiectis in fine sententiis ex variis poetis, et Homeri Batrachomyomachia, prodierunt Florentiae per haeredes Iuntae 1519. 8vo. Ponam de hac editione, quae Gesnerus in fronte libri sui posuit: *Aldi Ro. praefationem etiam paucis immutatis describit Ant. Barchineus. Et videtur ad singulas literas haec ab Aldina expressa esse. Certe quae obseruaui typographorum peccata, ea sunt communia; nisi quod Argon.* 18. *proprium habet Iunt.* λυρῳὸν, *cum recte Ald.* λυγρὸν, *sed talia possunt esse plura, et tamen verum quod posui. Liber de lapidibus habet quaedam propria.* Conf. quae ad v. 656 leguntur. Hanc editionem sigla I. indicat. Quarta editio, qua vsus est Gesnerus, hunc titulum habet: *Orphei poetarum vetustissimi Argonauticῶν opus Graecum, cum interpretatione latina incerti autoris, recens addita, et diligentius, quam hactenus emendata. Apud inclytam Germaniae Basileam anno domini* 1523. *In fine: Basileae in aedibus Andreae Cratandri mense Iunio a. d.* 1523. Haec editio per Illustrem Schoepflinum ad Gesnerum venit. Quis eam curauerit ignoramus. Ad primam Iuntinam vel Florentinam graeca expressa esse, communia vitia, apertissima etiam, declarant, sunt tamen

Digitized by Google

quaedam emendata, et obseruauit Gesnerus, eam aliquoties secutam lectionem vulgata meliorem, ex codice, vt putat, potius, quam e coniectura. Versio latina ea est, quam adspoton cum suo Valerio Flacco ediderat Io. Baptista Pius, et dedit etiam cum suo Valerio Pet. Burmannus. Esse eam a Mediolanensium Cribellorum quodam factam, docet is, qui ad editionem Valerii Aldinam Venet. 1523. 8vo vulgatam praefatus est. Hunc Cribellum viri docti eum habent, qui Leodrisii nomen gerit, de quo videri potest Argelatus in Bibliotheca SS. Mediol. h. v. quamquam hic vir doctus in eo fallitur, cum ibi ad auctoritatem editionis prouocat, et scribit: *Leodrisio expresse adscribitur in eadem* (Aldina) *praefatione a me inspecta.* Certe non accurate inspexerit Argelatus, nisi alium librum habuerit, quam ego. In meo sane exemplo nullum vestigium Leodrisiani nominis video, quin negat auctor, se scire nomen. Ponam ipsa verba: *Adiunximus — Orpheum per Mediolanensium Cribellorum quendam* (nomen non habere potuimus) *latinum factum.* Ante Argelatum de eodem nomine etiam Barthius, Stat. Theb. III, 352. ad auctoritatem Aldi prouocauerat. Variis his editionibus parum adiutus Orpheus, medicinam et salutem adhuc expectabat. Illam ipsi adhibuit de graecis literis omnium optime meritus Henricus Stephanus, qui licet codicum adminento destitutus, suo tamen ingenio, quo gaudebat felicissimo, et exquisita doctrina, inopiam ita compensauit, vt eiectis priorum editionum vitiis, deterfisque scribarum maculis, Orpheo fere integritatem suam redderet, et iure sospitator eius habeatur. Ita purgatum inter suos Poëtas graecos principes heroici carminis, a. 1566. sacrum poëtam edidit Stephanus, post cuius diligentiam a sequentibus duobus editoribus, Lectio, et iuuene Eschenbachio, quorum libros Gesnerus pariter consuluit, eius annotationes suae editioni inseruit, vix quicquam immutatum, vel praeclari aliquid in his

Digitized by Google

carminibus praestitum est. Ad hanc Henrici editionem suam carminum Orphicorum recensionem instituit b. Gesnerus, ita vt suadentibus vel codicum auctoritatibus, vel aliis rationibus, meliorem lectionem coniecturasque felices vel suas vel aliorum virorum doctorum lectioni vulgatae, si opus videretur, substitueret. Sed quanta modestia, quanta timiditate hic rem gesserit Gesnerus, quam etiam in hoc auctore in partem cautiorem more suo peccare, et vulgatam lectionem retinere maluerit, quam temeritatis criticae incusari, et aliquid ponere, quod non res ipsa posceret, vel de quo non constaret, veteris scriptoris esse, satis apparet. Ipse in interpretatione auctoris officium editoris primarium collocabat, a quo interdum studiose refugere critici ipsi videbantur, vt impunius vrerent, secarent, interpolarent. Sed redeamus in viam. In hymnis vsus est Gesnerus etiam Lectionibus variantibus ad aliquot hymnos Orphei e codice Augustano, quam cum ζωροατρειων τε και πλατωνινων δογματων συνκεφαλαιωσει τε πληθωνος edidit Valentin. Hermannus Thryllitius, Viteberg. 1719. 4to. Eas varietates ad vnam omnes studiose annotauit editor, et ex illa syluula etiam petita est, quae p. 182. v. 26. sine auctore exhibetur lectio. Inter multas alias cogitationes videtur Gesnerus Siglam omisisse, quod idem accidit Lap. p. 328. v. 96. vbi in varietate ἀλλωμενος, ex Esch. et p. 338. v. 64. λαβεθρα συν ex Ald. et Iunt. editione est. In carmine de lapidibus praesidii aliquid exspectabat Gesnerus noster a paraphrasi et scholiis Hannardi Gamerii, sed vana spe lactatum esse docent, quae de hoc libro in schedulam coniecit, quam hic exhibemus.

„Quam B. Fabricius memorat Hannardi Gamerii Paraphrasin, cum eius Scholiis et D. Wendalini Cronobachii Medici animaduersionibus vulgatam Leodii 1578. 8 non vidi. Sed communicatum est mecum de Bibliotheca Regia Hannouerana exemplum antiquioris editionis, cuius notitiam breuem dabo: Titulus ita

Digitized by Google

habet, *Orpheus antiquiſſimus et optimus poëta, Philoſophus Trismegiſtus, de Lapidibus, nunc demum Latio iure donatus,* M. Hannardo Gamerio *Poëta laureato interprete.* (Scholae Tungrenſis Rectorem ſe vocat.) *Acceſſerunt eiusdem* Hannardi ſcholia, *quae et rei medicae ſtudioſis vtilia iucundaque futura ſunt, et quae quibusdam locis obſcurioribus plurimum lucis adferent.* (Neutrum ego praeſtiterim. Citantur loca veterum et recentiorum quaedam, vbi eadem nomina lapidum leguntur: quid lucis exſpectari hic poſſit, mox ſpecimine vel vno declarabitur.) *Acceſſit praeterea argumentum in Orphei libellum* (Demetrii Moſchi) Renato Perdrierio *interprete. Leodii ex officina Gualteri Morberii* 1576. 4. Iam de praefatione vnam alteramque notitiam ponam: „Comperi Argonautica feliciſſime latinitate donata, in quibus ſinguli verſus latini ſingulis graecis aptiſſime reſponderent. Inueni quoque dicta Argonautica et Hymnos, cum opuſculo de lapidibus ad verbum in Latinum verſa Renato Perdrierio Parrhiſienſi interprete, ſed nequaquam pari felicitate cum ea, quam de Dei gratia et beneficio in Argonauticis, carmine Heroico pulcherrimo redditis, quidam *Caſtellio (Cribellum* voluit haud dubie, vacillante memoria) praeſtitit. Huius enim in vertendo dexteritatem ſuſpicio, illius vero ſolum conatum, beneuolentiam, diligentiamque collaudo.“ Haec eadem fere ſunt, quae laudari in noſtro Gamerio bona fide videntur poſſe. Equidem cupide cum inſpicerem libellum, aliquamdiu deſideratum, mox animaduerti, non eſſe quod poeniteret, non eſſe, quod deriuari in hoc Syntagma lectorum, quos mihi opto, intereſſet. Vnum ſpecimen ponam, locum, in quo aliquid lucis inuenire optabam. Euoluat mihi aliquis de Lapp. Pro. v. 67 — 74 in quo quam laborem, in notis indicaui. Hunc bonus Gamerius ita transtulit:

Digitized by Google

At ſanos homines inſani ſaepe fatigant,
Et cogunt patrios miſeros ex vrbibus ire,
Mercurioque Deo paſſim conuicia dicunt:
Quod cum ſemideis olim verſatus, iniquum
Humano generi ſubito ſe praeſtitit hoſtem,
Difficilemque magum vulgato nomine fecit,
Quem penes et cultus et diuum oracla manerent.
Ipſe quidem fortis, multo certamine victor
Caedibus exultans claram Ioue praeſide lucem,
Et velut accenſo maiorem lumine reddit.
Sed genus hoc hominum etc.

Equidem hic, et in pluribus, quae inſpexi locis, plane quid ſibi vir voluerit, non intelligebam, relinquendumque ſtatuebam opuſculum his, qui de tota illa lapidum philoſophia quidquid vsquam eſſet, non nollent cognoſcere.“

Haec ſunt, quae dicenda habuimus. Tu quisquis poſthac opera Geſneri vteris, viri de literis graecis et latinis optime meriti nomini et gloriae faue.

Digitized by Google

I. M. GESNERI

PROLEGOMENA ORPHICA

IN SOC. SCIENTT. GOTTING. PRAELECTA

A. D. IX. IVN. 1759.

Cum de nauigationibus veterum extra columnas Herculis disputarem, non potui non de Argonautarum fabula, et quid in ea esset historicum, paullo quaerere diligentius. In ea autem re ne tolerabilis quidem futura erat disputatio, si non adhiberem illud aureolum carmen, quod Argonauticôn Orphei nomine circumfertur. Cum vero sic longo post interuallo ad scripta redirem, quae iuuenis cursim legeram, ne expers essem tanti nominis, tantae, quantam prae se fert, antiquitatis: videbar mihi plura, ac facilius aliquanto, quam olim intelligere, eaque ipsa re ad accuratius cognoscendum inuitari. Quid quaeritis AA. Sensi me paullatim ita, forte vetere quadam Orphei arte, demulceri Orphicarum rerum consideratione, vt statuerim otii quantum contingeret, vno alteroue

Digitized by Google

anno illis impendere. Sed placuit eius diligentiae primitias quasdam vestro AA. submittere iudicio, vt eo vel confirmatus, vel ab ingrato labore reuocatus, in consilio deinde certo consistam. Ante omnia vero suis quibusdam finibus circumscripsimus operam nostram, ne nimis multa complexi, eo facilius destinatis excidamus. Difficile sane est pauca de Orpheo et in Orphea dicere, de quo viro, quo plura passim videmus commemorari, eo pauciora forte sciuntur; nisi scire sit, fexcentas narrationes legisse, male inter se, vel cum aliis veri vbiuis terrarum fusi particulis cohaerentes, quae falsae non temere possint esse omnes, omnes verae esse nequaquam possint.

Accidisse videmus in Orpheo, quod in Belo, Ioue, Hercule, ceteris, quos facinorum magnorum et gentium insignium auctores vanitas illa generi humano propria infinitum quantum multiplicauit, cum ad magna nomina referre origines suas vniuersi cupiant. Sed cum illae genealogiae post aliquot saecula fidem et auctoritatem soleant amittere funditus, contra ea illud studium ad Orphea referendi sententiarum suarum primordia a plurium saeculorum pene obliuione resuscitatum est, ad illius auctoritatem certamine velut inito prouocantibus hinc Iudaeis atque Christianis, hinc de noua Platonis schola Philosophis, quorum facile princeps est Proclus Lycius. Sed hoc de studio Orphei in suas partes trahendi, deinde aliquid dicetur. Hic arctiori fine circumscripsi disputationem de Orpheo. Considerare placet illum cultus omnis humani et religionum auctorem, qua parte relata est in scriptis, quae nomen viri hodieque praeferunt, illius sapientia: vt si quis de Pythagorae non temporibus, non vita, non miraculis, non dogmatum systemate, sed de aureis carminibus, et si qua alia illius fragmenta supereſſe dicantur, disputet. Igitur ante omnia, an fuerit aliquis Orpheus, ad quem,

Digitized by Google

quae exſtant hodie, carmina referri poſſint, quaerendum erit. Ne opus quidem fuerit quaerere, ſi vaquequaque vere apud Ciceronem (de N. D. I. c. 38), *Orpheum poëtam docet Ariſtoteles nunquam fuiſſe:* quo inducti eruditi homines plane nullum vixiſſe hoc nomine hominem arbitrati ſunt: Voſſius inprimis, qui (de Arte Poët. c. 13 p. 78) putat, *Trium viros iſtos poëſeos, Orphea, Muſaeum, Linum, non fuiſſe, ſed eſſe nomina ab antiqua Phoenicum lingua, qua vſi Cadmus, et aliquamdiu poſteri.* Iunxerat tria iſta nomina etiam Celſus apud Orig. l. I. p. 14. Λῖνον, καὶ Μουσαῖον, καὶ Ὀρφέα, καὶ τὸν Φερεκύδην, καὶ τὸν Πέρσην Ζωροάστρην, καὶ Πυθαγόραν Φήσας περὶ τούτων (de Dis et religionibus) διειληφέναι, καὶ ἐς βίβλους καταθέσθαι τὰ ἑαυτῶν δόγματα, καὶ τετηρηκέναι αὐτὰ μέχρι νεῦρο. Quibus reſpondet Origenes p. 15. Καὶ τῶν μὲν σοφῶν οὐ πάντων ἴσμεν μηδὲ τὰ βιβλία ἔτι σώζεσθαι, φυλαχθέντα ἂν, εἰ ἐ ἐντυγχάνων ἤσθετο ὠφελείας. Sed non negat noſter fuiſſe in hominibus Linum, Muſaeum, Orphea, Pherecyden, Zoroaſtrem, Pythagoram; an libri illorum ſuperſint, de eo dubitat. Conf. omnino L. 7. p. 367 et 368. Caeterum quid ſibi voluerit Ariſtoteles, ex ſcriptis viri, quae hodie ſuperſunt, non poteſt iudicari. Cicero quidem hoc dicit, niſi fallor, ſimulacra, εἴδωλα, ſpectra illa Epicureorum cogitari non poſſe, vbi de tali perſona ſermo ſit, de qua qui cogitant vel loquuntur, ipſi nihil certi et finiti habeant. Si enim non fuit Orpheus, idem Oeagri et Calliopes filius, idem poëta, idem Argonautarum ſocius, idem qui ſuam ab inferis reuocauit Eurydicen, idem ſcriptor carminum, quae hoc nomine veniunt; e quonam corpore velut deraſa atque euolantia illa εἴδωλα venient, ſine quibus nullam habemus, ſi fides Epicuro, rerum, quae extra nos ſunt, notionem? Non erat opus, pinguem iſtam Epicuri philoſophiam ſubtili argumento refellere. Sed conſtabit ſua vis argumento, etiam ſi fuit aliquis Or-

Digitized by Google

pheus, verum non vnus, non talis, in quem ea, quae narrantur, omnia conuenient. *)

Hoc sane videtur admittendum esse, nisi velimus dure et pene perfricta fronte omnem antiquitati fidem derogare, fuisse, quod modo dicebamus, vnum aliquem velut primigenium aut archetypum Orpheu, sapientiae et vanitatis, veri ac fabularum, religionum atque superstitionum inter Graecos auctorem, ad quem deinde cum referrent vulgo inuenta sua et commenta posteri, monstrosa inde, ficticia certe persona exstitit, temporibus, locis, factis ita diffidens, vt vna esse non potuerit, hoc est, talis vt Orpheus esse non potuerit. Et ille quidem, quem modo archetypum et primigenium dicebam, Orpheus, quando, vbi vixerit? quid docuerit? nescio an liquido expediri possit hodie: sed hoc videre mihi videor, post impensam non ignauam operam conquirendis et excutiendis Orphicis omnibus, quae superfunt de Argonautarum illo ficio fabulae et carmina, ea et inter se sic satis conuenire, et quam plurima habere intimioris doctrinae vestigia, quae mereantur obseruari, et vt nobilissima antiquae historiae particula in ea luce collocari, qua possint deinde etiam aliis doctrinae partibus prodesse. Hac ipsa vel opinione vel sententia commotus decreui, quae superfunt Orphica hodie, ea, quantum a me fieri poterit, emendata atque explicata edere. Ante omnia vero, quid de Orpheo ipso et de his reliquiis videatur, proponere placet, si possim forte ea re quasi audientiam facere patri poëseos, et aditum ad hominum eruditorum notitiam parare.

*) Inter Cl. Hanouii Disquisitiones sunt etiam analecta quaedam de Orpheo, vbi varia tentat, ad ostendendum, non negatum ab Aristotele, fuisse Orphea. Nihil hic definiri posse puto, cum locus Aristotelis non prolatus sit. Aristotelem non negasse historiam ὁμολογουμένην, nouimus.

Digitized by Google

Hoc igitur primum ſit et ὁμολογούμενον, fuiſſe omnino aliquem Orphea, magnum ſapientiae laude virum, Troianis temporibus paullo ſuperiorem, et propter longaeuitatem etiam excidio ſuperſtitem. Argonautarum quidem pars fuit: ſupermixiſſe tamen cladi Troianae in libro de lapidibus ponitur: quae nec abſurda eſt fictio, cui centum aetatis anni ſufficiant. Aequalia fere, certe ſuppar Onomacrito, ad quem probabiliter, vt videbimus, referunt Argonautica, Pindarus (Pyth. Δ, 313) Argonautis adiunxit Orphea, et Φορμικτὰν ἀοιδᾶν πατέρα appellat, h. e. auctorem carminum, ſ. verborum, quae cantantur. Ergo inſignis iam tum perſona Orpheus, nec potuit primum quaſi creatus eſſe, et in medium productus ab Onomacrito, qui vel aequalis, vt modo dicebam, vel haud multo maior fuiſſe poteſt Pindaro. Neque ſubito auctoritatem tales fabulae, cum primum vt fungi prodiere, ſolent nanciſci. Verbo, non laudaturus erat patrem carminum Pindarus, non daturus foras Onomacritus Orphei nomine carmina, niſi celebre iam tum Orphei, vt poëtae, nomen inter Graecos fuiſſet. Porro Orphica et Pythagorica inſtituta ſimilia Aegyptiis commemorat Herodotus (2, 81.) ὁμολογέουσι δὲ ταῦτα (inſtituta Aegyptia) τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι καὶ Πυθαγορείοισι, niſi Orphea nobilem perſonam putaſſet, non minus quam Pythagoram, non ita dicturus. Niſi ita Athenienſes ſenſerunt, quid ſibi voluit Euripides, cum paſſim Orphei mentionem intexit Tragoediis ſuis, velut de carminis illius praeſtantia et miraculis Med. 543 et Iphig. in Aulide 1211: vel quod myſteriorum auctor eſſet (in Rheſo 943 Μυστηρίων τῶν ἀπορρήτων Φάνας ἔδειξεν) atque Rheſi conſobrinus: vel quod victum ſeueriorem et abſtinentiam ab animalibus docuerit, cum facit (Hippol. 952) Theſea exprobrare ſuo Hippolyto filio ἄψυχον βορὰν, cibum inanimatum, h. e. abſtinentiam ab animalibus, et quod Orphea ſibi regem feciſſet, eoque ſanctitatis et absti-

Digitized by Google

nentiae obtentu nouercam ſtupro polluere auſus eſſet. Num videntur probari in ſcena potuiſſe talia, niſi tum putaſſent homines, fuiſſe virum magnum Orphea, cuius inſtitutorum aemuli ſanctitatem affectarent praeter caeteros; vt nemo dubitare hodie poteſt, fuiſſe aliquem S. Franciſcum, Ordinis Minorum auctorem, licet quae in Libro Conformitatum de illo praedicantur, iis fidem minime habeat. Eadem eſt ratio, cum Ariſtophanes (Ran. 1064) ex perſona Aeſchyli, Ὀρφεὺς μὲν γὰρ, inquit, τελετὰς ἡμῖν κατέδειξε, φόνων τ' ἀπέχεσθαι, quem locum ita reddidiſſe videtur Horatius (A. P. 391): *Siueſtres homines ſacer interpresque Deorum Caedibus et victu foedo deterruit Orpheus.* Neſcio an Ariſtophanes φόνων, et Horatius *foedi victus* nomine humanas victimas, ἀνθρωποθυσίας, intellexerint. Euripides quidem βοθυσίας ab Orpheo damnatas voluit, et omnem ἐμψύχων vſum: et ſic Ὀρφικοὶ βίοι capiuntur apud Platonem (de Legib. 6 p. 626. A) ἀψύχων μὲν ἐχόμενοι πάντων, ἐμψύχων δὲ τἀναντίον ἀπεχόμενοι πάντων. Probabile eſt carnibus animalium abstinuiſſe Orphicos, certe boum aratorum, quod ſic agriculturae originem, Cereris Eleuſinae beneficium, commendare ciuibus ſuis vellent. Hinc poëtae ſignum aeneae aetatis, et fugae Aſtraeae cauſſam fecere βοθυσίαν, de quo dulcis locus eſt Arati Phaenom. 132 πρῶτοι δὲ βοῶν πάσαντ' ἀροτήρων. Socrates in Apologia ſua (Plato. p. 369. A) gaudium ſe praecipere ait ex colloquiis apud inferos inſtituendis cum Orpheo, Muſaeo, Heſiodo et Homero. Profecto non facilius poteſt negari Orphea aliquem fuiſſe, quam Pythagoram aut S. Franciſcum. Obſervemus et hoc, ſcripta monimenta ab Euripide tribui Orpheo. Canit Pheraeorum chorus (Alceſt. 968) nihil eſſe, quod vincere neceſſitatem poſſit, οὐδέ τι Φάρμακον Θρῄσσαις ἐν σανίσι, τὰς Ὀρφεὺς κατέγραψε γῆρυς. Scena fabulae eſt ex ipſa aetate, qua Orpheus ſenior, iunior Hercules, Alceſtis Peliae filia, ponitur: negat

Digitized by Google

chorus, remedium contra neceſſitatem Thraciis patriae ſuae tabulis ſcribendum dictaſſe Orphea. Fuerunt ergo, cum iſta in ſcenam ferret Euripides, carmina, quae Orphei eſſe dicerentur: et potuit forte. Euripides puer ſenem videre Onomacritum eum, quem carminum Orphicorum ſcriptorem faciunt fere antiqui Chriſtianae religionis apologetae, et Piſiſtratidarum temporibus aſſignant. Recte Herod. 7, 6 Qui Xerxem inuitabant ad bellum Graeciae inferendum Piſiſtratidae, habebant ſibi adiunctum Onomacritum, ἄνδρα Ἀθηναῖον χρησμολόγον τε καὶ διαθέτην χρησμῶν τῶν Μουσαίου. Placandus autem erat Onomacritus: ἐξηλάθη γὰρ ὑπὸ Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστράτου ὁ Ὀνομάκριτος ἐξ Ἀθηναίων, ἐπ' αὐτοφώρῳ αἰλὸς — ἐμποιέων εἰς τὰ Μουσαίου χρησμὸν κ. τ. λ. Hac arte ſua recitandi tantum bona Xerxi, omittendi contraria, vt apud Regem vteretur Onomacritus, perfecerunt Piſiſtratidae. Non ita remotus erat Herodotus ab hac aetate, vt falli potuerit, aut voluerit fallere. Non carmina pauca, ſed aceruum librorum, βίβλων ὅμαδον Orphei, Platonis aetate proferebant homines quidam, Orpheoteleſtae, ex quibus ſacra expiatoria peragerent (vid. de Rep. 2 p. 424. D). De aetate Orphei plane non diſputat Plat. de LL. 3. pr. f. p. 585. E. χίλια ἀφ' ἡμῶν γέγονε, ἢ ὀλίγ τοσαῦτα ἔτη, τὰ μὲν Δαιδάλῳ καταφανῆ γέγονε, τὰ δὲ Ὀρφεῖ, τὰ δὲ Παλαμήδει κ. τ. λ.

Alterum, quod vniuerſim in hoc velut Orphicorum prooemio poſt aliquam conſiderationem non nimis defunctoriam pronunciare mihi poſſe videor, illud eſt: Quae hodie exſtant ſub Orphei nomine opuſcula, Argonautica, Hymnos, de Lapidibus, ea idem habere conſilium ac propoſitum videri, commendare ſcilicet cerimonias et myſteria, facere Orphea Deorum amicum et interpretem, qui ab his edoctus et morborum remedia, et expiatoria omnium praue factorum ſacra, et depulſoria periculorum, et

Digitized by Google

portentosa in rerum omnium desperatione auxilia, vel depromserit in ipso actu, vel vnde petenda essent etiam posteris ostenderit. Posset hoc per singula argumenta eundo facile planum fieri. Sed commodius fiet tum, vbi licebit ad singula nouae quam molior editionis prouocando in rem praesentem lectores deducere. Interea fidem ea in re haberi mihi postulare videor posse, vt et in illo, quod confirmo, nihil dum esse in his libellis a me animaduersum, quod repugnet illis temporibus, quibus fuisse dicitur Thracius ille Orpheus, qui in omnibus tanquam e sua persona loquens introducitur; non vrbium, non hominum nomina, non inuentorum, aut cuiuscunque rei denique mentionem, quam recentiorem esse Troianis temporibus, demonstrari queat. Sic μεγάλως σωτῆρας in εὐχῇ 21. esse Castora et Pollucem pulchre ostendit Hemsterh. quem ibi citaui: verba omnia vel Homerica, vel ea moneta percussa, quam in Homeri et vetustorum oraculorum verbis deprehendimus. Modeste hic agendum esse AA. sentio. Quis enim, ne de me dicam, cuius forte nec sentientis conuellere memoriam senectus incipit, quis integrae homo aetatis ita valet ista reminiscendi facultate, vt nihil illum in his tot minutis rebus queat fallere? quis ita intentum semper animum habere, ita semper vigilacem velut praestare attentionem potest, vti dormitet nunquam vel oculos deiiciat? Hoc quidem possum confirmare, ea me mente legisse Orphica, vt integrum me seruarem, quin vt in lucro ponere vellem, si quid se offerret, in quo deprehendi posset carminum nouitas. Nunc asseueratius possum agere, postquam ita saepe legi, tantamque familiaritatem contraxi cum his libellis. Et dabo auctorem, si quis alius, memorioſum, qui certe de Argonauticis idem affirmet, Dau. Ruhnkenium Ep. Crit. 2 p. 69, 15, „qui Argonautica Orpheo subiecit, siue Onomacritus fuerit, siue alius, scriptor certe meo iudicio est vetustis-

Digitized by Google

simus. Nam ne vllum quidem recentioris aetatis vestigium, quamuis diligenter animum attendas, per totum poema reperias: contra plura egregia, et quae priscum aeuum sapiant. Dictio fere est Homerica." etc.

Sed quid? si ipsa oratio et dialectus repugnat antiquo alicui Orpheo? Colligere quis tale quid possit ex Iamblicho (de vita Pythag. c. 34. p. 169 Kust.) qui in Pythagorica Doricae dialecti commendatione plerosque historicos ait tradidisse, κεχρῆσθαι τῇ Δωρικῇ διαλέκτῳ καὶ Ὀρφέα, πρεσβύτερον ὄντα τῶν ποιητῶν, Orpheum Thracem, poëtis (nobilibus, Homero, Hesiodo, ceteris) antiquiorem, etiam antiquissima dialecto Dorica vsum esse, cuius in Orphicis nostris vestigium ostendere difficile fuerit. Sed salua res est. Historici isti apud Iamblichum loquuntur de istis, quas Θρῄσσας σανίδας ab Euripida vocari, modo vidimus, de his quae ab ipso Orpheo in literas relata esse dicebantur. Haec porro quae nunc exstant, ab Athenienſi Onomacrito Pisistratidarum et Xerxis aetate literis ac libris mandata esse, communis plurium antiquorum sententia est, vt modo indicauimus. Hic Onomacritus potest vel conseruatis sententiis omnibus, et bona verborum parte, dialectum modo mutasse, Homerice et, vt sic loquar, Solonice loqui antiquum Orphea docuisse: vel pro suo arbitrio quae viderentur, addidisse, demsisse, quam illius circa oracula artem refert Herodotus (7, 6). Mihi quidem non fit probabile, simpliciter confingere omnia ausum esse, vel opus habuisse, vel potuisse adeo, Onomacritum. Debet iam magna in opinione fuisse Orpheus, debent iam circumlata tum esse varia eius carmina, ad quorum exemplum plura effingere ingenioso homini non difficile fuerit. Dorica quidem certe dialectus non magis debet valere ad

Digitized by Google

impugnandam Orphicorum, quae ſuperſunt, antiquitatem, quam Pelasgicae literae, quibus vſum Orphea, eſt apud Siculum Diodorum (3, 66 p. 236, 67).

Denique illud quoque ad vniuerſam de Orphicis disputationem pertinet, et hic velut praeſtruendum eſt. Non mirabor ego, ſi quaerat aliquis, Si antiqua ſunt, quae habemus Orphei carmina, ſi ad Onomacriti certe aetatem aſſurgunt: qui non frequentior illorum apud antiquos ſit mentio? Hic illud cogitemſus, primo laudari tamen vnum alterumque verſum a Platone (Cratylo p. 265, A), vbi philoſophiam Heracliticam et Orphicam inter ſe comparat, et quidem non ita, vt Ὀρφικοὶ vel τὰ Ὀρφικὰ memorentur: ſed diſerte, λέγει δέ πε καὶ Ὀρφεύς, laudari a Diodoro Siculo (1, 11. it. 12) qui certe et Chriſtianis omnibus, et recentioris ſcholae Platonicis antiquior eſt.

De fide noſtrorum Apologetarum, Clementis Alexandrini praeſertim, hic non diſputamus; qui vel primum Iliados verſum eſſe leuiter inflexum ex Orphico carmine (cf. Fragm. XVIII), vel Pythagoram ſuppoſuiſſe verſus ſuos, (Strom. 1. p. 397, 14. vid. Potter.) ex ſcriptoribus, qui tum exſtitiſſe debent, memorant: quale quid in mentem venire non potuit his, qui non iidem ante Pythagoram et Homerum exſtitiſſe verſus Orphei putarent. Sed ratio eſt in promtu, cur multa quidem debuerit eſſe Orphei apud poſteros mentio: carmina ipſa ab initio homines vix ac ne vix quidem ſcriptis ſuis intexuerint. Myſtica enim fuerunt pleraque omnia, pars religionum, orgiorum, myſteriorum, ſub ſancti ſilentii ſacramento commendata myſtis, quae diuulgari et referri ſalua pietate non poſſent. Itaque de Orpheo, vt inuentore omnium myſterio-

Digitized by Google

rum et cerimoniarum ac religionum auctore praedicare solent, a verbis, vt religione consecratis, fere abstinent (Herod. 2, 81. Paus. Boeot. 30. Celsus ap. Orig. 7 p. 367). Exorta Euangelii lux discussit illas tenebras, cum soluti prauis religionibus nostri nihil dubitarunt ἐξορχεῖσθαι (magnum crimen apud antiquos illos, et ipsi Alcibiadi funestum) et quae agerentur in mysteriis, vulgare: quo in genere Iustinus Martyr et Alexandrinus Clemens primi videntur. Ceterum via semel aperta, nec alieni a nostra persuasione dubitarunt publicare, quae latere diutius non posse viderent, et hoc modo agere, vt quae ad ignominiam, impietatem, turpitudinem traherent Christiani, ea vel ad rerum naturam declarandam, vel ad interiorem aliquam theologiam, seu metaphysicam dicere malis, referenda esse, persuadere hominibus studerent.

Operae autem pretium cum putarem, haec non ita modo vniuersim, post perlustratas cursim Orphicas reliquias, pronunciare, sed singula etiam seorsim considerare fragmenta; non contentus H. Stephani Eschenbachiique collectionibus, diligenter ex omni scriptorum genere, quaecunque reperire potui, Orphica verba collegi (qua in re mirum in modum Indicibus me Fabricianae Bibliothecae insertis adiutum, ingrati esset dissimulare) et meis in schedis, non modo a quibus ea auctoribus, sed quo libro et loco libri ea conseruata sint, annotaui, vt iam in procliui sit reperire, quis scriptor, quibus verbis, quo consilio quemque locum protulerit. Quae res cum laboris non nihil habuerit, hoc vicissim commodi feret, vti appareat, quantum veri ac solidi sit in illa virorum doctorum Cudworthi (Systems. intell. p. 247) et Moshemii (ad eum locum n. 37) suspicione, a Iudaeis et Christianis similem hic fraudem admissam eius, de qua circa

Digitized by Google

Sibyllinos libros verſata nemo temere hodie dubitat. Atque hunc fructum laboris non nullius noſtri, quem ſi abſoluere liceat, vltimam fore humanarum occupationum mearum non ſine cauſa ſuſpicor, tum demum proferre integrum erit, cum Orphica omnia vno volumine comprehenſa ac diſpoſita commode exhibere continget: quo facto, quod nunc nimis impeditum ac ſpiſſum eſt, nullo pene labore, ipſo velut oculorum coniectu arbitrari, qui volent, poterunt.

Digitized by Google

THOMAE TYRWHITTI
PRAEFATIO AD LITHICA.

Orphei nomen, poemati huic praefigi ſolitum, cur omiſerim, patebit ex notatis ad argumentum n. (2).

In caeteris editionem IO. MATTHIAE GESNERI, quae ſimul omnes priorum editorum notas continet, repraeſentare conſtitui, ſublata tamen praviſſima illa carminis in plures ſectiones distributione, quam ab auctore profectam nemo credat, et quae ad mentem eius obſcurandam magis quam illuſtrandam ſaepius eſt idonea. (1) Porro cum poema hoc poſt tot editiones, partim ob oeconomiam ipſius prorſus ignoratam, partim ob graues, quibus ſingulae ſcatent paginae, librariorum errores, etiamnum (ſecundum illud Ariſtotelis) ἐκδεδομένον καὶ μὴ ἐκδεδομένον iure cenſeatur, mihi praecipue laborandum duxi, vt oeconomiam eius, quoties a Geſnero male perſpecta eſt, plane et diſtincte exponerem, tum vero librariorum errores quibus poteram, ſiue meis ſiue aliorum ſubſidiis, tollere tentarem. Et in hac quidem altera et difficiliore opellae meae parte, quam viam inſtiterim, accuratius paulo dicendum eſt.

(1) Inter alia interpretationem Latinam, a Geſnero, vt titulus praefert, *vtcunque accuratam et emendatam*, recudendam dedi. Cuius iam poenitet. Sed profecto antequam ſchedas poſt typographorum operam corrigendas perluſtrarem, non animaduerteram, quam parum interpretatio illa ad auctoris noſtri illuſtrationem profutura eſſet.

Digitized by Google

Inter opera Orpheo tributa iu-edit. Philippi Iuntae, a. 1500. hic libellus *de Lapidibus* non comparet. Primum lucem vidit ex aed. Ald. a. 1517. ex MS. valde deprauato. Recuſus eſt ap. Haered. Iunt. a. 1519; ab H. Stephano, a. 1566. ab Eſchenbachio a. 1689. Harum omnium editionum varias lectiones fideliter, credo, enotauit Geſnerus, diligentia magis laudabili quam euentu proſpero, cum pleraeque earum ſint merae typographorum hallucinationes, et ſatis conſtet poſteriores editiones vel Aldinam expreſſiſſe, vel ab illa ſine auctoritate Codd. MSS. diceſſiſſe. Variis hisce lectionibus nonnullas etiam doctorum virorum coniecturas, hinc inde collectas, nonnullas, nec infelices, de ſuo addidit Geſnerus; neque ipſe tamen Codice vllo MS. vſus: Tandem poſt mortem ipſius, collatio Codicis Pariſienſis, a Ruhnkenio V. Cl. ſubminiſtrata, editioni quae Lipſiae prodiit a. 1764. laudabili ſane conſilio adiecta eſt; cum Codex ille, licet non optimae, vt videtur, notae, nouas quasdam et luculentas praebuerit emendationes, tum etiam plures leuioris momenti, quas Eſchenbachius ex coniectura tantum H. Stephani ediderat, auctoritate ſua confirmauerit.

His igitur ſubſidiis inſtructus, primum operam dedi, vt textum editionis Aldinae ex collatione MS. Pariſienſis quantum poteram emendatum ſiſterem, adhibitis etiam noſtri locis quae a Tzetze prolata ſunt, ex MS. alio certe et nonnunquam meliore. Quam vnicam poſui quaſi ex Stobaeo emendationem, ver. 75. Conradi Geſneri ingenio potius tribuendam reor. V. n. (1) [ad argum. Demetrii Moſchi] Sed cum veriſſima ſit, non magni intereſt. (2) Exhauſto hoc ex Codd.

(2) Re accuratius paulo inueſtigata, non dubito loca omnia noſtri quae in editionibus Stobaei poſt primam leguntur, a Conrado Geſnero interpolata fuiſſe. Simile quid obſeruauit Fabricius Bibl. Gr. VIII. p. 666. de locis *Simplicii*, *Gregorii Theologi*, *Pauli Silentiarii*, *Agathiae*, et *Agapeti*. „Nam ex Photio, qui auctorum, e quibus Stobaeus ſua ſelegit, texit

Digitized by Google

MSS. auxilio, cum plurima et grauissima adhuc restarent vitia, ad ea tollenda coniectura sola vtendum erat. Prouinciam autem hanc, lubricam sane at necessariam, ita administraui, vt eas doctorum virorum coniecturas, quae certae videbantur, id est, in quibus neque de vitio nec de remedio dubitare poteram, in textum admiserim, priore lectione in notis deposita; caeteras minus certas, in quibus scilicet aut de vitio aut de remedio dubitabatur, in notis memorare satis habuerim; nonnullas plane ineptas, quales etiam primariis disciplinae nostrae hominibus aliquando excidere solent, silentio praeterierim. Meas autem ipsius coniecturas in textum nunquam intuli, cum de illarum veritate ab aliis iudicari maluerim; quod quidem futurum erat, etiam si non maluissem.

Restat vt de aetate nostri auctoris paucis agam; nam de ipso quod dicam nihil prorsus habeo. Vnicus autem exstat locus, vt in n. ad ver. 70. innui, ex

nomina, exploratum est, nullum horum a Stobaeo testem citatum esse, verum loca illa ab alia manu, vt Agapeti ab editore Gesnero, accessisse." Equidem *loca illa omnia* (non solum Agapeti) a Gesnero inserta credo; vt et *Hymnos Procli* duo, p. 389. 390. et ex *Orphicis*, qui vocantur, quinque, ibid. et p. 100. tum etiam plures versus ex barbaro illo scriptore, qui nomen *Phocylidis* mentitus est. Ex vero scilicet Phocylide duo tantum fragmenta, opinor, conseruavit Stobaeus, p. 434. 496. — Vtinam exoriatur aliquis, qui genuinum nobis Stobaeum ex Codd. MSS. emendatum donet, aut saltem *Eclogas Physicas et Ethicas*, quae a Cantero ex codice mutilo et mendoso editae sunt. Quantum in his suppleri et emendari possit, ex MSS. Augustano et Leidensi, praeclarum specimen dedit Scriptor Anonymus in Miscell. Obseru. vol. VII. p. 181—196. ex quo hic tantum notare iuuat, versum integrum, et ad sensum apprime necessarium, *Hymno Cleanthis* restitui posse, post ver. 17. πλὴν ὁπόσα ῥέζουσι κακοὶ σφετέραισιν ἀνοίαις. Sic enim pergit MS.

ΑΛΛΑ ΣΥ ΚΑΙ ΤΑ ΠΕΡΙΣΣΑ ΕΠΙΣΤΑΣΑΙ
ΑΡΤΙΑ ΘΕΙΝΑΙ
καὶ κοσμεῖν τὰ ἄκοσμα. κ. τ. λ.

Digitized by Google

quo de aetate eius coniecturam aliquam saltem facere possumus. Is est ver. 73. 74.

καί κεν ὁ μὲν κονίῃσιν ὑπ' ἄορι κρατὸς ἀπεν[f. ἀμερ]θὴς
λευγαλέῳ θανάτῳ δῖος φῶς ἐκτετάνυσαι.

Hinc vero, vt mihi quidem videtur, verisimile fit, auctorem nostrum iis temporibus scripsisse, quibus Magia, velut crimen capitale, gladio vindicaretur. Hoc autem nulla lege sancitum inuenio ante imperium CONSTANTII. Tum demum, inualescente Christianismo, A°. scilicet C. 357. Constantii prodiit edictum de *Magis*, etc. *supplicio capitis feriendis.* (3) Sub Magiae autem nomine damnabantur *Aruspicinae*, *Vaticinia*, et artes omnes *Mathematicae* vulgo dictae; tum etiam *Theurgia* illa mystica, quam praecipue excolendam susceperant Philosophi, qui a Plotino vsque sapientiae Platonicae faecibus se ingurgitauerunt. (4)

Posito igitur (non dicam demonstrato) Scriptorem hunc in saeculo, quod legem illam Constantii

(3) V. Cod. Theod. IX. Tit. XVIII. 5. Constantio A. IX. et Iuliano C. Conss. „*Supplicio capitis ferietur*, gladio vltore prostratus, *quicunque iussis nostris obsequium denegauerit.*" Deinde recensentur, in quos lex lata est, „*Chaldaei et Magi, et caeteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat.*" Hi omnes vno verbo γόητες tunc temporis Graece vocabantur.

(4) V. Eunapium in *Vit. Philos.* et speciatim in vitis *Maximi* et *Chrysanthii*. Et Maximus quidem, *vir ingenti nomine doctrinarum* (vt a Marcellino vocatur l. XXIX. c. 1.) Iuliani Imp. olim praeceptor et familiaris, vetitam hanc circa res diuinas περιεργίαν morte luit, sub Valente correptus, ob oraculum quoddam scisciantibus expositum, et *capite truncatus.* Marcell. l. c. Eunap. v. Maximi. Quid igitur? (quoniam coniecturis agendum est) quid si ponamus auctorem nostrum ad hanc ipsam Maximi huius caedem tum recentem respexisse, et proinde sub Valente floruisse? Nihil certe video, quod coniecturae huic multum aduersari possit; non pauca, quae auxiliantur.

Digitized by Google

infecutum eſt, vixiſſe, facillimum erit difficultates nonnullas, quae ex vlla alia hypotheſi mihi vix ſolubiles videntur, explicare. Hinc enim patet, cur multorum lapidum virtutes tam medicas quam theurgicas apud noſtrum inuenimus, quorum de nomina quidem ab antiquioribus de hac materia ſcriptoribus, Theophraſto ſcilicet, Dioscoride, Plinio, aut Galeno, memorantur. (5) Hinc quoque ratio petatur, cur auctor non modo nomen ſuum operi nusquam inſcripſerit, ſed etiam ab omnibus rebus, quae indicium ſui facere poſſent, prudens, vt videtur, abſtinuerit; (6)

(5) Has lapidum virtutes, quae vocantur, ſiue poteſtates, vniverſas a Theophraſto aut ignoratas aut neglectas fuiſſe conſtat. Nonnullae a Dioscoride περὶ ὕλ. ἰατ. L. V. et a Galeno περὶ ἀπ. φαρμ. L. IX. recenſentur, praecipue medicae; plurimae omnis generis a Plinio N. H. L. XXXVII. qui etiam quaecunque in hoc libello leguntur non omiſſurus videtur, ſi ei alicunde innotuiſſent.

(6) Turbae illae ſub Valente, quae Maximo funeſtae fuerunt [V. ſupra n. (4)] copioſe ſatis enarrantur ab Amm. Marcell. L. XXIX. Primorum reorum crimen erat *nomen imperaturi poſt Valentem deteſtandis praeſagiis didiciſſe*. Procedente quaeſtione, inquit Zoſimus L. IV. p. 743. πρὸς ὀργὴν ἄμετρον ὁ βασιλεὺς ἀνάστας ὑπόπτως εἶχε πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐπὶ φιλοσοφίᾳ διαβοήτους, ἢ ἄλλως λόγοις ἐντεθραμμένους. Interficiebantur igitur, praeter *Maximum*, ὁ ἐκ Φρυγίας ΙΑΜΒΛΙΟΣ, ὡς δὴ χρησμόν τινα λοξὸν εἰς τὸ σαφέστερον ἑρμηνεύσας· καὶ ΣΙΜΩΝΙΔΗΣ ἐπὶ τούτῳ· καὶ ΠΑΤΡΙΚΙΟΣ ὁ Λυδός· καὶ ὁ ἐκ Καρίας ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ· ἦσαν δὲ οὗτοι πάντες εἰς ἀκρὸν παιδείας ἐληλυθότες, καὶ φθόνῳ μᾶλλον ἢ ψήφῳ δικαίᾳ κατακριθέντες. Id. p. 744. Paulo aliter de *Hilario* Suidas in v. κατὰ παιδείαν μὲν ἦν ἀνὴρ ὁ γνώριμος· κοινωνεῖν δὲ αὐτῷ θεὸς ἐδόκει τῆς τῶ μέλλοντος προγνώσεως. ὥστε ἦν μάντις ἄριστος. Et de *Patricio* ſic, in v. ὃς τῆς ἀπὸ τῶν φαινομένων ἢ παραγεγονότων σημείων τεκμάρσεως ἀκριβὴς ἦν ἐξετασής. Scilicet cum Philoſophi Magiae operam darent, non mirum eſt Magos pro Philoſophis habitos. Incendium idem ſub Valente Libaniun pene corripuit [de vit. ſua p. 56.] qui etiam ob Magiae crimen ſaepe alias periclitatus eſt. [ibid. p. 57. 17. 34. 35.] Poſt multorum, *vt pecudum, vbique trucidationem* (inquit Marcellinus l. c.) *deinde congeſti innumeri codices, et acerui voluminum multi, ſub conſpectu*

Digitized by Google

eur denique libelli exemplaria tam pauca, quasi furtim, distributa fuerint, vt non mirandum sit, eum vel per octo saecula latuisse, vel tandem in Tzetzis manus sine vlla scriptoris sui memoria deueniisse. (7)

iudicum concremati sunt, ex domibus eruti variis, vt illiciti, ad leniendam caesorum inuidiam. Saepius autem accidit, vt, *signatis* reorum *domibus*, immitterentur, *qui inter scrutinia supellectilis poenis addicti incantamenta quaedam antilia vel ludibriosa subderent amatoria, ad infontium perniciem concinnata; quibus in iudicio recitatis, vbi non lex, non religio, non aequitas veritatem a mendaciis dirimebat, indefensi bonis ablatis, nullo contacti delicto, promiscue iuuenes aliique, membris omnibus capti, ad supplicia sellis gestatis ducebantur.* INDE FACTVM EST PER ORIENTALES PROVINCIAS, VT OMNES, METV SIMILIVM, EXVRERENT LIBRARIA OMNIA: TANTVS VNIVERSOS INVASERAT TERROR.

(7) Michael Psellus, qui centum annis ante Tzetzen vixit, et libellum scripsit de *Lapidibus* qui hodie exstat, nihil habet quod ex nostro certe deriuatum dicere possimus. Tzetzes tandem saeculo duodecimo (non *solus*, vt dixi in n. (1) sed) fortasse *primus* poema hoc sub titulo Orphei citauit; nam auctorem Epitomes (de qua V. ADDENDA [post praefat.]) ante Tzetzen vixisse non est cur credamus. Scriptorem autem nostrum in Tzetzis manus *ἀνώνυμον* venisse, et proinde Orphei nomine ab eo donatum fuisse, idcirco verisimillimum puto, quia video plures alios tractatus, quorum ne tituli quidem ab auctoribus vetustioribus memorantur, ab eodem, velut Orphei, fidenter laudari, tam in Chiliasi, quam in Commentariis ad Hesiodum et Lycophronem, quos etiam vnius Ioannis Tzetzis opera fuisse constat. [V. Fabric. Bibl. Gr. X. 245. seq.] Hic scilicet non solum vetustissimi vatis librum hunc ΛΙΘΙΚΑ inscriptum, sed etiam ΕΦΗΜΕΡΙΔΑΣ, et ΔΩΔΕΚΕΤΗΡΙΔΑΣ, et ΓΕΩΡΓΙΑΝ ad manum habuit; cum aliorum plures versiculos ex variis locis citauerit, et *τὰς* ΕΦΗΜΕΡΙΔΑΣ quasi *ταῖς* Hesiodi ΗΜΕΡΑΙΣ in toto opere praeferendas extulerit. *Comment. ad Hesiod.* HM. *princip.* Rem vero sic se habuisse suspicor. Incidit forte Tzetzes in librum omnia haec poemata simul continentem; in quo libro cum primum locum occuparent ΕΦΗΜΕΡΙΔΕΣ v. g. quae, vtpote Musaeo inscriptae, ad Orphea auctorem pro more referendae viderentur, ipse pro-

Digitized by Google

Quod vero ad internos ſcriptionis characteras attinet, difficile dictu quantum lucis et energiae prooemio accedet, ſi ſupponamus auctorem id agere, vt mirabiles philoſophiae theurgicae poteſtates extollat, et ſimul queratur de noua illa religione quae his *deorum donis* mortales intercluderet. (8) Oratio autem,

peranter nimis et incaute caetera etiam in eodem libro poemata Orpheo tribuenda exiſtimauit. Nam, vt infra monui n. (2) [ad argum.] incredibile eſt quenquam, niſi ex tali errore, poema hoc περὶ λίθων Orpheo tribuere potuiſſe; et poema ΠΕΡΙ ΓΕΩΡΓΙΑΣ, ex quo, velut Orphei, multos verſus protulit Tzetzes, ſatis iam conſtat non aliud fuiſſe ab illo, quod vulgatum eſt a doctiſſimo Fabricio in Bibl. Gr. VIII. ſub vero eius titulo, ΜΑΞΙΜΟΥ ΠΕΡΙ ΚΑΤΑΡΧΩΝ. V. Weſſeling. *Probab.* c. 17. Quam parum autem in his rebus Tzetzes viderit, nihil attinet dicere; quam pronus vero in errorem fuerit, praeſertim de ſcriptis ſub Orphei nomine, ipſe clarum documentum dedit in *Prolegom. ad Lycoph.* vbi, poſtquam Orphea inter Hymnorum ſcriptores memorauit, ſubiicit: γράφει γὰρ ὁ Ὀρφεύς, χωρὶς τῶν ΑΣΤΡΟΛΟΓΙΚΩΝ, καὶ ΕΠΩΔΙΚΩΝ, καὶ ΜΑΓΙΚΩΝ, καὶ τῶν ἑτέρων, καὶ ὕμνους εἰς Δία, καὶ τοὺς λοιπούς, ὅτω· Ζεὺς πρῶτος γένετο. κ. τ. λ. Qui talem ſcriptorum farraginem, velut Orphei, amplexus fuerit, eum omni iudicandi facultate caruiſſe manifeſtum eſt.

(8) V. ver. 22—53, in quibus nihil fere inuenias, quod non per ſcientias magicas et theurgicas fieri poſſe vulgo credebatur. Cum vero Chriſtianiſmus iam dominans, auxilio legum ſcientias has coerceret et tolleret, non certe incredibile eſt Poetam, religionis veteris cultorem, querela tali vſurum fuiſſe, ver. 67—81.

Οὐδέ τις οἶδε θεοῖς ὀπιζέμεν ἀθανάτοισι·
ἐκ δ' οἵγε πτολίων τε καὶ ἀνδρῶν ἤλασαν ἐσθλήν
(ἆ δειλοί) σοφίην, Ἐριούνιον ὑβρίζοντες. κ. τ. λ.

ΘΕΟΙΣ ſcilicet ΟΠΙΖΕΜΕΝ, vel ΘΕΟΥΣ ΘΕΡΑΠΕΥΕΙΝ, Ethnicorum, ſecundum ipſos, proprium erat; Chriſtiani ἀσεβεῖς, ἄθεοι, audiebant. Sic Eunapius, *Vit. Maxim.* p. 89. de Iuliano: πάντας μὲν λανθάνων, ὅτι ΘΕΡΑΠΕΥΕΙ ΘΕΟΥΣ· et p. 107. de Feſto: ὁ δὲ παρῆλθε μὲν εἰς τὸ τῶν Νεμέσεων ἱερόν· καί τοί γε οὐδέποτε φήσας ΘΕΡΑΠΕΥΕΙΝ ΘΕΟΥΣ, ἀλλ' οὓς ἐκόλασεν ἅπαντας ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ἀνηρηκώς. Hic autem Feſtus (vt id obiter moneam) Maximum capite truncari fecit, de quo ſupra n. (4). ΣΟ-

Digitized by Google

ſicut a Graeciſmo vetere et ſincero in tantum deflectit, vt facile ſatis credamus eam ab homine Aſiano poſt tempora Conſtantii profectam fuiſſe, ita nitidior eſt, et luminibus poeticis magis diſtincta, quam vt aetati multo ſeriori imputari poſſit. Ex his igitur omnibus ſimul perpenſis; ex materia, et forma, et fatis, et conſilio, et ſtylo huius poematis; mihi ſaltem veriſimile videtur, auctorem eius neque ante Conſtantium, nec multo poſt Valentem, vixiſſe. Iudicet Lector eruditus. (9)

ΦΙΗ porro hic eadem eſt cum *Philoſophia* illa, ſuper quam Iulianum ſic compellat Mamertinus in *Gratiarum actione*, c. XXIII. „*Tu PHILOSOPHIAM paulo ante ſuſpectam, ac nedum ſpoliatam honoribus, ſed ACCVSATAM ACREAM, non modo IVDICIIS LIBERATI, ſed amictam purpura, auro gemmiſque redimitam, in regali ſolio collocaſti. Suſpicere iam in caelum licet, et ſecuris aſtra contemplari luminibus*, etc.“ Similia habet Libanius *de Vit. ſua*, p. 40. 41, et in *Epitaph. in Iulian.* p. 291. Conſtantii enim lex, ſupra memorata, n. (3) Iuliano imperante irrita iacuit; mox autem ſub Valente acrius inſeuiebatur. V. n. (6).

(9) Rem non omnino ἀπροσδόκητον me facturum arbitror, ſi eidem iudicio hic ſiſtam coniecturas nonnullas, quae mihi inter ſcribendum ſubnatae ſunt, de aetate alterius etiam poematis Graeci anonymi, quod falſo, vt opinor, MANETHONI tributum eſt.

Libri iſtius ſcriptorem *antiquitatem mentitum fuiſſe* olim coniecit Lucas Holſtenius, *ex ſtylo et numeris*, vt ipſe ait. *Praef. Gronou.* ad Manethonem. Hanc autem viri doctiſſimi ſuſpicionem non ſine irriſu reprobans Gronouius, Manethonem quendam Aegyptium, bona fide vſum, Apoteleſmatica haec ſua regi Ptolemaeo, et quidem Philadelpho, inſcripſiſſe ſtatuit. *Ibid.* nec quenquam ex recentioribus me vidiſſe memini, qui ſententiae Gronouianae aduerſatus fuerit. Hic igitur nonnulla in medium proferam, quae me impulerunt vt crederem, poema hoc, Manethonis nomen falſo praeferens, ſub imperio Romano, et quidem ad occaſum properante, literis mandatum fuiſſe.

De *ſtylo et numeris*, ex quibus ſolis coniecturam ſuam duxiſſe videtur Holſtenius, nihil dicam, niſi quod certiſſimum eſt et hunc et illos a ſaeculi Ptolemaeorum conſuetudine quam longiſſime abhorrere. Ea potius breuiter perſequar, quae

Digitized by Google

auctorem *rerum* multo recentiorum notitiam habuisse testantur.

In lib. I. ver. 104.

Ἠέλιος δ' ὕπατον [ῥέζει]. Gronouius reddit: Sol *principem* [facit]. Noluit scilicet hominem Aegyptium, sub Ptolemaeo Philadelpho, de magistratibus Romanis familiariter loqui. Mihi vero non liquet vocem ὕπατον, substantiue positam, de alio quam *consule* intelligi posse.

Lib. IV. ver. 66. de Venere dicitur.

Φράζει τοι βιότην βαθυχρήμονα, ΧΕΙΛΙΑΛΑΣ τε ΑΡΧΑΣ. — Reddit Gronouius: *Millenaria imperia.* quae qualia sint prorsus nescio. Procliue erat reddere: *tribunatus militum.* Nam qui Romanis *tribunus militum*, a Graecis Χιλίαρχος vocabatur. Imperium autem aliud eiusdem nominis, aut militare aut ciuile, siue apud Graecos siue apud Aegyptios, extitisse nemo, opinor, tradidit. Nisi forte contendat aliquis auctorem respexisse ad illum Persarum et Macedonum Χιλίαρχον, de quo Diod. Sic. XVIII. 48.

Lib. IV. ver. 609.

Ἐξ ΑΠΕΛΕΤΘΕΡΙΗΣ βασιληΐδος ἥμισυ δοῦλοι. Gronovius vertit — *ex liberta regia* semiserui — quasi scriptum esset ἐξ ἀπελευθέρης. Sed ἀπελευθερίη, opinor, verti debet — *libertinitas*, i. e. status *libertinus*. Notum est libertinos homines, in Romanorum politia, tenuisse statum inter ingenuitatem et seruitutem medium, ita vt etiam principum liberti ἥμισυ δοῦλοι vocari possent. An talis hominum *ordo* in vlla alia politia extiterit, mihi nondum exploratum est.

Lib. II. ver. 263.

Ἄλλοι δ' αὖτε πέλονται ΑΠΑΓΓΕΛΕΕΣ βασιλήων,
πίστιν τ' ἀμφὶ δίκαισι θεμιστοπόλων ὑπ' ἀνάκτων
ἴσχουσιν, κεῖνο σφετέρῳ νόῳ ἰθύνοντες.

Ex hac descriptione satis patet meros principum *nuntios*, vel *cursores*, non intelligi. Mihi igitur suspicio est, auctorem loqui de iis hominibus, qui, sub imperatoribus Romanis, Latine *Agentes in rebus*, Graece Ἀγγελιαφόροι vocabantur. V. Valesii notam ad Am. Marcellin. L. XV. c. 3. Firmicus certe, qui sub Constantino scripsit, cum *Procuratoribus* et *Rationalibus* coniungit eos quibus *nuntiandi potestas conceditur*. Mathes. L. III. c. 4.

Lib. IV. ver. 561.

Ἔσται ΜΙΣΕΛΛΗΝ γενέθλῃ, τιμήν τε θεοῖσιν
οὐχὶ νέμων. κ. τ. λ.

Manifestum est sectam aliquam hic designari; aut Iudaeam, aut, vt ego quidem existimo, Christianam. Quibus aliis simul contigerit, vt exprobrarentur quasi *Hellenas odissent et*

Digitized by Google

Deos contemnerent, nusquam video. Ex his autem alterum vulgatissimum fuisse Christianorum opprobrium dixi supra n. (8); de altero nunc obseruandum est, nomen *Hellenis*, postquam inualuit Christianismus, non tam saepe *gentem* alicuius hominis quam *religionem* eius designare. Omnes a Christianismo alieni Ἕλληνες vocabantur. Luculentum exemplum est ap. Theophylact. Hist. V. 14. p. 232. Ed. Venet. vbi *Chosroes*, *rex Persarum*, de vxore Sira et seipso sic loquitur: ἐπειδὴ ἡ Σίρα Χριστιανὴ ἐστιν, κἀγὼ ΕΛΛΗΝ. Christianos igitur iis temporibus μισέλληνας, i. e. *ethnicorum*, seu *gentilium*, *osores*, proprie appellatos fuisse nemo dubitet. Sed neque in reliqua descriptione aliquid inueniatur, quod non iisdem ab inimicis suis saepius obiectatum est. Quod si quis tamen haec omnia a vero Manethone de Iudaeis Alexandrinis dicta intelligere malit, non omnino repugnem, modo ille ostendat caetera etiam, quae superius notaui, ab eodem profiscisci potuisse.

Atque haec hactenus de toto illo poemate quod Manethonis dicitur. Quibus adiiciam, me vehementer suspicari libros duos, primum et quintum, qui soli Manethonis personam praeferunt, ab alia et recentiore manu esse quam reliqui quatuor sunt. Hanc autem mihi suspicionem inprimis mouit scriptionis genus, si quid video, omnino diuersum. In quatuor enim illis libris, II, III, IV, et VI, oratio, pro aetate scriptoris, satis pura est; aliquando etiam nitida; versificatio proba, contra receptas prosodiae leges raro peccans, ita vt ipsa illa peccata librario vel interpolatori potius quam auctori imputanda videantur; ordo rerum, vt in partibus operis mutili, lucidus, et ab ipso auctore plerumque explicatus. In duobus contra libris, I, et V, oratio plerumque pinguis et scabra est, non raro barbara; peccata in metrum frequentia, et enormia; ordo plane nullus. Quin etiam in libris I, et V, singulari sane licentia, inter versus heroicos elegiaci crebro inseruntur; in reliquis quatuor libris ne vnus quidem occurrit versus elegiacus. Istorum porro librorum vtrique praefigitur putida ad regem Ptolemaeum, ex persona Aegyptii cuiusdam, allocutio; in caeteris nulla vsquam Ptolemaei mentio, nihil quod auctorem Aegyptium fuisse suadeat. Plura denique Apotelesmata, quae in hac operis parte, suo loco, secundum certam seriem, posita sunt, in libro I, extra ordinem leguntur, iisdem pene versibus expressa. Confer lib. I. ver. 308—338. cum lib. IV. ver. 50. 51. 395—413. 481—490. et agnosces opinor, haec omnia ab eodem auctore in eodem opere poni non potuisse; agnosces etiam, nisi fallor, libri I auctorem plagii crimine manifesto conuinci.

Digitized by Google

POSTSCRIPTVM.

Cum praefationem hanc Typographo iam traditurus essem, in manus meas tandem venit exemplar Orphei Gesneriani, quod mihi legauerat vir amicissimus, et omnibus qui has literas colunt desideratissimus, SAMVEL MVSGRAVE. In eius exemplaris marginibus reperi (omnino praeter spem meam) complures τῦ μακαρίτυ ad hoc poema coniecturas; de quibus ne plura dicam obstat inprimis, quod cum meis tam crebro consentiunt. Ex notula etiam ad ver. 292. didici (quod profecto me fugerat) KOENIVM, V. Cl. nonnulla nostri loci tractauisse in commentario eruditissimo ad *Gregorium de Dialectis*. Hic igitur vtriusque, tam KOENII quam MVSGRAVII, coniecturas simul subiiciam; mihi ipsi serio gratulaturus, si quantum de inuentionis gloriola amisisse videar, tantum roboris et firmitatis suspicionibus meis ex conspirante talium virorum iudicio accessisse existimetur. *)

ADDENDA

[In ed. Tyrwhitti p. 98]

Superiores notae iam scriptae, et maximam partem typis expressae erant, antequam Epitomen huius opusculi manuscriptam in Bibliotheca Bodleiana delitere comperi. In Catalogo sic describitur, inter plures tractatus qui in Cod. *Barocc.* 131. continentur; „Anonymi *Collectanea* quaedam medica a fol. 492. ad 498 b. Λίθος κρύσταλλος ὁ πᾶσι γνώριμος." Codicem autem ipsum inspicienti clare sese obtulit titulus hic, Ὀρφέως λιθικῶν —

*) Musgraui et Koenii coniecturae suis locis in notis nunc commemoratae sunt. ΗΡΑΜ.

Digitized by Google

cum tertia quadam voce, quam, literis ex madore chartae euanidis, legere nequiui. Neque vero, si titulus defuisset, Collectanea haec e nostro auctore praecipue deriuata (cum additamentis quibusdam ex Dioscoride, fortasse, aliisque) vlli dubium esse potuit. Ex hac igitur epitoma nonnulla proferre pergam, quae locis nostri obscuris et corruptis, aut lucem allatura sunt aut medelam; *) praemonito tantum Lectore, scriptorem hunc, quem Christianum fuisse constat, *Prooemium* totum neglexisse; *Episodia* etiam *Mythologica*, et alia quaedam mere *Theurgica*, prorsus omisisse, siue ob religionem, siue quod ea solum, quae ad medicinam spectabant, excerpere constituerat.

*) Haec quoque nunc in ipsis notis reposita sunt. HRAM.

Digitized by Google

ΟΡΦΕΩΣ

ΑΡΓΟΝΑΥΤΙΚΑ

Digitized by Google

Digitized by Google

ΟΡΦΕΩΣ ΑΡΓΟΝΑΥΤΙΚΑ.

Ὦναξ Πυθῶνος μεδέων, ἑκατηβόλε, μάντι,
ὃς λάχες ἠλιβάτου κορυφῆς Παρνησίδα πέτρην,
σὴν ἀρετὴν ὑμνῶ· σὺ δέ μοι κλέος ἐσθλὸν ὀπάσσαις·

In cod. Ruhnk. inscriptio nulla est, neque in Aug. 1. Sed in cod. Ruhnk. in fine est: τέλος τῶν ἀργοναυτικῶν ὀρφέως τοῦ ποιητοῦ. In Aug. 2. ὀρφέως ποιητοῦ βίβλος ἀργοναυτικῶν. In Wratisl. Ὀρφέως Ἀργοναυτικά. V. 1. Ἄναξ Ask. 2. παρνασίδα Ask. Wrat. παρνασσίδα vulgo.

3. Κλέος ἐσθλὸν ὀπάσσαις.] Haec verba ita hactenus interpretati sunt, ac si poeta proprii sui nominis famam extendi ab Apolline petat. Sed praeter hunc, longe alius horum verborum esse potest sensus. Nimirum in hac invocatione duo potissimum ab Apolline petit poeta: Primo, vt sibi vniuersam sequentis historiae seriem vere et ex ordine enarrare liceat, adiuuante et inspirante Deo; quemadmodum Virgilius: *Musa mihi caussas memora* etc. quam partem absoluit his duobus versibus:

Σὴν ἀρετὴν ὑμνῶ, σὺ δέ μοι κλέος ἐσθλὸν ὀπάσσαις,
Πέμπε δ' ἐπὶ πραπίδεσσιν ἐμαῖς ἐτυμηγόρον αὐδήν.

Deinde, vt eandem historiam dulcibus modulis et sonoro carmine pertractare possit, quam partem itidem duobus sequentibus versibus absoluit:

Ὄφρα πολυσπερέεσσι βροτοῖς λιγύφωνον ἀοιδὴν
Ἠπύσω, μούσης ἐφετμαῖς καὶ πηκτίδι πυκνῇ.

Τὸ igitur κλέος ὀπάσσαις, optime, mea quidem sententia, exponi hoc sensu posset per διαδεδομένην φήμην διήγησον, ita vt plane respondeat illi adducto Virgiliano: *Musa mihi caussas memora.* Quodsi tamen quis in priori sensu accipere velit haec verba, huic quidem non repugnabo, modo non cum vulgatis interpretibus haec verba a sequentibus seiungat, sed in sequenti versu τὸ δὲ pro copulatiua, (quod saepe ita apud hunc poetam occurrit) habeat: ita vt sensus sit: Tu mihi hanc gloriam largire, vt late dispersis hominibus etc. Τὸ κλέος τῶν μέσων esse, omnibus notum. Quemadmodum etiam *clarus* apud Sallustium accipitur: *Apud socios clari magis*

Digitized by Google

πέμπε δ' ἐπὶ πραπίδεσσιν ἐμαῖς ἐτυμηγόρον αὐδήν,
ὄφρα πολυσπερέεσσι βροτοῖς λιγύφωνον ἀοιδὴν
ἠπύσω, Μέσης ἐφετμαῖς, καὶ πηκτίδι πυκνῇ.

4. πραπίδεσιν Fr. P. A. I. ἐτημ. Af. 6. Μέσαις cod. Ruhnk.

quam honesti. Ὀπάζαν Hesychius exponit χαρίζεσθαι, Ὤπασεν, ἐχαρίζετο. Sic Prometheus apud Aeschylum: Πῦρ ἐγὼ σφιν ὤπασα, quod Horatius: *Intulit.*

Audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit.

Alibi etiam ὤπασε exponitur ἐτύπωσε, vt apud eundem Aeschylum: ἑπτὰ ἐπὶ Θήβ. verſ. 498. Non equidem ignoro, inferius τὸ κλέος ἐσθλὸν ὀπάζειν occurrere alio ſenſu, ſed ibi τὸ ὀπάζειν refertur ad κλέος, et interpretandum per verbum *ſequi;* hic vero refertur ad σύ. ERSCHENB.

6. Ἠπύσω.] Vt hic ἐφετμαῖς correpta media, ſic ἐφετμοῖς, v. 67. Ἢ καὶ ὑπ' ἐλατίνοις ἐφετμοῖς ἁλιμυρίη βίνδη: ſic et alia multa ap. hunc poetam. H. STEPH.

6. Μέσης ἐφετμαῖς.] i. e. *carmine.* ἐφετμαῖς, nonnunquam pro ἀρμοῖ vel ἁρμοζόντως. et ita intelligunt interpretes Callimachum ἐς Δῆλον:

Ἀλλὰ Φίλη, δύνασαι γὰρ, ἀμώμονα πόντια δῶλοις
Τμετέροις, οἱ σεῖο πέδον πατέουσιν ἐφετμῇ.

Vbi τὸ ἐφετμῇ reddunt etiam *legitime.* Sed vt dicam quod res eſt, in hoc Callimachi loco non videtur recte verti *legitime* τὸ ἐφετμῇ, ſed σεῖο ἐφετμῇ coniungitur, tuo iuſſu terram peragrant. Iris nimirum et Mars, vt perſequantur Latonam, quemadmodum in Hymno Panis, qui Orpheo tribuitur.

Βαίνει γὰρ τάδε θεῖα πολύκριτα σοῖσιν ἐφετμαῖς.

Mediam in ἐφετμαῖς hic auctor corripit, vt et infra in ἐφετμαῖς et alibi ſaepe, quod tamen Henricus Stephanus iam obſeruauit. ESCH.

Πηκτίδι πυκνῇ.] τῶν πηκτίδων mentionem facit Ariſtoteles lib. VIII. c. VI. Politic. Athenaeus lib. IV. et XIV. Scaliger in Hiſtorico cap. XLVIII. haec refert; *Erat et πηκτὶς duobus tantum nervis. Pulſabant autem radiolo altera manu, quod pleotrum a percuſſione appellarunt: altera premebant nervos certis intervallis etc.* πυκνῇ, nimis craſſe reddunt: *lyram craſſam.* πυκνὸς a πύκα eſt, hoc autem ἀντὶ τοῦ ἐπισταμένως παραλαμβάνεται, teſte Aeſchyli Schol. ad ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις verſ. 151. vnde εὖ πυκάζω, exponit: ἐντέχνως καὶ ἐπισταμένως ἔντεινε τὸ τόξον. Quin ipſum verbum πυκάζω ornatus quandam et elegantiae ſignificationem habere videtur in verſibus illis Archeſtrati, qui citantur ap. Athenaeum lib. IV.

Digitized by Google

Νῦν γάρ σοι, λυροεργὲ, Φίλον μέλος ἀείδοντα
Θυμὸς ἐποτρύνει λέξαι, τάπερ ἔποτε πρόσθεν
ἔφρασε, ὅταν Βάκχοιο καὶ Ἀπόλλωνος ἄνακτος

7. ἀείδοντι cod. Rubnk. Vind, Aug. vterque. Probat Ruhnkenius. 8. ὁ ποτὲ Aug. 1.

Ἀεὶ δὲ τεφάνοισι κάρα παραδαῖτα πυκάζω
Παντοδαποῖς. οἷς ἂν γαίας πέδον ὅλβιον ἀνθοῖ.

Quid sit νῦς πυκνὸς, et ἀνὴρ πυκνὸς, notum est. ESCHNB.

6. Πηκτίδα instrumentum ab Lydis in Graeciam translatum, πολύχορδον καὶ πολυαρμόνιον, teste Platone de Rep. 3. p. 288. quodam a Sapphone inventum tradidisse memorat Schneiderus. Ab Orpheo nostro, more recentiorum poetarum, cum cithara permutatum esse.

7. Λυροεργέ.] Nescio cur hic interpretes λυροεργὲ malluerint exponere per *Lyrae inuentorem aut patrem*, quam simpliciter per *Lyristam*, cum tamen ipsum vocabulum graecum et fabula etiam hoc potius requirant. Mercurio enim huius instrumenti inventio tribuitur, quod ab inuentore acceptum Apollo, ad fistulae modulos, lineis, quibus ante erat instructum chordis exemtis, atque nerueis intentis, adaptasse tantum legitur. vid. Scaliger loco superius adducto. Et aperte Horatius l. I. Od. X. Mercurium vocat *curuae lyrae parentem*. ESCHENB.

7. Recte Eschenbachius, quod *Lyristen* hic potius quam lyrae inuentorem intelligit; sic enim γεωργὸς, ἐριουργὸς, ξευργὸς, κρευργὸς, e. i. g. a. non sunt, qui terram, lanam, deos, carnes inueniunt; sed qui tractant: sed hoc male, quod refert ad Apollinem, cuius mox v. 9 in tertia persona sit mentio. Breuiter, Musaeum suum alloquitur, ad quem directum totum carmen, satis ostendit v. 1344. (conf. 856. 884. 1189.) Canit Orpheus, quae discat Musaeus, quibus lyrae sonos accommodet. OESN.

8. Θυμὸς ἐποτρύνει λέξαι.] Pindaricum hoc est, ita enim Ol. 3, ἐς γαῖαν κομπεύειν θυμὸς ὥρμαινε· et paulo post: Ἐμὲ δ' ὦν πα θυμὸς ὀτρύνει φάμεν. Claudianus; *Mens concepta iubet*, et: *totum spirant praecordia Phoebum*. ESCH.

9—45. Hunc locum merito Bibliothecae graecae inseruit Fabricius 1, 29, 3. OESN.

9. Heynius malebat ὅτε, propter πίφαυσκον. Sed non solent facile epici in tali positura producere ultimam in ὅτε. Noster quidem maxime ab hoc licentiae genere abstinuit, quod non leue de aetate eius indicium est. Schneiderus excusari fortasse ὅταν posse putat exemplo Mimnermi apud Strab. p. 80. (125. ed. Sieb.)

Digitized by Google

10 κέντρῳ ἐλαυνόμενος, φρικώδεα πῆλα πιφαύσκων
θνητοῖς ἀνθρώποισιν, ἀχείματα δ' ὄργια μύσαις·
ἀρχαίῃ μὲν πρῶτα χάος ἀτέκμαρτον ἀνάγκην,

10. Vulgo πῆλ' ἐπίφασκον. Cod. Ruhnk. ἐπίφαυσκον. Schneiderus edidit πῆλα πιφαύσκων. 11. Vulgo ἄχη· μετὰ δ' ὄρκια Aug. 1. ἄχηματά δ' ὅρκια Aug. 2. ἄχηματα δ' ὅρκια. Pierſ. (v. N.) ἄχη μεγάλ', ὅρκια. 12. φάος Voſſ. Eamdem lectionem ex Aug. vtroque memorat Schneiderus, a me aut neglectam, aut conſulto praeteritam: niſi Schneideri error eſt. Diligentiſſime enim contuli illos codd. Ibidem libri omnes ἀμέγαρτον.

ἠδ' ὁκόταν μετὰ κῶας ἀνήγαγεν αὐτὸς Ἰήσων ἐξ Αἴης. Eò in verſu μέγα κῶας reponendum vidit Brunckius in Append. ad Apoll. Rh. I. 4. Sed praeterea ita corrigi debet iſte locus:

ἠδέποτ' ἂν μέγα κῶας ἀνήγαγεν αὐτὸς Ἰήσων
ἐξ Αἴης, τελέσας ἀλγινόεσσαν ὁδόν,
ὑβριστῇ Πελίῃ τελέων χαλεπῆρες ἄεθλον,
ἠδ' ἂν ἐπ' ὠκεανὸν καλὸν ἵκοντο ῥόον.

Itaque in Orpheo ſcripſi ὅταν πιφαύσκω. Comprehendit enim praeteritum praeſenti. Alius ſcriptor dixiſſet ὅτε πιφαύσκοιμι.

11. Io. Pierſon. Veriſ. I, 9. p. 103. coniicit pro μετὰ δὲ legendum eſſe μεγάλα, idque iungit cum ἄχη, ſicut v. 38. μέγ' ὄνειαρ, et 467. μέγα ὀφέλεσιφιν, v. v. Mihi magis placerent μεγάλ' ὄρκια, quae φρικτὰ θεοῖς, ἀῤῥήκτα βροτοῖσιν, vt v. 465. vocantur. Suſpicor, tria hic velut capita carminum Orphicorum conſtitui, πῆλα φρικώδεα Tela Deorum miſſa in Pythonem illum Parnaſſi poſſeſſorem, in Titanes, deinde curationes morborum, denique myſteria varia et ritus occultos, quod vltimum genus, vt ſuum proprium opus, latius explicat.

GESN.

11. Locum coniectura reſtituiſſe mihi videor. Hoc dicit: quum res referebam mortalibus caeteris horrendas, ſed easdem vacuas timore myſtis. Multa in hanc ſententiam apud veteres exſtant: v. Valcken. ad Hippol. 25. Ruhnk. ad hymn. in Cer. 478. 479. Ἀχείματος exſtat ap. Aeſch. Suppl. 143.

12. Ἀρχαίῃ μὲν πρῶτα χαος ἀμέγαρτον ἀνάγκην.] Per ἀνάγκην hic illa intelligitur neceſſitas, quam cauſſam omnium rerum multi ſtatuebant Philoſophi, vt Democritus et alii. Ideoque et Chao et terrae apponebant neceſſitatem. Et Pythagoras τὴν ἀνάγκην τῷ κόσμῳ περικεῖσθαι dicebat, vt auctor eſt Iamblichus in vita Pythagorae, quamobrem ἀνάγκη, ἡ πάντα κρατοῦσα, et, ſec. Ariſtotelem ἐκ ἄλλο τι λέγεται πλὴν ὁ θεὸς, ἀκίνητον οὐσίαν ὤν. Eam tamen ſubmittit Dei conſiliis Heſiodus ἔργ. v. 15.

Digitized by Google

καὶ Κρόνον, ὡς ἐλόχευσεν ἀπειρεσίοις ὑπὸ πόλποις

13. Ὡς est in cod. Ruhnk, Vind. Ask. Par. Wrat, Aug. vtroque, et Voss. teste Schradero in Emend. praef. p. IV. Vulgo ὃς. Et ita Stenchus de perenni philosophia VII. 10. p. 451. Cod. Ruhnk. ἀπειρεσίῃσιν. Aug. 2. ἀπερσίῃσιν. Voss. ἐλόχη ἀπειρεσιήσιν. Deinde Vulgo ὑφ' ὁλκοῖς. Sed codd. Ruhnk. Vind. Wrat. Ask. edd. Pr. A. C. ὑπ' ὀλκοῖς. Aug. vterque ὑπὸ ὀλκοῖς. v. N.

Οὔτις τήν γε φυλὴ βροτὸς, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης
Ἀθανάτων, βυλῇσιν ἕῃν τιμῶσι βαρεῖαν.

Hanc de neceſſitate doctrinam recoxit nuper Spinoſa, qui ſentit omnia ſemper fuiſſe et eſſe neceſſaria. Ἀμίγαρτον, Heſychius ἀφθόνητον, ἀξύλωτον, ἢ πολὺ, ἢ μέγα· ὡς τὸ ἀμέργαρτε συβώτα, ᾧ οὐκ ἄν τις φθονήσειεν. Cuius magnitudo tanta eſt, vt inuidiam exuperet, quod Horatius lib. II. od. XX. dixerit *inuidia maior*. Catullus in eundem fere ſenſum:

Aut ne quis malus inuidere poſſit,
Cum tantum ſciat eſſe baſiorum.

Quemadmodum etiam in contrarium idem vocabulum accipitur de eo, quod ne quidem inuidiam meretur. Sic apud Aeſchylum in Supplic. v. 650. αἰδοῦνται δ' ἱκέτας Διὸς, ποίμναν τάνδ' ἀμίγαρτον. ad quae Scholia: Τὴν ὑμῶν σύστασιν ἀφθόνητον, διὰ τὸ ἀτελές. ita fortaſſis ἀμίγαρτον πόνον dixit Homerus Iliad. β. v. 420.

Ἀλλ' ὄγε δέκτο μὲν ἰφὰ, πόνου δ' ἀμίγαρτον ὄφελεν.

Aeſchyl. Prometh. Τὸ τῆς ἀνάγκης ἓν' ἀδήριτον δένος. Sed alio ſenſu. ESCENB.

12. Scripſi ἀτέκμαρτον. Vix enim commode ἀμίγαρτος ἀνάγκη dici poteſt. Secundam ſyllabam corripit noſter recentiorum more hic et infra v. 1155. Ita Ariſtoph. Av. 170. et in *dustékmartos* Sophocles Oed. T. 109.

13. Ἀπειρεσίοισιν ὑφ' ὁλκοῖς.] Ambo interpretes latini, ignoti nominis ἔμμετρος, et Renatus Perdrierius, hic legiſſe videntur: ἀπειρεσίαισιν ὑπ' ὠλκαῖς, forte non adeo male. Magis tamen arridet haec lectio, quippe quam omnia quae habui exemplaria excuſa ſeruant. Ὁλκος, ab ἕλκω, propriiſſima et proxima ſignificatione eſt *extenſio*, ſeu extractio, vt ita dicam, *in longum*. Vnde Scholiaſtes Nicandri ad illa ex Alexipharmacis:

— ἀμφὶ δὲ ὁλκὸς
Τέτρηχε γλώσσης νέατος ὑπαπάρφετα ἰδμός.

Ὁλκος, inquit περιφραστικῶς τὸ μῆκος καὶ ἡ παράτασις τῆς γλώσσης. Latinum Tractus commodiſſime huic graeco reſpondet: *Tractus* enim, (quod et Giphanio ad Lucretium obſeruatum eſt) fere eſt longa rerum extenſio, vt: *Tractus longi flammarum*, apud eundem Lucretium, quos Graeci

Digitized by Google

Αἰθέρα, καὶ δίφυῃ, πυρσωπέα, κυδρὸν Ἔρωτα.

14. Libri omnes περιωπέα.

alias διαῤῥοίας, minus tamen feliciter, et Aratus ῥυμὰς dicunt. Ita etiam Virgil. 1. Georg.

Flammarum longos a tergo albescere tractus.

Vnde Manilius speciem cometarum facit, quos *Tractos* ob extensionem caudae appellat. *Trahere vitam, tempus, aeuum,* non minus notae quam elegantes locutionis formae. Neque etiam infrequens ipsius verbi ἕλκω in Aethereis et coelestibus describendis apud auctores vsus est: Aratus in Phaenom. de naue. ὡς ἤγε πρύμνηθεν ἰησονὶς ἕλκεται ὀργώ. Vbi Scholiastes τὸ ἕλκεται simpliciter exponit per τὸ φέρεται. Cicero vertit:

At canis ad caudam serpens prolabitur Argo,
Conuersam prae se portans cum lumine puppim.

Idem statim ab initio Phaenom.

Οἱ μὲν ὁμῶς πολέες τε, καὶ ἄλλυδις ἄλλοι ἐόντες
Οὐρανῷ ἕλκονται πάντ' ἤματα συνεχὲς ἀεί.

Vbi rursus Scholia. Οὐρανῷ δὲ ἕλκονται, ἀντὶ τοῦ σὺν τῷ οὐρανῷ φέρονται. et Cicero lib. II. de Nat. Deor. reddit:

Caetera labuntur celeri coelestia motu.
Cum coelo simul noctesque diesque feruntur.

ESCHENB.

13. Vix dubito, quin vera huius loci lectio seruata sit a Steucho de perenni Philos. 7, 10. p. 431. pr. ἀπαιρεσίοις ὑπὸ κόλποις. Suadet hoc illa aspirationis absentia, quam in V. L. indicauimus: suadet illud, quod κόλποι καὶ λοχείαν, generationem, sunt sine dubio accommodatiores ὀλκοῖς, aut ὀλκάσι adeo. Κόλποι βαυβῶς Fr. 16, 3 quid sint, dubitari non potest. Ita Fragm. 6, 9 Ζηνὸς ἐν γαστέρι omnia nata sunt, et v. 36 ἱερὰ νηδὺς commemoratur. Add. Fr. 8, 4 et 8 it. 19: praesertim Fr. 22. Αὐτὰρ Ἔρωτα Ζεὺς καὶ πνεύματα πάντα τέκνωσε, vbi τέκνωσε plane respondet τῷ ἐλόχευσεν. Apud Aristoph. Auib. 696. Ἐρέβους ἐν ἀπείροισι κόλποις τίκτει Νύξ. GESN.

13. Probauit ὑπὸ κόλποις Ruhnkenius, recepit Schneiderus.

14. Mihi videtur, διφυῆ referri ad communionem vtriusque sexus, quam Dis tribuebant (vid. F. 6, 11); idque inductione probari posse locorum, quae Index s. Lexicon Orphicum ostendit. Res ipsa, de duplici sexu, plane Orphica. Sic Fr. 6, 11 Ζεὺς ἄρσην γένετο, ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη. De Luna H. 8, 4 Σελήνης τε καὶ ἄρσην, quam διφυῆ dixerat v. 1. De Minerua H. 31, 10. Ἄρσην μὲν καὶ θῆλυς ἔφυς. H. 41, 5 Misen vocat Ἀρσένα καὶ θῆλυν, διφυῆ. Ceterum hic Ἔρως idem est quem πρωτογόνον διφυῆ vocat H. 5, 1.

GESN.

Digitized by Google

15. Νυκτὸς ἀειγνήτης υἷα κλυτόν· ὃν ῥα Φάνητα

15. ἀκειγενέτης Steuchus de per. phil. VII. 10. p. 431. Tum libri omnes πατέρα κλυτόν. Deinde Φανῆτα codd. Ruhnk. Aug. vterque.

14. Καὶ διφυῆ περιωπέα κυδρὸν ἔρωτα.] Τὸ διφυῆ, amori etiam tribuitur in Hymnis qui vulgo Orpheo adscribuntur, vbi in ἔρωτος θυμιάματι, v. 4. εὐπάλαμνον, διφυῆ, πάντων κληΐδας ἔχοντα. Scaliger reddit: *Caute, gemelle puer, qui cunctorum aedituus es.* L. Seneca in Hippolyto:

Diua, non miti generata ponto,
Quam vocat matrem geminus cupido.

Nil notius in Socratica schola quam διφυὴς hic amor, qui modo dicitur διπλοῦς θεὸς, vt apud Lucianum in Amoribus, pag. editionis nouae 899. modo δύο κάλλη, vt apud Achillem Tatium lib. II. de Clitoph. et Leucipp. Amor. et aliter aliis. Nam amorem alterum dicebant οὐράνιον, alterum πάνδημον, de quorum contraria inter se natura, vide praeter citatos auctores Platonem, Xenophontem in Sympos. Lucianum in Encomio Demosthenis, Apuleium et alios. Illum οὐράνιον Orpheus in hymnis vocat πρωτόγονον et ibidem etiam διφυῆ. per πρωτόγονον enim intelligitur ἔρως. Nam amorem omnium Deorum vetustissimum credebant Theologi, et illo tempore natum, quo nondum coelum ac dii erant, de quo vid. Hesiod. Theogon. et Platonem in Conuiuio. ESCH.

14. Πυρσωπέα ex emendatione Ruhnkenii receptum: qui πυρσαυγὴς comparauit, a Doruillio restitutum in hymn. XVIII. 1.

15. De Phanete plura hic non addimus. Orphica loca prodit volentibus Index in φάνης et ἠρικαπαῖος. GESN.

15. Ὃν ῥα Φάνητα.] Insignis locus apud Lactantium lib I. de falsa religione cap. V. de hoc numine. *Orpheus*, inquit, *qui et vetustissimus poetarum, et aequalis ipsorum deorum, (siquidem traditur inter Argonautas cum Tyndaridis et Hercule nauigasse) Deum verum et magnum πρωτόγονον, primogenitum appellat, quod ante ipsum nihil sit genitum; sed ab ipso sunt cuncta generata: eundem etiam Φάνητα nominat, quod cum adhuc nihil esset, primus ex infinito apparuerit, cuius originem atque naturam quia concipere animo non poterat, ex aere immenso natum esse dixit.*

Πρωτόγονος Φαέθων περιμήκεος ἠέρος υἱός.

Similem locum habemus in πρωτογόνου θυμιάματι, vbi praeter alia, quae apprime his conueniunt, illum πρωτόγονον suum Φάνητα etiam vocat et πρέκτον ἄνακτα. Vnde miror Scioppium, optime alias de Priapo meritum, hoc tamen Priapi nomen non ad-

Digitized by Google

ὁπλότεροι κλήζουσι βροτοί· πρῶτος γὰρ ἐφάνθη.
Βριμοῦς τ' εὐδυνάτοιο γονάς, ἠδ' ἔργ' αἴδηλα

16. κικλήσκουσι Codd. Ruhnk. Voss. Ask. Paris. Wrat. Aug. vterque. edd. PAI. Steuchus miro consensu. Vulgo καλέουσι. 17. Βριμοῦς τε — ἔργα Voss. ἔργ' Ask. γονὰς ἠδὲ Aug. 1.

vertisse, maxime cum Nonnus in explicatione historiarum, quarum meminit Nazianzenus, tam luculenter hoc numen describat: ἐν τοῖς ὀρφικοῖς ποιήμασι, inquit, συνεισήχθη τὰ δύο ταῦτα ὀνόματα, μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν, ὧν τὸν φάνητα εἰσφέρει αἰδοῖον ἔχοντα ὀπίσω περὶ τὴν πυγὴν, λέγουσι δ' αὐτὸν ἔφορον τῆς ζωογόνου δυνάμεως. ESCHENB.

15. Phanetem, siue Amorem Noctis patrem dici posse, quum omnino non est credibile Orphica consideranti, (v. fragm. ined. 7.) tum repugnat etiam epitheto ἀειγνήτης. Schneiderus υἱὸν coniicit. Debebat υἷα, qui mos est epicorum in tali verborum positura. Error facilis, ΠΡΑ et ΥΙΑ permutari. Ac P et I permutata sunt mox v. 33.

16. Probe antiquus Φάνης, si Noctis pater, e qua orta fere reliqua, docent Theogoniae v. g. Hesiodea 124. Atque haec quidem v. 120 antiquiorem facit Amorem: sed Aristophanica Auib. 697 Noctis filium et Erebi praedicat. Verum hanc abyssum non ingredimur. Ceterum hunc locum ex memoria laudauit auctor Etymol. M. obseruante Cl. Ruhnkenio Ep. crit. 2. p. 69 in haec verba, τὸν δὲ καλέουσι Φάνητα, ὅτι πρῶτος ἐν αἰθέρι φαντὸς ἐγένετο. GESN.

16. Quum libri veteres κικλήσκουσι consensu habeant, vix potest dubitari, quin καλέουσι aut explicatio sit, aut correctio. At propius accedebat κλήζουσι, et facilius poterat, quam καλέουσι, in κικλήσκουσι mutari. Itaque hoc reposui. Caeterum fallitur Ruhnkenius, hunc locum ab Oro laudatum putans. Nam neque ex Argonauticis affertur, et verba ipsa aliunde sumptum arguunt. Quae Orus habet, ita scripsisse videtur Orphicus poeta: τὸν δὴ καλέουσι Φάνητα, ὅττι πολὺ πρώτιστος ἐν αἰθέρι φαντὸς ἔγεντο.

17. Βριμὼ esse Hecaten non est dubium: sed eandem esse ex alia mythologia, alia relatione Cererem h. e. terram frugiferam, aeque constat. Apud Clem. Alex. Cohort. p. 13, 21 Potteri, memorantur Δηοῦς μυστήρια, καὶ Διὸς πρὸς μητέρα Δήμητραν ἀφροδίσιοι συμπλοκαί; καὶ Μῆνις — ἧς δὴ χάριν Βριμὼ προσαγορευθῆναι λέγεται. Totam fabulam, cuius certe cortices valde foedi sunt, ex ipso Clementis loco, vt videtur, repetit Arnobius adu. Gentes 5. p. 170. Breuiter, *Iupiter fit ex Deo taurus, — agit incestius res suas, — cognitus euolat: ardescit furiis atque*

Digitized by Google

Γηγενέων, οἳ λυγρὸν ἀπ' Οὐρανοῦ ἐκμάξαντο

18. Γηγενέων Voss. et margo Vind. tum etiam codd. Aug. vterque. Edd. vett. γιγάντων. Τιτάνων. coni. Piers. V. N. ἐπτάξαντο Aug. 1. ἐντάξαντο AIC. Vulgo ἐτάξαντο.

indignationibus mater, — nec fremitum continere irarum volens, ex continua possione Brimo *deinceps vt appelletur, assumsit* etc. Haec est μῆνις θεᾶς, quam cecinit Orpheus, vid. Fr. 18. 7. GESN.

17. Βριμοῦς.] i. e. Hecates. Apollon. Argon. III. v. 859.

Ἑπτὰ μὲν ἀενάοισι λοεσσαμένη ὑδάτεσσιν,
Ἑπτάκι δὲ Βριμὼ κουροτρόφον ἀγκαλέσασα,
Βριμὼ νυκτιπόλον, χθονίην, ἐνέροισιν ἄνασσαν
Λυγαίῃ ἐνὶ νυκτὶ σὺν ὀρφναίοις φαρέεσσι.

Et ibid. vers. 1210.

Βριμὼ κικλήσκων Ἑκάτην.

Lycophron Cassandr. v. 1175.

Περσέως δὲ πάρθενος
Βριμὼ τρίμορφος θύσεταί σ' ἐπωπίδα.

Dicitur autem Βριμὼ, διὰ τὸ φοβερὸν καὶ καταπληκτικὸν τῆς δαίμονος, καὶ φάσματα ἐπιπέμπειν τὰ καλούμενα ἑκαταῖα. καὶ πολλάκις αὐτὰ μεταβάλλειν τὸ εἶδος, διὰ τὸ ἔμπουσαν καλεῖσθαι. Ἢ παρὰ τὸν Βρόμον, τὸν τοῦ πυρὸς ψόφον. Ἡ γὰρ θεὸς λαμπαδοῦχος etc. vid. Apollon. Schol. ad lib. III. v. 859. Hic tamen potius per Βριμὼ terram intelligendam esse arbitror. Quemadmodum etiam infra vers. 427. sed, fateor, nunquam terram hoc nomine appellatam legisse me memini. ESCHENB.

17. Quod Eschenbachius dicit, se nusquam Βριμὼ pro *terra* reperisse, non videtur Tzetzen ad Hesiod. E. καὶ Ἡμ. 144. legisse: Βριμὼ δὲ, καὶ Ὀβριμὼ κυρίως ἡ Περσεφόνη, ἤγουν ἡ γῆ, καὶ ὁ θάνατος. RUHNK.

18. Γιγάντων locum habere non posse, pulchre vidit Piersonus. Blanda etiam emendatio quam proposuit, Verif. 1, 9 p. 103. Quam facile Γ et Τ confundantur, apparet vel ex dictis ad v. 11. Sed cum Vossiani Codicis lectio sit aeque certe probabilis, quam non ab ingenio correctoris profectam, suadent tot vitia, quae ob id ipsum non dissimulamus, vt hoc intelligatur; eam praeferendam duxi. De re ipsa dubitari non potest vel solius auctoritate Callimachi Lau. Pall. 8. Τεύχεα τῶν ἀδίκων ἦνθ' ἀπὸ γηγενέων, Schol. τῶν γιγάντων. Plura dabunt ad Hesych. VV. DD. Conf. infra v. 427. GESN.

18. Fraudi fuit hominibus ignoratio fabulae non abstrusae, quam Ouidii verbis ponemus Met. 1, 157. *Perfusam multo natorum sanguine Terram Immaduisse ferunt, calidumque animasse cruorem: Et ne nulla ferae stirpis monimenta manerent;*

Digitized by Google

σπέρμα γονῆς, τό τε πρόσθεν ὅθεν γένος ἐξεγένοντο
Θνητῶν, οἱ κατὰ γαῖαν ἀπείριτον αἰὲν ἔασι·
Θητείαν τε Ζηνὸς, ἐρεσσαιδρόμιά τε λατρείαν

19. Vulgo γονῆς τοπρόσθεν, ὅθεν. Schneidetus γονῆς, τοπρόσθεν ὅθεν. 21. ὀρσιδρόμια Aug. 2.

In faciem vertisse hominum etc. Sanguinem dixit generalius Naso, quod hic scriptor σπέρμα γονῆς. Fabulam similem de Coelo, Saturni patre vid. Lap. 18. de Haematite. GESN.

18. Οἱ λυγρὸν ἀπ' ἀρανῦ ἐσάξαντο σπέρμα γονῆς τὸ πρόσθεν.] Non capio hic interpretes nugas nobis vendentes. Perdrierius vertit: *qui exitium aduersus coelum struxerunt, semen generationis praecedens.* Primo τὸ λυγρὸν ad σπέρμα respicere quis non videt? et quis dixit ἀπ' ἀρανῦ in hac significatione? et quid illud semen generationis praecedens? sane sine sensu verba. Interpres ἔμμετρος nihilo felicior Perdrierio, reddit: *qui in superos aciem struxere nefandam.* Sed quid multis? nihil aliud vult dicere poeta, quam hos Gigantes ortos esse ex a Saturno reciforum testiculorum patris Coeli sanguine, qua de re Hesiodus prolixe in Theogonia. Ordo verborum hic est: οἱ ἀπ' ἀρανῦ ἐσάξαντο, (quasi guttatim delapsi sunt) σπέρμα λυγρὸν γονῆς τὸ πρόσθεν. editio Basileensis Andreae Cratandri pro ἐσάξαντο, legit ἐνσάξαντο. ESCHENB.

18. Merito miratur Schneidetus insolenter positum ἐσάξαντο pro ἔσαξαν. Neque Gesneri explicatio placet, quia certe cum Orphicis non videtur consentire. Nam in fragm. ined. 20. homines secundum Orphei sententiam ex fuligine combustorum ab Ioue Titanum ortos accipimus. Eschenbachium nemo sequi volet. Equidem ἐκμάξαντο dedi. Gigantes e Caeli sanguine procreatos etiam Orpheus norat: v. fragm. L. Sed σπέρμα γονῆς non est de sanguine isto vel semine Caeli intelligendum, verum de origine Gigantum. Vt hic Orpheus, ita Nicander loquutus est Ther. 740. de vespa:

ὃς δὴ Θρασαλέην γενεὴν ἐκμάσσετο ἵππων.

Quod Orpheus σπέρμα γονῆς, id hic γενεὴν dicit.

19. Τοπρόσθεν, vtcumque interpungas, vix commodum. Melius certe videbatur, siue ad significationem verbi, siue ad rem, τό τε πρόσθεν. Idque reposui. Et quae prima fuisset hominum origo, expoluisse se dicit. Fuit autem, vt ad precedentem versum notauimus, fuligo combustorum Titanum.

21. Θητείαν Ζηνὸς nondum inveni, nec memini quidquam de illo narrari simile Apollinis illi apud Admetum seruituti, quam

Digitized by Google

μητρός, ἅ τ' ἐν Κυβέλοις ὄρεσιν μητίσατο κούρην
Φερσεφόνην περὶ πατρὸς ἀμαιμακέτου Κρονίωνος·
Εὐβούλου τε καὶ Ἡρακλέος περίφημον ἄμυξιν·

22. ὄρεσι μητίατο Ask. 23. πέρι Gesnerus pro περὶ. 24. Vulgo Μήχου καὶ Ἡρακλῆος. Μήλου Ask. et Cliv. Μήλου τε καὶ. Paris. Wrat. Μήχου τε καὶ P. AIC. — Vind. et cod. Ruhnk καὶ Μηλου τε καὶ Ἡρακλέος. Voss. εὐ Μήλου et in marg. Μήχου. Aug. 1. εὐμήλου τε καὶ ἡρακλέος. Aug. 2. εὐμήλου τε καὶ ἡρακλέους. C. ἐρακ.

tangit noster v. 174. Quid si θητείαν interpretemur, non quam Iupiter praestet alii, sed quae ipsi exhibeatur, ministerium adeo et cultum religiosum? Certe λατρείαν matris Deorum sic intelligendam nemo negarit. GESN.

21. Λατρεία Cereris videtur intelligi debere seruitium apud Celeum, de quo in hymno Cereris Homerico est.

22. Quod in ὄρεσι ν ἐφελκυστικὸν omissum est in MS. illud non simpliciter negligentiae tribuendum esse, docent passim Ernestinae ad Homerum obseruationes. Certe versum satis hic vel caesura fulcit vel sequens liquida. Sed nec omissum σ in μητίατο temere. Fuit, credo, μητίετο, vt μήτιον 1330. GESN.

22. Ἐν Κυβέλοις ὄρεσιν.] Adi doctissimi Holstenii notas ad Stephanum, voce κυβέλεια, vnde et doctior et ditior redibis. ESCH.

Sed nihil ad h. l. GESN.

22. Schneiderus mauult κούρη Φερσεφόνη, *et quae virgo Proserpina contra Iouem machinata sit, concubitum eius appetentem.* Memorat eam in rem Zagreum, e Proserpina ab Ioue procreatum, teste Nonno Dion. VI. p. 184. quamquam id non sit factum in montibus Cybelis. Alium concubitum Iouis Plutonem simulantis cum Proserpina narrari in hymni LXX. v. 3. 4. videndum etiam Clem. Coh. p. 13. Si ea, quae Nonnus refert, spectauit Orpheus, retinenda erit vulgata lectio. Nam quae machinata est Ceres, de custodia Proserpinae intelligenda erunt, quam copiose descripsit Nonnus.

23. Leue est, sed ad intelligentiam et lucem loci facit, quod πέρι retracto accentu scribi iussi, vt intelligatur esse praepositionem casui suo postpositam; πατρὸς autem esse genitiuum, qui ad κούρην refertur. GESN.

24. De priori hemistichio haereo. Nec Μήχου quo pertinere possit, aut quid significare queat, video: nec quid Μήλωνος epitheton, a Polluce 1, 31 praesertim declaratum, hic sibi velit, assequor. Sed Herculis περίφημον ἄμυξιν non dubito referri ad illam lacerationem a Deianirae munere, peplo sanguine Nessi centauri infecto; ortam, furoris et mortis adeo illius causam, descriptam breuiter Apollodoro 2

Digitized by Google

25 ὄρνιά τ' Ἰδαίων, Κορυβάντων τ' ἄπλετον ἰσχύν·
Δήμητρός τε πλάνην, καὶ Φερσεφόνης μέγα πένθος·
Θεσμοφόρον θ' ὁσίην· ἠδ' ἀγλαὰ δῶρα Καβείρων·

25. ὄργια Schneiderus. Antea ὄρνια. 27. In libris est θεσμοφόρος θ' ὡς ἣν.

64. De fabula attulit Schneiderus Clement. Coh. p. 15. Nonn. Dion. V. 565. Arnob. VII. p. 202. Iul. Firmic. p. 23. Ipse Schneiderus Εὐμήλε τε καὶ Ἡρακλέος edidit, de nomine Εὔμηλος nihil constare fassus. Quod ego reposui, in eo nihil obscuritatis est. Εὔβουλος et Εὐβουλεὺς apud Orpheum forma, non significatu differunt. Tribuitur hoc nomen, vt alia multa apud Orpheum, pluribus diis, sed in his etiam Plutoni. Is Εὔβουλος dicitur in hymn. XVII. 12. Εὐβουλεὺς autem LXXI. 3. Nicander Alex. 14.

τόθι χάσμα δυσίδρομον Εὐβουλῆος,

vbi schol. Εὐβουλῆος δὲ τῷ ᾅδου, κατ' εὐφημισμόν. V. Hesych. Εὐβουλεύς. Loquitur autem Orpheus de celeberrima Herculis et Plutonis pugna, de qua v. Hom. Iliad. V. 495. seqq. Pind. Olymp. IX. 50. Pausan. VI. 25. vt alios praeteream.

25. Ὄρνια τ' Ἰδαίων.] Ambo interpretes hic legisse videntur ὄργια, quod non improbo. Alter Orpheus in ὕμνῳ Κορήτων:

Μητρὸς ὀφιομανοῦς συνοπάονες, ὀργιοφάνται.

ESCHENB.

25. Ὄρνια et ὄρνις adeo magnam cognationem habent cum ὀργίοις et τελεταῖς, vid. hic v. 465 ὄρνια φρικτὰ, et Fr. 5: quo minus illa hic damnare, vel in suspicionem adeo adducere meum est. Sed nec argumentum ipsum, et, res quae hic indicantur, explicari aliquis vltra postulet, quam ad versus ipsos intelligendos opus est. Ita de Idaeis hoc solum obseruamus, quod est apud Diod. Sic. 5, 64 ex Ephoro et aliis, ὑπάρξαντας γόητας ἐπιτηδεύσαι τάς τε ἐποιδὰς καὶ τελετὰς, καὶ μυσήρια — καὶ τὸν Ὀρφέα, φύσει διαφόρῳ κεχορηγημένον πρὸς ποίησιν καὶ μελῳδίαν, μαθητὴν γενέσθαι τούτων, καὶ πρῶτον εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξενεγκεῖν τελετάς τε καὶ μυστήρια. GESN.

26. Luctus non Proserpinae ipsius, sed ob eam raptam a Cerere suaceptus. GESN.

27. Non dubitaui recipere elegantissimam emendationem Piersoni in Verisim. p. 104. θεσμοφόρον θ' ὁσίην.

27. Ἀγλαὰ δῶρα Καβείρων.] Hos et sequentes versus optime explicauit Strabo lib. X. et Apollonii Schol. ad lib. I. vers. 916. 917. ESCHENB.

27. Sanus mihi videtur hic versus. Cecinerat Orpheus, quomodo Coree fuerit in illo ipso

Digitized by Google

χρησμὲς ἀρρήτους Νυκτὸς περὶ Βάκχε ἄνακτος·
Λῆμνόν τε ζαθέην ἠδ' εἰναλίην Σαμοθρήκην,
Ζο αἰπεινήν τε Κύπρον, καὶ Ἀδωναίην Ἀφροδίτην,

28. Ἱερμὲς cod. Ruhnk. 29. Vulgo Σαμυθρᾴκην.

errore ſuo legifera, cum ſine eo frugifera eſſe non poſſet. Hanc duorum munerum Cereris coniunctionem eſſe inter argumenta Eleuſiniorum ſacrorum, ſatis conſtat. GESN.

28. Νυκτὸς.] Fortaſſis ſcripſerit auctor Νυσίῳ περὶ Βάκχε ἄνακτος, adhibita συνεκφωνήσει in voce Νυσίῳ, figura aliis quoque poetae noſtro valde familiari. Νύσιος vero ἄναξ Bacchus etiam dicitur ab Oppiano lib. IV. Cyneg. v. 306. vnde etiam apud Suidam νυσήϊον ὄρος ἐπὶ Διονύσου. νυσίαι ὀρχήσεις, αἱ διονυσιακαί. Sed nihil definio. Tu, lector, iudica. ESCH.

28. Nihil mutandum. Νὺξ eadem Maia, Iouis conſiliaria, de qua Fr. 10, conſilium et oracula videtur dediſſe etiam in Bacchi a Titanibus lacerati reſtitutione, quod argumentum ab Orpheo tractatum, indicat Clemens Alex. et Arnobius laudati ad Fr. 27. Illos porro χρησμὲς ἀῤῥήτους vocat, quod eſſent pars myſteriorum Bacchicorum. Denique ne miremur, χρησμὲς Nocti tribui, cogitemus, quid ſcripſerit antiquus auctor argumenti Pythiorum Pindari, medio: vbi de Apolline, εἶτα, inquit, ἔρχεται ἐπὶ τὸ μαντεῖον, ἐν ᾧ πρώτη Νὺξ ἐχρημῴδησεν, εἶτα Θέμις. Πυθῶνος δὲ κτέ συγκαθεσθέντος τῷ προφητικῷ τρίποδι, ἐν ᾧ πρῶτος ὁ Διόνυσος ἐθεμάτευσε κ. τ. λ. GESN.

28. V. fragm. X. et XLIX.

29. In Lemno appuliſſe Argonautas, et a mulieribus ibi depentos, narratur hic 469. ſq. Sed eadem forte occaſione hic inſtituit Orpheus ſacra Cabirorum, qui Vulcani filii dicebantur, antiqui Lemniorum dei. De his itaque, etiam in quantum ad Lemnum pertinent, copioſe Gutberlethus de myſteriis deor. Cabir. c. 12. Nobis ſufficiet hic Heſychii locus, Κάβειροι — πάνυ τιμῶντα ἐν Λήμνῳ ὡς θεοί, λέγονται δὲ εἶναι Ἡφαίστου παῖδες· Et Athenagorae Legat. c. 5. Διαγόρᾳ εἰκότως ἀθεότητα ἐπεκάλεν Ἀθηναῖοι, μὴ μόνον τὸν Ὀρφικὸν εἰς μέσον κατατιθέντι λόγον, καὶ τὰ ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ τὰ τῶν Καβείρων δημεύοντι μυστήρια. Cic. de N. D. I, 42 ex veteri poeta, *Omitto Eleuſinam — Samothraciam, eaque, quae Lemni Nocturno aditu occulta coluntur* etc. De Samothrace peruulgata omnia, et diligenter inſuper collecta a laudato Gutberletho. Hic ſatis eſt inſpexiſſe hoc ipſum poema v. 464 ſq. et H. 37, 4. GESN.

30. Cyprum plenam religionibus, Veneris praeſertim fuiſſe conſtat. *Feſta piae Cereris ce-*

Digitized by Google

ὄργια Πραξιδίκης, καὶ ἀρείης νύκτας Ἀθήνης,

31. Vulgo ἀρείνης. Pro νυκτὸς in Voss. et Aug. vtroque est μητρὸς. Gesnerus coniecit νύκτας.

lebrabant annua matres etc. Ouid. Met. 10, 431. Vid. Steph. Byz. V. Ἀμαθοῦς. De Cinyra auctore co[illegible]dae Veneris passim nostri apologetae, v. g. Clem. Cohort. p. 12, 24 Pott. Quod autem Cypriorum Aegyptiorumque sacra etiam hic commemorantur, illud cum eo congruit, quod passim historici narrant, illum, quae ab Aegyptiis aliisque didicerat, ad Graecos transtulisse. vid. v. g. Diod. Sic. 1, 23. et 96. et hic v. 43. GESN.

30. Αἰπεινήν τε Κύπρον etc.] Alter Orpheus ὕμνῳ εἰς Ἀφροδίτην.

Εἴτ' ἐν Κύπρῳ ἄνασσα τροφῷ σεο, ἔνθα καλαί σε
Παρθένοι ἀμῆται νύμφαι τ' ἀνὰ πάντ' ἐνιαυτὸν
Ὑμνοῦσί σε μάκαιρα καὶ ἄμβροτον ἁγνὸν Ἄδωνιν.

Vid. Lucianum de Dea Syria. ESCH.

30. Nonnus XXXIII. p. 820. τὴν δὲ κατηφιόωσαν Ἀδωνιὰς ἔννεπε Κύπρις. Vide Cl. Larcheri elegantissimam Dissertationem, Gallice scriptam, de Venere p. 22. RUHNK.

31. Ὄργια πραξιδίκης.] Suidas, πραξιδίκη, θεὸς ἧς κεφαλὴν μόνην ἱδρύοντο. Hesychius: Πραξιδίκη. δαίμονά τινά φασι, τὴν ὥσπερ τέλος ἐπιτεθεῖσαν τοῖς τε λεγομένοις καὶ πραττομένοις. Conf. Pausaniam in Boeoticis et Laconicis, Scaligerum ad Festum, et imprimis Meursium in libro de Regibus Atticis, vbi copiose de hac Dea agit, et ostendit, Alalcomeniam Ogygi filiam, Mineruae nutricem potissimum intelligendam esse. ESCH.

31. Schneiderus Proserpinam intelligi putat, quae Πραξιδίκη vocatur in hymn. XXVIII. 5.

Καὶ ἀρείνης νυκτὸς Ἀθήνης.] Quid sit ἀρείνη Ἀθήνη, non capio, licet omnes editiones hanc lectionem fideliter seruent. ἀρείης melius legi, nemo dubitabit, qui Pausaniam euoluerit in Atticis, vbi de ἀρείᾳ Minerua eiusque templo agit. Quae vero est illa nox Mineruae Ariae, de qua hic auctor? Valde mihi verosimile videtur, respicere auctorem ad Sacra Eleusinia passim auctoribus celebrata, et de quibus Iustinus lib. II. cap. VI. his verbis: *Per ordinem deinde successionis regnum ad Erechtheum descendit, sub quo frumenti satio apud Eleusina a Triptolemo reperta est, in cuius muneris honorem* Noctes *initiorum sacrae.* Neque vero me mouet quod in Cereris honorem celebrata fuerint haec mysteria, ipsa enim Ceres seu Isis apud Apuleium omne dubium eximit, dum de se ipsa sic loquitur: *Me primigenii Phryges nominant* DEVM MATREM, *hinc Autochthones Attici Cecropiam* MINERVAM, *Eleusinii vetustam deam* CE-

Digitized by Google

θρήνους τ' Αἰγυπτίων, καὶ Ὀσίριδος ἱερὰ χύτλα.
ἀμφὶ δὲ μαντείης ἐδάης πολυπείρονας οἴμους

33. ἐδάης Codd. Voss. Ruhnk. Aug. vterque. Deinde οἴμους Voss. sed vulgo ὅρμους, quod etiam Vind. Wrat. et Augustani habent.

RERUM etc. Neque etiam quemquam mouere debet, quod ἀρείην hic Ἀθήνην dicat potius quam ἐλευσινίην, non magis quam verba Cereris Eleusiniae apud Apuleium, quibus se Mineruam Cecropiam, i. e. Atticam, dici ait. Nihil igitur hic aliud intelligo per ὄργια νυκτὸς ἀρείης Ἀθήνης, quam ὄργια νύχια Atticae seu Cecropiae Mineruae seu Cereris Eleusiniae; quae nihil aliud sunt, quam Mysteria Cereris, et, vt Iustinus ea vocat, Eleusinia sacra. De noctibus vero, quibus celebrata fuerint haec sacra, vide ea, quae ex Scaligero annotauit ad Iustini lib. II. cap. VIII. ὁ πάνυ Graevius. Denique de iisdem sacris Eleusiniis intelligo ego Crassum ap. Ciceronem lib. III. de Orat. vbi, *Athenis*, inquit, *diutius essem moratus, nisi Athenienſibus, quod mysteria non referrent, succensuissem.* ESCH.

31. Ἀρείης νύκτας Ἀθήνης, Gesneri coniecturam, probauit Toupius Em. in Suid. II. p. 95. recepit Schneiderus. Quamquam quae ista fuerint nocturna Mineruae sacra, ignorari fatentur. De Thesmophoriis cogitasse Heynium Schneiderus refert. Mineruae omnino rarior est in Orphicis mentio. Tum lectio trium atque optimorum codicum, μητρὸς, facit, vt scripsisse poetam suspicer, καὶ ὀρεινῆς (vel ὀρείης) μητρὸς ἀπήνην. Μήτηρ ὀρείη, quae supra v. 21. ὀρεσσίδρομος. Ἀπήνη autem, qua calathus in sacris Eleusiniis vehebatur. Vide Spanhem. ad Callim. h. Cer. 121.

32. Θρήνους τ' Αἰγυπτίων.] De his vide Lucian. de Dea Syria, pag. editionis nouae 658. itemque Iulium Firmicum libro de errore profanae religionis. Quid sint χύτλα, exponit Hesychius. Et magis accommodate ad hunc locum Apollon. Schol. l. I. v. 1075. ESCH. vid. Ind. GESN.

33. Πολυπείρονας ὅρμους.] per ὅρμους hic *vocem* aut aliud quid simile intelligi credo; sed, fateor, in tali significatione hoc vocabulum me legisse non memini.

ESCH.

33. In hoc versu ausus sum primo ἐδάην, quod adhuc editum est, auctoritate Vossiani codicis mutare in ἐδάης: cum proprie non enarret hic Orpheus, quid ipse didicerit, sed quid se docente cognouerit Musaeus. Sic Fr. 37, 1 Πάντ' ἐδάης, Μουσαῖε, et hic v. 46 δεδάηκας. Deinde pro ὅρμους, quod merito viris doctis displicuit, ex eodem codice οἴμους reposui, quod Synonymum est ἀταρποῖς v. 35. Hoc tanto fidentius admisi, quod vidi illud tanquam coniecturam in mentem venisse felicis ingenii

Digitized by Google

θηρῶν τ' οἰωνῶν τε, καὶ ἢ σπλάγχνων θέσις ἐςίν·
ἠδ' ὅσα θεσπίζουσιν ὀνειροπόλοισιν ἀταρποῖς
ψυχαὶ ἐφημερίων, ὕπνῳ βεβολημέναι ἦτορ·
σημείων τεράτων τε λύσεις, ἄςρων τε πορείας·

34. Τὲ post θηρῶν inseruit Slothower: vt v. 1013. fragm. XXXII. 6. 35. Codd. Ruhnk. Aug. vterque ἀταρπῆς. 36. ἐφημερίνω iidem tres libri.

viro Ruhnkenio epist. crit. 1 p. 19. qui etiam οἶμον illustrat ex Pottero ad Lycophr. 10. et totum h. l. ex Aeschyli Prom. 483. sq. et Spanh. ad Callim. in Lavacr. Pall. 123. Nempe Prometheus fatidicae omnis superstitionis auctor perhibebatur primus: cuius forte se inuenta publicare gloriabatur Orpheus. Video etiam placuisse vtramque emendationem Cl. Bernardo ad Demetr. Pepagom. p. 24. GESN.

35. Ὀνειροπόλοισιν ἀταρποῖς.] Quid sit ὀνειροπολεῖν, ostendit Scholiast. Aristoph. ad Nephel. Act. 1. Sc. 1. vbi differentiam ostendit inter ὀνειροπολεῖν et ὀνειρώττειν. Eustathius: ὀνειροπόλος, ὁ περὶ τοὺς ὀνείρους πολύμενος, καὶ ἢ ἐξ ὧν αὐτὸς βλέπει, ἢ ἐξ ὧν ἄλλοι, κρίνων. vnde, ni fallor, noster ὀνειροπόλοισιν ἀταρποῖς dixit, ad iudicii illius certitudinem indicandam ESCH.

36. Ψυχαὶ ἐφημερίων.] Ἐφημέριοι appellantur alias homines per contemtum, ἐφήμερον enim est animal quoddam vnum solum diem viuens, teste Hesychio. Euripid. Orest. πανδράκυτ' ἐφαμέρων ἔθνη. Aeschyl. Ἡρομ.

Ἐνταῦθα νῦν ὕβριζε, καὶ θεῶν γέρα
Συλῶν, ἐφημέροισι προςίθει·

Hippocrates lib. περὶ ἀρχῶν ait hominis vitam esse ἑπταήμερον, vt qui non diutius viuat alimento carens. ESCH.

36. Hoc nomine ἐφημέριος vel ἐφήμερος (vtrumque enim rectum) compellari homines fingunt poetae ab immortalibus, vt ab Aeschyli Prometheo, a Sileno Pindari, quem cum otis similitudine referret Socrates, Aristophanes inducit illum hac appellatione vtentem Nub. 222. auctore antiquo Scholiaste. GESN.

37. Σημείων τεράτων τε.] Σημεῖα proprie sunt ἃ παρὰ τόπον, ἢ παρὰ τὸ ὡς ἐπὶ πολὺ γίνεται· τέρας vero, τὰ παρὰ φύσιν γινόμενον παράπλασμα, τὸ παρὰ φύσιν τεχθέν. vnde non accurate Bisetus ad θεσμοφοριαζούσας Aristophanis τὸ τέρας per τὸ σημεῖον explicat. Etymologicon ineditum Bibliothecae Vltraiectinae: Σημεῖον τέρατος διαφέρει· Σημεῖον ἐςὶ τὸ ἐπὶ γῆς γινόμενον, τέρας τὸ ἐν τῷ ἀέρι. Sed melius in voce Τέρας. Τέρας, inquit, θαῦμα παρὰ φύσιν, παρὰ τὸ εἴρω τὸ λέγω, ὁ μέλλων, ἐρῶ, ἔρας καὶ τέρας. οἱ γὰρ μάντεις διὰ σημείων καὶ τεράτων τὰ μέλλοντα ἔλεγον· διαφέρει τέρας σημείῳ, τέρας λέγεται τὸ παρὰ φύσιν γινόμενον

Digitized by Google

αἰγυπόλον τε καθαρμόν, ἐπιχθονίοις μεγ' ὄνειαρ·
ἱλασμούς τε θεῶν, φθιμένων τ' ἐπινήχυτα δῶρα.
40 ἄλλα δέ σοι κατέλεξ', ἅπερ εἴσιδον ἠδ' ἐνόησα,
Ταίναρον ἠνίκ' ἔβην σκοτίην ὁδόν, Ἄϊδος εἴσω,
ἡμετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ, δι' ἔρωτ' ἀλόχοιο·
ἠδ' ὅσον Αἰγύπτῳ ἱερὸν λόγον ἐξελόχευσα,

59. τ' ἐπὶ νήχυτα codd. Rubnk. Ang. a. τὰ ἐπὶ νήχυτα Aug. γ. 41. Ταινάρου coni. Geſn 43. ὅσεν Wrat. ὃσ' ἐν Pariſ. Αἰγυπτίων omnes. λόγον Wrat. Caeteri habent λόχον. In Codd. Voſſ. Aug. vterque eſt ἐξελόχησα.

πρᾶγμα, σημεῖον δὲ τὸ κατὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν γενόμενον τέφας. Similia habes apud Euſtathium ad Iliad. β. vbi res exemplis declaratur. ESCHENB.

37. Ad hoc genus σημείων et περάτων forte referendi fuerint verſus LXVI. περὶ σταμῶν, qui Anthologiae Graecorum epigrammatum ſubiiciuntur. Aſtronomiae Orphicae ſpecimen habemus Fr. 9. Μήσατο δ' ἄλλην γαῖαν κ. τ. λ. GESN.

38. Καθαρμῶν exempla, ipſum hoc carmen Argonauticum ſuppeditat. Vid. 552. 1231. GESN.

39. Ἐπινήχυτα δῶρα.] Frequentia. vt infra v. 310.

— ἐν δ' ἄρ' ὕπερθε
Πέπλῳ παγκατέθηκα θεοῖς ἐπινήχυτα δῶρα.

Νήχυτος, vt vult Apoll. Schol. ad lib. III. v. 530. eſt πολύχυτος. ESCHENB.

39. Ἱλασμοὶ ſunt bona pars hymnorum: dona mortuorum, inferiae, quales hic 543 ſ. GESN.

41. Ταίναρον ἠνίκ' ἔβην.] De Taenaro vid. Stephan. de vrbibus, itemque Suidam. Ea vero quae auctor hic dicit, confirmat locus Virgilii Georg. IV. v. 467.

Taenarias etiam fauces, alta oſtia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingreſſus, manesque adiit, regemque tremendum,
Neſciaque humanis precibus mansuescere corda.

Confer Senec. in Hercul. Fur. ESCHENB.

42. Ἡμετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ.] Ita Aeſchyl. Perſ.

Πίσυνοι λεπτοδόμοις πείσμασι, λαοπόροις τε μηχαναῖς. ESCH.

43. Ἠδ' ὅσον Αἰγυπτίων ἱερὸν λόχον ἐξελόχευσα.] Reſpicit ad ſacra et ſacerdotia, quae in Aegypto ſe introduxiſſe et hic et inferius refert verſ. 100. Quamvis Orphaum ſacra et ſacerdotia in Aegypto inſtituiſſe nemo veterum dixerit, ſed potius ſacra Aegyptiorum didiciſſe et in Graeciam deportaſſe. vid. Diodor. Sicul. lib. I. Marsham. in canone Chronolog. Scholiaſt. Ariſtoph. ad Acharn. λόχος, ἔνιοι μὲν τὸ ἐξ ἀνδρῶν ὀκτὼ σύστημα,

Digitized by Google

Μέμφιν ἐς ἠγαθέην πελάσας, ἱερᾶς τε πόληας
45 Ἄπιδος, ἃς πέρι Νεῖλος ἀγαῤῥοος ἐφεφάνωται·
πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀπ' ἐμῶν στέρνων δεδάηκας.
Νῦν δ', ἐπεὶ ἠερόφοιτος ἀπέπτατο δήϊος οἶστρος,

44. Vulgo πελάσας cum Aug. 1. In Aug. 2. περχάσας. Voss. πεγάσας. quod Schneiderus recepit: v. ad v. 86. 47. Vulgo ἀερόφοιτος.

οἱ δὲ τὸ ἐξ ἀνδρῶν δώδεκα, οἱ δὲ τὸ ἀπὸ ἑκκαίδεκα ἀνδρῶν πλῆθος, ὃ καὶ τέλειόν φασι καὶ σύμμετρον. Elegans hic vsus verbi λοχεύω. Illorum enim sacerdotum, aut illius ἱερᾶ λόχυ quasi parentem se dicit. ESCHENB.

43. Lectionem λόγον commendare videtur versus 100. Αἰγύπτῳ Λιβύῃ τε βροτοῖς ἀνὰ θέσφατα φαίνων. BYHNK. Αἰγύπτῳ ex coniectura Schneideri repositum, quam firmant lectiones ὅσεν et ὅε' ἐν. Slothouwerus in Act. Soc. Trai. III. p. 150. ἠΐά σοι Αἰγυπτίων legendum putabat.

44. Non dubito, rectum esse περάσας, et dictioni huius poematis conuenientius, vt v. 650 Νηὸς ἔσω περάαν ingredi nauem, et L. 15, 72. Ἧ περάα ἅλα δῖαν, ingreditur. Sed peccare malui in partem cautiorem. OESN.

45. Non puto, aliud hic quaerendum esse, quam quod vnicuique in mentem statim venit, vrbes Apidis s. Osiridis cultum professas, verbo Aegyptias. OESN.

47. Νῦν δ' ἐπεί.] Quod apud nunc poetam de ἐκστάσει, seu ἐνθουσιασμῷ poetico dicitur, idem tribuit Apollonius menti multis magnisque affectibus distentae, nam Lib. III. v. 1150. Medeae Ψυχὴ γὰρ νεφέσσι μεταχθονίῃ πεπότητο. Nostri huic affine est illud poetae:

Iam furor humanos nostro de pectore sensus
Expulit, et totum spirant praecordia Phoebum.

ESCHENB.

47. Δήϊον οἶστρον intelligebam aliquando de enthusiasmo s. furore poetico propheticoque, quo agitatum se dicat Orpheus cetera, quae adhuc enarrata sunt protulisse atque effudisse: nunc, sedatiore animo velle narrare expeditionem Argonautarum. Nec deerat auctoritas nominis ita adhibiti Stat. Theb. 1, 32. quin ipsius nostri poetae κίνυρον Βάκχοιο καὶ Ἀπόλλωνος v. 11. Sed in alia omnia me induxit tum vsus vocis apud nostrum, tum illud, quod δήϊον vocat, inimicum, hostilem; praesertim vero, quod v. 101 dicit, se a matre seruatum ex ἀλητείης καὶ ἐξ οἴστρου, ex vitae superioris oberrationibus exiliisque, in quae tanquam ab oestro quodam incitatus et actus fuerit, nunc amare quietem. Nempe haec ipsa oestri s. asili vis est, vt velut stimulis quibusdam agat animal, neque patiatur quiescere: quare

Digitized by Google

ἡμέτερον δέμας ἐκπρολιπών, εἰς οὐρανὸν εὐρύν,
πεύσῃ ἀφ' ἡμετέρης ἐνοπῆς, ἃ πρὶν * ἔκευθον.
ὣς ποτε Πιερίην Λειβήθρων τ' ἄκρα κάρηνα
ἡρώων τε καὶ ἡμιθέων πρόμος ἐξεπέρησεν,

51. Hic versus additus e codd. Voss. Ruhnk. Aug. vtroque. Verterunt eum Perdrierius et Cribellus. εἰσεπέρησε requiri videtur Schneidero.

Virgilius Ge. 3, 152 furiosos illos lûs errores ab hoc insecto deriuat, *Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras Inachiae Iuno pestem meditata iuuencae.* Graecam philologiam hic copiose dederunt Valens Germanus Guellius et La Cerda. Nihil accommodatius, quam oestro comparare illud studium per tot incommoda et pericula pervagandi orbem terrarum, quale fuisse in priscis illis et primis sapientiae heroibus, constat.

GESN.

49. Neque πρίν σε ἔκευθον, vt Gesnerus coniiciebat, nec πρὶν μάλ' ἔκευθον, vt Heynius, nec πρόσθεν ἔκευθον, vt Schneiderus et Slothouwerus in Act. Soc. Trai. III. p. 151. qui id v. 8. firmari putat, accommodatum est ad nostri consuetudinem. Videtur mihi ἃ πρὶν αἰὲν ἔκευθον scripsisse. Αἰὲν melius hic quadrat, quam, vbi est in libris, v. 252.

50. Ὣς ποτε.] Inter hunc versum et sequentem vnus desiderari videtur. H. STEPH.

50. Ὣς ποτε πιερίην.] Apollonii Schol. ad lib. I. v. 31. Πιερία ὄρος θρᾴκης, ἐν ᾧ διέτριβεν ὀρφεύς. Quae bene conueniunt cum Epitomatore Strabonis, licet hic paulo distinctius locum istum, in quo versatus olim Orpheus fuerit, nominet in Epitom. lib. VII. Ἔχει δ' ἡ πόλις, inquit, τὸ δίον, κώμην πλησίον, πίμπλειαν, ἔνθα ὀρφεὺς διέτριβεν. Et paulo post: μετὰ τὸ δίον, πόλιν, ὁ ἁλιάκμων ποταμός ἐστιν, ἐκβάλλων εἰς τὸν θερμαῖον κόλπον, καὶ τὸ ἀπὸ τούτου, ἡ πρὸς βοῤῥᾶν τοῦ κόλπου παραλία, πιερία καλεῖται· Vid. Apollonium ipsum lib. I. v. 25.

ESCH.

Λειβήθρων τ' ἄκρα κάρηνα.] Hos tres montes Thraciae coniungit Strabo lib. IX. ἐνταῦθα δ' ἐστὶ (de Helicone loquitur) τό τε τῶν μουσῶν ἱερὸν, καὶ ἡ ἵππου κρήνη, καὶ τὸ τῶν λειβηθρίδων νυμφῶν ἄντρον· ἐξ οὗ τεκμαίροιτ' ἄν τις, θρᾷκας εἶναι τοὺς τὸν ἑλικῶνα ταῖς μούσαις καθιερώσαντας· οἳ καὶ τὴν πιερίαν, καὶ τὸ λείβηθρον, καὶ τὴν πίμπλειαν ταῖς αὐταῖς θεαῖς ἀνέδειξαν. Ceterum, post hunc versum vnum desiderari, et suadet sensus, et Renatus Perdrierius interpres huius poetae; egoque nullus dubito, quin ita sonuerit desideratus versus:

Ἡμιθεῶν ἵκε, καὶ ἡρώων πρώτος ἰήσων.

Digitized by Google

λισσόμενός μ' ἐπίκυρον ἑοῦ νόστοιο γενέσθαι,
ποντοπόρῳ σὺν νηΐ πρὸς ἄξενα φῦλ' ἀνθρώπων,
ἔθνεα ἐς ἀφνειὸν καὶ ἀτάσθαλον, ᾧ ἐνὶ πραπίδες
Αἰήτης, υἱὸς Φαεσιμβρότου Ἠελίοιο.
Θέσφατα γὰρ Πελίης δειδίσσετο, μή οἱ ὄπισθεν
χειρὸς ὕπ' Αἰσονίδεω καθέλῃ βασιλήϊον ἀρχήν.
καί οἱ ὑπὸ πραπίδεσσι δόλα τρίβον ἠπεροπεύων

52. ἓξ μόχθοιο νέεσθαι coni. Heynii. κραῖεν. 56. Vulgo Πελίας, ἐπ' omnes. Aug. vterque Chiv. Vulgo ἐπ' Αἰσονίδα. 54. Vitium eſt codd. Aug. 57. ὑπ' Codd. Ruhnk. Voſſ.

Hocque colligo ex ipſa Perdrierii verſione, vtpote quae in omnibus tam pueriliter adhaeret vocabulis graecis, vt nec ſignificationis, nec conſtructionis latinae habita ratione, verba graeca plane vt ante oculos iacent, ex triualibus lexicis interpretetur. Is igitur poſt quinquageſimum verſum hunc habet: *Semidearum venit et Heroum primus Iaſon.* ex quo nos Graecum hunc deſumſimus. HASE.

51. (50) Etiam Cribellus hic inſerit verſum, *Semideûm, pariterque Heroum primus Iaſon,* qui videtur in ſuo codice habuiſſe, quem ex Voſſiano hic reſtituimus, nondum tamen plane aequo et indiſcreto iure, cum de aetate illius tanquam aſſertoris nondum nobis conſtet. HASE.

53. (52) Ἄξενα φῦλα alludit ad pontum ἄξεινον (v. mox v. 84) quem εὔξεινον, εὔξεινον, Euxinum, fecerunt Argonautae et aliae Graecorum coloniae. HASE.

57. (56) Auſus etiam hic ſum Voſſiani codicis et Chiueani auctoritate ἐπ' in ὑπ' mutare. Solet ἡ ὑπό apud noſtrum inſtrumentum deſignare, vel cum Genitiuo vt Lap. II, 5 μαχαονίης ὑπὸ τέχνης, vel cum Datiuo, vt mox v. 67 ὑπ' ἐρετμοῖς. Αἰσονίδα Nominatiuo caſu nihil habet inſolitum. Fabula de oraculo, vt Pelias ſibi caueret a μονοπεδίλῳ, late enarratur ab Apollonio I, 5 ſqq.

HASE.

57. Καθέλῃ non mutauerim ſine librorum auctoritate in καθέλοι. Ita enim ſolet noſter.

58. (58) Δόλα τρίβον.] Hebraiſmi ſpeciem habere videatur, ſed tamen alii quoque ita locuti ſunt: Oppianus II. Halieutic. v. 117.

— τότ' ἔπειτα δόλα πεπάσασα θύρετρα

Vbi δόλα pro δολερά, et alibi ἄρχην ὀλέθρου, pro ὀλέθριον. Ita hic δόλα τρίβον, pro δολερόν.

58. Slothouwero in Act. Soc. Trai. III. p. 151. in mentem venit τρέπων δόλον, quod firmare ſtudet Virgilii loco, Aen. I. 661. Vitioſam lectionem fortaſſe corrigi poſſe putabat Ruhnkenius inde, quod ὑπεροπεύσε ſit in codd. Voſſ. et Vindobonenſi, cuius loco Ruhnkenianum nominat Schneiderus, vtrumque Auguſta-

Digitized by Google

τάσσε γὰρ ἐκ Κόλχων χρύσειον κῶας ἐνεῖκαι
Θεσσαλίην εὔπωλον. ὃ δ' ὡς κλύεν ἔκνομον αὐδήν,
χεῖρας ἐπαντείνας ἐπεκέκλετο πότνιαν Ἥρην·
τήνδε γὰρ ἐκ μακάρων περιώσια κυδαίνεσκεν.
ἣ δέ οἱ εὐχωλῇσιν ἐφέσπετο κηδομένη περ·
ἔξοχα γὰρ μερόπων ἠγάζετο καὶ φιλέεσκεν
δεινοβίην ἥρωα περικλυτὸν Αἴσονος υἷα,
καί ῥα καλεσσαμένη ἐπετέλλετο Τριτογενείῃ.
ἥ οἱ Φηγινέην πρῶτον τεκτήνατο νῆα,

63. ἐφέσπ. καὶ φιλέεσκε Voss. marg. Schol. in marg. cod. Paris. n. 2763. πλέον, περισσῶς τῶν ἄλλων. παρείληπται δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ μάτην, ὡς Ὅμηρος: οὔτε σε νεικείω περιώσιον οὔτε κελεύω. καὶ ἄλλῃ· Λερναίων ἀδύτων περιώσιος ἀργιοφάντης. v. Anthol. IV. p. 509. ed. Brod. vnde sumtus hic versus. Sed vtroque loco legendum ὀργιοφάντης. GEAN. 63. ἡ δὲ παρ' omnes. Pro κηδομένη περ Aug. vterque καὶ φιλέεσκεν, idque Voss. in margine habet. 65. αἰνοβίην coni. Heynii. 66. ἐπεκέκλετο cod. Ruhnk. 67. ὑπὸ Voss. Vulgo καί οἱ.

num addere oblitus. At hoc tritissimum scripturae vitium est, non variae lectionis indicium. Aut igitur noua quadam ratione ἠπεροπεύειν nostro est *fraudulenter machinari*, aut ἠπεροπῆα scripsit, vt ἠπεροπῆες ὄνειροι sunt apud Apollonium Rhod. III. 617. Tum vero aut versus excidit, aut δόλου verbi sedem occupauit. Ηπεροπεύειν τι dixit Homerus, sed vt esset *dolose persuadere aliquid*, Iliad. III. 399.

δαιμονίη, τί με ταῦτα λιλαίεαι ἠπεροπεύειν.

195. Pro vulgato ἐξίκανε Schneiderus Heringae emendationem ἐξαφίκανε recepit. Ibidem vulgo Βάκχῳ νύμφη. Codd. Voſſ. Aug. 2. νύμφη Βάκχῳ· 196 Codd. Pariſ. Wrat. Chiv. Ἀσώποιο. Vulgo Αἰσήποιο. 197. ἔχοντα laudat Dinaer. in epith. Gr. 198. κηφεὺς τ' omnes. Dein Ἀρκαδίηθεν codd. 199. Ἀγγαῖον Ruhnk. Aug. 2.

195. (192) Non attulit rationem Cl. Heringa Obſ. 10 p. 84 cur malit hic legi ἐξαφίκανε, nec cauſam mutandi ego video. Vſum verbi docet Index noſter, prima verbi ſimplicis vocalis producitur augmenti loco. GESN.

195. Nomen matris ab Scholiaſte Apollonii I. 115. Chthonophylen, a Pauſania II. 12 Araethyream, qui Chthonophylen Polybi matrem II. 6. perhibeat, memorari obſeruauit Schneiderus. Idemque Pauſaniam, laudatorem Orphei, ſi tum temporis haec Argonautica ei nota fuiſſent, Orphei magis II. 12. quam Apollonii fuiſſe vſurum teſtimonio.

196. (194) Αἰσήποιο ῥοῇσι.] Lege ἀσωποῖο, ita Apollonius et alii, qui etiam φλείας, non φλίας ſcribit. αἴσηπος inferius occurrit v. 486. et ibi locum habet. Sed et circa hanc ſcripturam alibi quoque peccatur v. g. in verſibus Antimachi lib. IV. Epigr. Gr. βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος Ἄδρηστος ποταμοῖο παρὰ ῥόον αἰσηποῖο. pro Ἀσώποιο.

ESCH.

196. (193) Immani terrarum et marium interuallo diſtant Aſopus Boeotiae fluuius, Bacchi patriae, et Aeſepus ille Myſiae, Homero celebratus. Nec dubito illum huic loco conuenire melius, Aeſepum vero librario vel Critico antiquo notiorem, in illius locum huc irrepſiſſe. Sed contra omnes libros diſputare hic malo, quam in repraeſentando contexto illis repugnare. Chiuaeano exemplo adſcriptum Ἀσώποιο, ſi certus fuiſſem, eſſe e Mſ. recepturus fueram ſine haeſitatione, GESN.

198. Fortaſſe ſcripſit, Κηφεὺς δ' Ἀρκαδίηθεν ἐφ' ἡρώεσσι πελάσθη.

200. Patrem Ancaei Lycurgum non potuiſſe ſenem eſſe, ſi fides ſit Apollonio I. 165. obſeruat Schneiderus, vt fratrem maiorem natu Amphidamantis et Cephei. Itaque Apollonii imitatorem Orpheum ſic videri ſcripta inueniſſe, quae de Lycurgo dicit Apollonius: ἀλλ' ὁ μὲν ἤδη γηράσκων Ἀλεὸν λίπεν· ἂμ πό-

Digitized by Google

οὗτος δ' ἔποτε χλαῖναν ἐπὶ σιβαρῆς βάλεν ὤμοις,
ἀλλ' ἄρκτῳ λάσιον τέρνοις ἀμπίσχετο δέρμα.
Ναύπλιος αὖθ' ἵκανεν, Ἀμυμώνης φίλος υἱὸς,
ὃν τέκεν εὐνηθεῖσα περικλυτῷ Ἐννοσιγαίῳ,
ἀγλαὸν ἠνορέην, δέμας εἴκελον ἀθανάτοισιν.
Ταιναρίευς δ' Εὔφημος ἔβη, Μαλεήτιδος ἄκρης
ἐκπρολιπὼν αὐλῶνας, ἁλικλύστης τε Θεράπνας.
Ἀγκαῖός τ' ἔμολεν Πλευρώνιος, ὅς ῥα πορείας
οὐρανίας ἄστρων ἐδάη, κύκλους τε πλανήτας.

203. αὖθις ἵκανεν edidit Schneiderus, vulgatam lectionem metro repugnare putans. Ἀμυμώνος Aug. 2. 205. ἵκελον a correctore Voss. ἵκελον Aug. 2. 206. Μαλεάτιδος Vind. et a correctore Voss. Vulgo Μελεάτιδος. 207 Θεραπένας Voss. Minorem litteram posuit Schneiderus. 208. Ἀγγαῖος Aug. 2.

λιν, ὅθρα κομίζοι, vbi nunc γηράσκοντ' Ἀλεὸν est.

203. (200) Ναύπλιος.] Vide Apollon. l. I. v. 133. ESCH.

206. (203) Μελεάτιδος.] Rescribe Μαλεάτιδος. ESCH. iubente etiam Holst. ad Steph. h. v. GESN.

206. Scripsi Μαλεήτιδος hic et infra v. 1371. Holstenius ad Steph. Byz. Μαλεάτιδος et Μαλεάτιδας scribebat. At in Steph. Byz. quem recte Holstenius emendauit, vtraque forma est, quarum hic Ionica praeferri debuit. Ita Stephanus: καὶ Μαλεήτης, ὡς Ἀσιήτης. καὶ Μαλεᾶτις.

207. Schneiderus Θεράπνας, vt non vrbs, sed σταθμοὶ intelligantur, minore littera scripsit. At Statius quoque Theb. III. 422. iunxit *Taenariumque cacumen Apollineasque Therapnas*. Si quid vitio dandum est Orpheo, reprehendendum erit epitheton. Nam ad Eurotam sitae erant Therapnae, non ad mare. Caeterum nolim cum Schneidero Orpheum vituperare propterea, quod Euphemum Taenarium ex vallibus iuxta promontorium Maleae sitis profectum dicat, quum totus sinus Laconicus Taenarum a Malea dirimat. Huius generis plurimas habet reprehensiones Schneiderus, nimis in Orpheum iniquus. Nihil poeta aliud arguit, nisi recentem satis aetatem, et pariter ab simplicitate Homerica, atque a venustate alienam. Homerus, vt par erat isto tempore, vnam vrbem vt patriam cuiusque commemorabat: noster coniungit vrbes complures eius regionis, cuius quis popularis est.

209. Πλανητῶν scribendum videtur Schneidero, qui hic astrologicam diuinationem, post Alexandri demum tempus in Graecia inualescentem obseruare iu-

Digitized by Google

δίζετο γὰρ τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμεν' ἀνθρώποισιν.
ἐν δὲ Παλαιμόνιος Λέρνου νόθος ἤλυθεν υἱός·
σίνετο δὲ σφυρὰ δισσά, πόδας δ' οὐκ ἦεν ἀρηρώς·
τοὔνεκεν Ἡφαίστοιο γόνον καλέεσκον ἅπαντες.
ἤλυθε δ' Ἀλφειοῖο λιπὼν Πισήτιδας ὄχθας
Αὐγείης υἱὸς πυριφεγγέος Ἠελίοιο.
ναὶ μὴν καὶ δισσοὶ ὄρπηκες ἀμύμονες ἦκον,

211. σὺν δε coni. Pierſ. Veriſ. p. 107. 212. ἀρηρότως Ruhnk. ſed vulgata in margine. 214. ἀφνειοῖο· cod. Ruhnk. Πισιδατίδας libri omnes ante Geſnerum, qui dedit πισάτιδας. 215. Αὐγίνης Chiv. Αὐγιίνης Wrat. πυριφλέγεος Ruhnk. 216. ναὶ μὴν Voſſ. Vind. Pariſ. Wrat. Ruhnk. Idem in Aug. 2. eſſe tradit Schneiderus, a me non obſervatum. καὶ μὴν vulgo. Deinde ἀμύμονος Ruhnk.

bet. Emendatione nihil opus. Κύκλοι enim non meatus, ſed ipſos orbes, ipſas ſtellas ſignificant, vt ἡλίου κύκλος. Hom. h. in Martem, de Marte: πυραυγέα κύκλον ἑλίσσων αἰθέρος ἑπταπόροις ἐνὶ τείρεσιν.

214. (211) Πισάτιδας ὄχθας.] Πίσα, πόλις καὶ κρήνη τῆς Ὀλυμπίας, τὸ ἐθνικὸν, Πισάται, inquit Stephanus. Apparet igitur hoc in loco pro Πισιδάτιδας legendum eſſe Πισάτιδας. ESCH.

214. (211) Hic vero dubitare non licuit, quin nimis aperte vitioſam et repugnantem ſibimet lectionem omnium librorum permutarem cum vnice neceſſaria. Steph. Byz. Πίσα τὸ ἐθνικὸν Πισάται· τὸ θηλυκὸν Πισάτις. Vbi etiam h. l. emendari iuſſit Holſtenius. Apud Pind. Ol. 4, 20 eſt ἐλαίᾳ στεφανωθεὶς Πισάτιδι. Piſidatidas ſomniandi occaſionem librario dederunt Piſidae, barbari Ciliciae vicini. GESN.

215. Iniquus eſt Schneiderus, epitheton Solis, vt dei, ineptum pronuncians. Num aliud eſt Homericum illud Od. XII. 3. ὅθι τ' Ἠοῦς ἠριγενείης οἰκία καὶ χοροί εἰσι? aut tot alia, quae vbique exſtant, ſimilia exempla?

216. (213) Καὶ μὴν καὶ δισσοὶ ὄρπηκες.] Ita Ariſtophanes in Θεσμοφορ.

- - - Θηροφόνε παῖ
Λατοῦς χρυσώπιδος ἔρνος.

Vide Biſetum ad illum locum. Oppianus lib. I. Κυνηγ. Αὐσονίου Ζηνὸς γλυκερὸν θάλος Ἀντωνῖνε. vbi non exſcribo ea, quae ad hunc locum obſeruauit illuſtre Academiae Noricae, dum viueret, decus, Rittershuſius, ſed lectorem potius ad eius commentarios in Oppianum remitto. ESCH.

216. MSS. Vindob. Vratisl. Reg. et meus ſummo conſenſu, Ναὶ μὴν καὶ etc. Quod, a Voſſiano etiam oblatum, Geſnerus ſpernere non debebat. Nicander Theriac. 51: ναὶ μὴν καὶ βαρύοδμος etc. Et ſic ille centies. RVHNK. Ὄρπηκες non ad-

Digitized by Google

Ἀμφίων κλυτόφημος ἰδ' Ἀςέριος μενεχάρμης,
Πελλήνην προλιπόντ' ἠδ' ἤθεα πατρίδος αἴης.
δισσὸν δ' αὖ Βορέῳ καλὸν ςάχυν εἰςενόησα,
οὓς τέκ' Ἐρεχθῆος κούρη κλυτὸς Ὠρείθυια,
Ἰλισσοῦ παρὰ χεῦμα θεοῦ φιλότητι μιγεῖσα·

218. προλιπόντες ἰδ' ἤθεα e cod. Ruhnk. edidit Schneiderus. προλιπόντες etiam Voss. Aug. 2. ἰδ' ἤθεα PAC. προλιπον τ' δ' ἰήθεα Iunt. 219. δ' omissum in Ruhnk. 220. Vulgo Ἐρεχθῆος θείου κλυτὴ. κλυτοῦ Voss. Aug. 2. 221. Εἰλισσοῦ Voss. Aug. 2. θεῷ coni. Gesn.

dito patris vel patriae nomine inepte dici putat Schneiderus. Quare ἀμύμονος, quod est in cod. Ruhnk. scripsisse poeta ei videtur, idque coniunxisse cum nomine patris Hyperasii, quod cum versu integro exciderit. At nihil mutandum. Iam Homero illa vsitata est metaphora: ὃ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος Iliad. XVIII. 56. 437. Vide etiam XVII. 53. Od. VI. 163. XIV. 175.

218. Dualem saepissime oblitteratum esse ab librariis, res est notissima, quam ad Euripidem multis locis adnotauit Porsonus. Quominus Gesneri correctio, quae est in cod. Ruhnk. cum Ruhnkenio probanda est.

219. (216) Δισσὸν δ' αὖ βορέου.] De his vide, sis, Apollonii Schol. ad lib. I. v. 211.

ESCH.

219. Στάχυν reprehensum olim a Schneidero defenderat Ruhnkenius ad Hom. h. Cer. 23. Repugnat iterum Schneiderus, quamquam ἄρσενα στάχυν in Lycurgo Reiskii, p. 206. i. e. in versibus Euripideis, et in oraculo apud Zosimum II. exstare fatetur. Quod addit, poeticum ἄροτον παίδων non esse idoneum, vt inde Βορέου ςάχυν simpliciter de filio Boreae dictum defendi queat, non satis intelligo. Huiusmodi audaciores metaphorae nec nouae dici, nec barbarae possunt, si neque a consuetudine Graecorum, neque ab sana ratione abhorrent: sed in epico carmine adhibitae aetatem arguunt haud sane antiquam.

220. Non sunt haec eleganter dicta. Ἐρεχθῆος θείου κλυτὴ Ὠρείθυια. Scripsit: Ἐρεχθῆος κούρη κλυτὸς Ὠρείθυια. Θείου, ex praecedentis Ερεχθῆος vltimis syllabis ortum, fecit vt κούρη omitteretur. Duorum codd. lectio κλυτοῦ ostendit κλυτὸς scriptum fuisse, vt κλυτὸς Ἱπποδάμεια Iliad. II. 742. Caeterum, si quis hanc emendationem nimis audacem esse putabit, is reputet velim epicos ex epico sermone certius saepe, quam ex libris corrigi: cuius rei praeclarum exemplum L. Rhodomanus in Q. Calabro praeiuit.

221. Recte comma post χεῦμα sublatum in ed. Schneideri. Vid. Apollon. Rh. I. 214. Caeterum θεῷ, quod Gesnerus et Schneiderus praeferendum putant lectioni librorum, non opus:

Digitized by Google

εἰ δὴ καὶ ταρσοῖσιν ὑπηυτίοις πεπότηντο,
Ζήτης καὶ Κάλαϊς, δέμας εἴκελοι ἀθανάτοισιν.
αὐτὰρ οἱ Πελίαο Φερεκλήθην ἤλυθ' ἄναντος

222. ὑπ' ὐατίοις omnes ante Geſnerum. 224. αὐτὰρ δὲ Aug. 2. Vulgo αὐτὰρ δή· Ibidem ἄναντος libri omnes, v. Geſn. Ἄναντος recepit Schneiderus.

V. Heinrich. ad Heſiod. Sc. Herc. 35. ſeq.

222. (219) Mirum eſt, quae tenebras verſionum auctoribus vel emendatoribus obiecerit mala diuiſio vocis compoſitae, quae tamen nihil inſolens haberet: quis enim ὑποχόνδρια non nouit et ὑπογάστριον? Quis non vidit capita Mercurii, Romaeque alata in numis? Merito caſtigauit illos ὁ πάνυ Weſſelingius Probab. 9 p. 78 vbi etiam Barthianam emendationem reiicit, Καὶ ταρσοῖσι καὶ εὐταρίοις vel ὐατίοις, et laudat numum de Selectis Wildianis Tab. 7, 39 quo Calais videtur cum capite alato repraeſentari. Nempe totam poeticorum ingeniorum luxuriem de fratrum horum alis ibi perſequitur. GESN.

224. (221) Acaſti mentionem Pelei F. hic eſſe neceſſariam, apparet. Itaque ἄναντος in ἄναξος mutant viri docti a G. Cantero inde Nouar. lect. 5, 5, et Ger. Voſſio ad Val. Fl. 1, 485. Tum etiam integrum verſum librarii culpa abeſſe iudicat Pierſ. Veriſ. 2, 5 p. 194, quem, vt alios noſtri et aliorum verſus, diuinatione non infelici explet in hunc modum, vt poſt 221 ponat Κῶρος ἐὼν ἔτ' Ἄναξος, Ἰήσονος Αἰσονίδαο Ἀγχιστεὺς κ. τ. λ. ἀγχιστεὺς retinet ſignificationem iuris Attici, qua conſanguineum notare volunt, non filium, pro qua pugnat in primis Valckenarius V. C. ad Ammon. 1, 1 p. 5 ſeq. Ac nomen ἄναντος quidem auferri Peliae ſine cauſa, et ego nolim, quod ille imperio Iaſonem ad expeditionem ſuſcipiendam adegit, et, vt ait Pierſonus, κατ' ἐξοχὴν hic rex eſt. Verum cedat tamen nomini ipſius Argonautae, cuius maior videtur neceſſitas: legamus, Φερεκλήθην ἤλυθεν Ἄναξος. At illud durius, pro Αὐτὰρ δὴ Πελίαο legere cum Valckenario Αὐτὰρ δ' Αἰσονίδαο φ. η. Ἄναξος, vt Acaſtus non a patre deſcribatur, ſed a fratre patrueli et patruo, quo nomini ἀγχιστεὺς ſua ſeruetur legitima ſignificatio. Aut valde fallor ego, aut ἀγχιστεὺς eſt hic filii cum ἀνεψιός quadam appellatio, quod pulchre etiam monuit in Catalogo Burmannus. Eſt enim profecto ἀγχιστεὺς proximus: quis autem propior filio? Vera ſunt et exquiſita, quae de illa legitima ſignificatione docuit Valckenarius. Sed hoc calidius, quod filium patris ἀγχιστέα nulla ratione dici potuiſſe pronunciat. Quidni enim iure ſuo poeta naturali primaque nominis vtatur ſignificatione, quam plerumque

Digitized by Google

225 * * *

ἀγχισεύς. νηὸς γὰρ ἐπ' Ἀργάης λελίητο

226. Libri omnes Ἀργώας γεγένητο. Valck. Animadu. ad Ammon. p. 5. ſeq. τε γέγηθε Pierſ. Veriſ. p. 194. λελίητο, receptum a Schneidero, qui id cum Geſnero pro correctione Valckenarii habet, errore ex ambiguis Pierſoni verbis orto, niſi Pierſono aliunde conſtabat, poſtea id in mentem veniſſe Valckenario. Εγεγήθει, quod vt Valckenarii coniecturam memorat Geſnerus, non eſt, ſed debebat, certe prae ea, quam dedit, eſſe.

etymologia oſtendit? Eſt praterea locus Ariſtophanis Ορν. 1660 huc, niſi fallor, accommodatus, vbi Piſthetaerus rabula Herculi controuerſiam mouet de Iouis patris ſui hereditate, at Ἐρῶ δὲ δή, inquit, καὶ τὸν Σώλωνός σοι νόμον, Νόθῳ δὲ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν, παίδων ὄντων γνησίων. Ἐὰν δὲ παῖδες μὴ ὦσι γνήσιοι, τοῖς ἐγκυτάτω τῷ γένους μετεῖναι τῶν χρημάτων. Ergo nothus, h. e. ex matre non ciue Attica natus, patris ſui, ſi is ex ciue natos liberos non habeat, ἀγχιστείαν habet, ſ. eſt patris ſui ἀγχιστεύς. Sicut igitur nihil dubitant Theologi, apud Zachariam Prophetam 13, 7 גבר עמיתי quod coniunctum, πλησίον, neceſſarium, notat, interpretari de filio Dei: ita non video, cur poeta non potuerit Acaſtum, qui clanculum inuito patre ſe Iaſoni, quem iſte volebat perdere, adiunxerat (Val. Fl. 1, 163 et 484) δεινότητος cuiusdam cauſa ἀγχιστέα vocare? Sic poterat Saulus conqueri de Ionathane, ἀγχιστέα ſe ſuum Dauidi coniunxiſſe. Quis neget Ebraeorum iure Goëlem etiam vel maxime eſſe poſſe filium? (v. Selden. de I. N. e. G. 4. 1 extr.) Sed οἱ ὁ ſemper, nec nunquam Philo ἀγχισείας et ἀγχισεύοντος nomine in ea re vtuntur. Ne nimis in vno loco haeream, Ger. Horrei viri docti conatus, animadu. 1, 13 propoſitos examinandos aliis ſciens ac lubens relinquo. GESN.

224. Pierſonus Veriſ. p. 194. ſeq. vidit verſum excidiſſe, quem talem fere fuiſſe putat, κῶρος ἐὼν ἐτ' Ἄκαστος, Ἰήσονος Αἰσονίδαο. Sed eum verſum Schneiderus quum inſertum dicit, vt ἄναστος ſimpliciter, at inepte, de Iaſone diceretur, iniuriam facit Pierſono, qui id vocabulum non de Iaſone, ſed de Pelia intelligebat, quem quis inepte ἄναστα vocari dicet? Ἀγχισεὺς Peliae Acaſtus dici Schneidero videtur, vt Iphiclus Althaeae σύγγονος v. 162. At σύγγονος proprie fratrem notat, nec quidquam verius, quam ἀγχιστέα, de fratre dici non poſſe, niſi ineptiſſime. Quominus dubitaui lacunae ſigna ponere. Caeterum Valckenarii coniectura, αὐτὰρ δ' Αἰσονίδαο Φεραίοθεν ἤλυθ' Ἄκαστος ἀγχισεύς, non magis Graeco ſermoni conuenit, quam quod de v. 226. eidem in mentem venit, νηὸς γὰρ ἐπ' Ἀργώας τε γέγηθε, in quo duplex eſt vitium. Αὐτάρ οἱ more noſtri pro αὐτὰρ δὴ ſcripſi.

226. (222) Verbum γεγένητο

Digitized by Google

ἄξεινού ποτὶ Φᾶσιν ἄμ' ἠρώεσσι πελάσσαι.

227. Vulgo ἠρώεσσιν ἐλάσσαι. Valckenarii correctio in Anim. ad Ammon. p. 5. seq. posita in cod. Vind. reperta.

non sine causa suspectum est Cl. Valckenaerio. Quae enim haec constructio, ἦλυθε· γεγένητο γάρ· *venit* in nauem: *fuerat enim in naui?* Huic duplicem medicinam circumspicit l. c. Clarissimus Valckenaerius, ἐγεγήθει, vel λελίητο, puchre aptam vtramque huic loco, Homericam vtramque: sed quarum posteriorem praetulerim, cum propius ad formam litterarum accedat.

ΟΕΣΝ.

226. Λελίητο et πελάσσαι recipiendum fuisse, facile quiuis intelliget. Ἀργῴης epicorum mos exigebat.

227. (223) Πελάσσαι pro ἐλάσσαι reponit Valck. de qua emendatione Cl. Pierſonus pronunciat, Neminem ſanum esſe, qui dubiret. Edictum hoc amori atque admirationi praeceptoris, et viri, cui merito assurgunt, qui studia haec amant, facile condono: puto tamen, non male me de studiosis, et ipso ante omnes Clarissimo Viro meriturum, si rationem tarditatis meae in recipienda etiam probabili correctione reddam, cuius me vix vnquam, celeritatis autem saepe, poenituit. Fateor igitur speciosum mihi videri, ac facile, Orphicum, illud πελάσσαι· sed nec ἐλάσσαι hoc scriptore et hoc loco indignum. Nondum obseruaui, fateor, ἐλάσαι simpliciter, vel apud nostrum de itinere quocunque, vel apud alium de accessu nauticco dictum. De equitantibus, currum agentibus, ducentibus exercitum, frequens est. Sed forte multa sunt huius generis, ideo non damnanda, quod ego non obseruaui, vel ipse adeo Valckenaerius. Deinde sunt tamen quae persuadeant, nauigationi non magis repugnare hoc verbum, quam πελάσσαι. Primum omnium verbo ἐλαύνειν et coniugatis locum esse ac domicilium in nauigatione, ipsum ἐλάτης nomen suadere videtur, quod cum remum significet haud dubie, obscurum certe est, vtrum a materie sua Remus dictus sit ἐλάτη, an Abies arbor nomen suum ab hoc vsu acceperit. Eustathius certe ad illud Λ. Η, 5 ἐπεί κε κάμωσιν ἐϋξέσῃ ἐλάτῃσι Πόντον ἐλαύνοντες, inuenit et obseruat ἐτυμολογίαν ἐκ τῆ ἐλάτης ἐλαύνοντες. Et qui πόντον ἐλαύνει, nonne eadem etiam ἐλαύνει νῆα? Deinde vnde nisi ab hoc verbo ducta sunt κωπηλάτης, κωπηλατεῖν, κωπηλασία; quid sibi vult νεηλάτης apud Hesychium? ipse quidem interpretatur ὁ ἱδρύων καὶ ἐλαύνων τὸ πλοῖον. Pollux 1, 123 coniungit ἐξορμᾶν, πλεῖν, ἐκπλεῖν, περιπλεῖν, διεκπλεῖν, ἀπελάσαι τὴν ναῦν. Denique Pindarus Isth. E, 48 musam suam cum excitet, ἔλα νῦν μοι πεδόθεν, vetus Scholiastes κατὰ μεταφορὰν, inquit, ἀπὸ τῶν νεῶν, πρόαγε εἰς τοὔμπροσθεν. ΟΕΣΝ.

Digitized by Google

σὺν δὲ οἱ ἦλθεν ἔτης Ἡρακλῆος θείοιο
καλὸς Ὕλας· τῷ δ' ὄπῳ ὑπὲρ δροσεροῖο γενείου
ἀργεννὰς ἐρύθηνε παρηΐδας ἁβρὸς ἴουλος,
ἀλλ' ἔτι κοῦρος ἔην, πολὺ δ' ἥνδανεν Ἡρακλῆϊ.
Οὗτοι μὲν ποτὶ νῆα καὶ ἐς λόχον ἠγερέθοντο.
καί ῥά οἱ ἄλλοθεν ἄλλος ἐκέκλετο, ἠδ' ἀγόρευεν.

228. ἦλθ' ἕταρος vulgo. ἑτάρως Voss. Aug. 2. Ἡρακλῆος codd. Ruhnk. Aug. 2. Vulgo Ἡρακλέεος. 230. ἀργενὴς Vind. ἀργενῆς Ruhnk. Aug. 2. ἀργεννὴς Paris. Wrat. ἐρύθηνε παρηΐδος videtur esse in libris MS. cum ed. Gesn. collatis, vt in Aug. 2. Ἀργεννῆς ἐρύθηνε παρηΐδος sic Chiv. Ἀργεννεὴς ἐρύθην παρνηΐδος edd. vett. Stephani correctionem, praeter τῷ Schneiderus quoque recepit. Wakefieldius in Silv. Crit. vol. II. p. 146. repugnantia dedit, ἄρτι νέας ἐρύθηνε παρηΐδας. 232. ἠερέθοντο Ruhnk.

228. Ἦλθεν ἔτης pro vulgato ἦλθ' ἕταρος propterea scripsi, quod noster, vt recentiores epici solent, non producit breuem syllabam in caesura, nisi in locis ex Homero sumptis. Ἕταρος pro ἑταῖρος, quod explicatio est genuinae lectionis, (v. Hesych. ἔτης) metri caussa scripsere librarii. Caeterum fallitur Burmannus in Catal. Arg. v. *Hylas*, cum Acasto Pheris aduenisse perhibitum putans Hylam. Nam οἵ non ad Acastum, sed ad ipsum Hylam noster more suo retulit.

230. (226) Ἀργεννεὴς.] Si nihil nos diuinare vetat in ita desperatis locis (quid enim quaeso vetet?) dixerim hic legendum, Ἀργεννὰς ἐρύθαινε παρηΐδας ἁβρὸς ἴουλος, pro Ἀργεννεὴς ἐρύθην παρνηΐδος ἁβρὸς ἴουλος. Sed ita legendo, vellem in proxime praecedente versu τὸν mutari in τῷ. Verum parum fidei huic meae diuinationi, seu coniecturae ipsemet adhibeo. H. STEPH.

230. (226) Ἀργεννεὴς etc.] Locum corruptum esse, certum est, nec quo melius restitui possit, quam H. Stephanus eum restituit, video. ita ergo cum Stephano legendum.

- - - - Τῷ δ' ὄπῳ ὑπὲρ δροσεροῖο γενείου
Ἀργεννὰς ἐρύθαινε παρηΐδας ἁβρὸς ἴουλος. ESCH.

230. (226) Iam ita constituendum notaueram hunc versum, cum commodum Chiueani libri auctoritas dubitationem mihi sustulit. GESN.

230. Gesneri lectio, ἀργεννῆς ἐρύθηνε παρηΐδος, etiam Doruillii est ad Charit. p. 162. Ruhnkenio blandiebatur correctio Stephani, quam confirmat imitatione Nonni, si haec est imitatio, X. p. 278. οὐδέ οἱ ἁβρὸς ἴουλος ἐρευθομένοιο γενείου, ἄχνοα χιονέης ἐχαράσσετο κύκλα παρειῆς. Equidem recepi emendationem Stephani.

233. Οἵ pro σφισὶν dictum, vt solet noster.

Digitized by Google

δεῖπνα δὲ πορσύνοντο πολυξείνοιο τραπέζης,
ἥμενοι ἑξείης· πόθεεν δέ τοι ἔργον ἕκαστος.
αὐτὰρ ἐπεὶ σίτοιο ποτοῦ θ' ἅλις ἔλπετο θυμός,
ἀνστάντες ῥ' ἅμα πάντες ἀπὸ ψαμάθοιο βαθείης
ἤϊον, ἔνθά τ' ἔμιμνεν ὑπὲρ ψαμάθου ἁλίη νῆυς,

234. Vulgo δ' ἐπορσύνοντο. 235. πόθεεν δέ τοι e cod. Ruhnk. Aug. 2. receptum. Vulgo πόθεεν μέγα ἔργον. Caeterum hic versus in libris omnibus post illum, αὐτὰρ ἐπὶ σίτοιο, legitur. 236. ἔπλετο omnes. 237. Omnes ἀνστάντες δ'. 238. ἤϊεν Ruhnk. ἐνθάδ' Schneiderus, contra morem epicorum. νηῦς Ruhnk. Aug. 2. Vulgo ναῦς.

234. Δὲ πορσύνοντο quod scripsi pro δ' ἐπορσύνοντο, probaturos puto, quorum aures numeris epicorum adsuetae sunt.

235. (232) Ἥμενοι ἑξείης.] Ita lege, non ἑξήεις cum Stephano.

ESCH.

235. Vulgo sic legebatur:

αὐτὰρ ἐπεὶ σίτοιο ποτοῦ θ' ἅλις ἔπλετο θυμὸς,
ἥμενοι ἑξείης πόθεεν μέγα ἔργον ἕκαστος.
ἀνστάντες δ' ἅμα πάντες ἀπὸ ψαμάθοιο βαθείης
ἤϊον.

Schneidero minus languere videtur oratio, si legatur: πόθεεν δέ τοι ἔργον ἕκαστος, ἀνστάντες ἅμα πάντες, et cet. Sed cur ἥμενοι ἑξείης hic additum, quod ad desiderium nihil confert? et quomodo haec congruunt inter se, ἥμενοι ἑξείης ἀνστάντες ἤϊον? Quae quum ita sint, permutaui ordinem duorum versuum; qui quum in libris esset perturbatus, haec ipsa perturbatio fecit, vt μέγα pro δέ τοι scriberetur. Mutato versuum ordine etiam ῥὰ pro δὲ versu 237. scribendum fuit.

236. (230) Αὐτὰρ.] Non dubito quin suspectus sit multis hic locus sicut et mihi fuit, credenti potius legendum θυμῷ: sed eodem modo et infra scriptum habemus, v. 404. Ἀλλ' ὅτε δὴ δόρποιο ποτοῦ θ' ἅλις ἔπλετο θυμός.

H. STEPH.

236. (230) Rescribendum etiam mihi videbatur θυμῷ. Sed eadem, qua Stephanus, ratione manum continui. GESN.

236. Librorum lectionem in ἔλπετο mutaui, certa emendatione. Ea iterum facienda infra v. 408.

238. (234) Ἤϊον.] Ita legunt editiones et interpretes, qui postremi reddunt: *Viaticum illic exspectauit super arenam marina nauis.* Sed quis non advertit puerilem sententiolam? mallem ego ἠϊόν. Notum enim est, veterum nauigia extra vsum et in hyeme non in aqua detenta fuisse, vt cum nostris hodie fit, sed extracta et in sicco collocata tantisper, donec vsus posceret, vt vndis redderentur, quod cum ex aliis, tum vero ex nostro passim videre est. ESCHENB.

238. (234) Scrupulus hic aut difficultas obiici non potest, nisi

Digitized by Google

τήν ῥα τότ' εἰςορόωντες ἐθάμβεον· αὐτὰρ ἔπειτα
Ἄργος ἐφημοσύνῃσι νόῳ πόρσυνεν ὀχλίζειν,
δουρατέῃσι φάλαγξι καὶ εὐςρέπτοισι κάλωσιν,
πρυμνόθεν ἀρτήσας. κάλεεν δ' ἐπὶ μόχθον ἱκάνειν,
πάντας κυδαίνων. οἱ δ' ἐσσυμένως ὑπάκουσαν·
τεύχεα δ' ἐκδύνοντο, περὶ ςέρνοισι δ' ἀνῆπτον
σειραίην μήρινθον. ἐπέβριθεν δ' ἄρ' ἕκαςος,
αἶψα θοὸν ποτὶ κῦμα κατειρύσαι εὔλαλον Ἀργώ.
ἡ δέ οἱ ἐγχριμφθεῖσα ποτὶ ψαμάθῳ βεβάρητο,

239. ποτ' vulgo. Correxit Schneiderus. 240. ἐφημοσύνῃσι Voss. Ruhnk. Aug. 2. Vulgo ἐφημοσύναισι. 241. δουρατέεσσι Voss. Ruhnk. Aug. 2. Vulgo δουρατέαισι. 242. ἀρτύσας Ruhnk. Aug. 2. 243. ἐδύοντο Ruhnk. δ' ἄρ' ἕκαςος Voss. Ruhnk. Aug. 2. Vulgo δὲ ἕκαςος. 246. ἄψοῤῥον coni. B. Slothouweri e v. 74. 247. οἱ δέ οἱ PAI. ἐγχριμφθεῖσα Voss. Ruhnk. Aug. 2. ἐγχριφθεῖσα vulgo.

Homericum ἤϊον, *ibant*, ignoranti aut oblito. Equidem malui emendare quantum licuit interpretationem Latinam, h. e. scribere, quasi nondum esset alia, quam annotationes de vitiis interpretum scribere. GESN.

238. ἁλίης scriptum suspicatur Schneiderus, quia nauis recens compacta mare nondum attigerat.

239. (237) Δουρατέαισι φάλαγξι.] Hesychius: φάλαγγες, πολεμικαὶ τάξεις, ἀπὸ τῆ πέλας ἀλλήλων εἶναι, καὶ τὰ τῶν δακτύλων ἄρθρα, καὶ νεῶν ὑπερείσματα. . . ESCH.

Κάλωσι.] Funes nauticos recenset Apollonii Scholiasta ad lib. I. v. 566. quem, si lubet, vide. ESCH.

243. Comma post πάντας, ab Eschenbachio et Gesnero positum, omisit Schneiderus cum edd. vett. Recte. Hemistichium enim hoc ex Iliad. X. 69. sumptum, vbi haec verba coniuncta sunt.

245. Particulam ἄρα e tribus codd. reposui, quod in Homero non licebat.

246. (242) De loquela, Argo naui adtributa, dicam aliquid ad 264. Loca nostri vbi loquens introducitur, indicat Index V. Ἀργώ. GESN.

247. (242) Ἡ δέ οἱ ἐγχριφθεῖσα.] Lege ἐγχριμφθεῖσα. ESCH.

247. (243) Illud ἐγχριφθεῖσα non est simpliciter ab errore librarii: sed, nisi fallor, ab acumine Grammatici, qui vellet indicare, illud μ ante φ, ex ν ortum, esse pleonasticum modo, et melius abesse. Eustathius ad Ιλ. Α, 46 p. 30, 20 ἀμβροσία, χρίμπτειν, ῥίμφα, κόμπος, κομψὸς, πίμπλασθαι, καταπιμπρᾷν πλεονασμὸν ἔπαθον τῦ ν διὰ σε-

Digitized by Google

αὐαλέοις Φύκεσσιν ἐρυκομένη ποτὶ χέρσον,
ἡρώων παλάμῃσιν ὑπὸ ϛιβαρῇσιν ἀπειθής.
παχνώθη δ' αὖ θυμὸς Ἰήσονος· αὐτὰρ ἔπειτα
νεῦσεν ὀπιπτεύων, ἵνα οἱ θάρσος τε βίην τε
μολπῇ ὑφ' ἡμετέρῃ κεκμηόσιν αἰὲν ὀρίνω.
αὐτὰρ ἐγὼ Φόρμιγγα τιτηνάμενος μετὰ χερσὶν
μητρὸς ἐμῆς ἐκέρασσ' εὐτερπέα κόσμον ἀοιδῆς,
καί οἱ ἀπὸ ϛηθέων ὄπα λείριον ἐξελόχευσα·

248. Φυκέεσσι — κέρσον Voss. vt in Gesn. editione notatum. Χέρσον Aug. 2. Sed Φυκέεσσιν in libris omnibus est. Vulgo χέρσῳ. 250. Ιάσονος vulgo. Ιήσονος Ruhnk. αὐτὰρ ἔπειτα Voss. Aug. 2. In margine Voss. notata vulgata lectio ἔμοιγε pro ἔπειτα. 252. Vulgo κεκμηκόσιν. 355. περὶ χερσὶ Voss. in cuius margine notata vulgata lectio μετά. 255. Ante Steph. legebatur χείριον. Λείριον non dubito quin sit in codd. cum ed. Gesn. collatis. Certe ex Aug. 2. nihil a Gesneriana lectione diuersum notaui.

μνότητα Φωνῆς. Hoc facilius admittam illa etymologia, quam ponit ad Δ, 237 p. 356, 18. ἐν χρῷ πελάζειν. Quod est de illo οἱ, ἡ δὲ οἱ ἐγχριμφθεῖσα, puto illud abundare quidem, sed relationem tamen habere ad ψαμάθῳ. Vid. dissertatiuncula de hac vocula οἱ, Indici suo loco intexta n. 3. GESN.

247. Οἵ hic et infra v. 251. ac 255. pro σφὶν dictum.

248. (244) Αὐαλέοις Φυκέεσσιν.] Vide Plinium lib. XIII. cap. XXV. ESCHENB.

Multa ibi de fuci s. algae generibus. Sed ego cupiebam mihi monstrari tantam illius copiam, quae nauem irretiret. GESN.

250. Ἔμοιγε, ob γὲ additum pronomini, non videtur aptum esse. Vera est altera lectio, cuius explicandae caussa ἐμοὶ adiectum et versui accommodatum fuit.

251. (247) Hic illud redundans οἱ est *sibi* h. e. in sui gratiam: vt nostri, *Gib mir dock dem Kerl ein paar Ohrfeigen.* V. Diss. modo cit. n. 1. Sic statim ponitur v. 251. GESN.

252. Κεκμηόσιν epica dialectus requirebat.

255. (251) Καί οἱ ἀπὸ.] Vulg. editiones χείριον habent: sed λείριον reponere non dubitaui, ne non religioni id, sed superstitioni tribueretur. Fateor tamen, non meminisse me lectum mihi alibi esse ὄπα λείριον pro eo, quod Homerus dicit ὄπα λειριόεσσαν, Il. γ. v. 150. — Ἀλλ' ἀγορηταὶ ἐσθλοὶ, τεττίγεσσιν ἐοικότες, οἵτε καθ' ὕλην Δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.

H. STEPH.

255. (252) Ὄπα λείριον.] Λείριον Stephanus reposuit pro χείριον, optime. Nec est, quod huic suae coniecturae diffidat. Licet

Digitized by Google

Ἔξοχον Ἡρώων Μινυήϊον αἷμα γενέθλης,
εἰδ' ἄγε νῦν στερεοῖσιν ὑπὸ στέρνοισι κάλωας
βρίσαθ' ὁμοῤῥοθέοντες, ἐρείσατε δ' ἴχνια γαίῃ,
ταρσοῖσιν ποδὸς ἄκρον ὑπερβλήδην τανύσαντες·
καὶ χαροπὸν ποτὶ χεῦμα γεγηθότες ἕλξατε νῆα.
Ἀργὼ, πεύκῃσίν τ' ἠδὲ δρυσὶ γομφωθεῖσα,
αἴ' ἐμῆς ἐνοπῆς· καὶ γὰρ πάρος ἔκλυες ἤδη,

257. στερνοῖσιν pro vulgato στεῤῥοῖσιν Aug. 2. 261. Vulgo τ' ἰδὲ δρυσὶν sed δρυσὶ Ruhnk. γομφωθεῖσα Voss. Ruhnk. Aug. 2. Ante Gesnerum γομφωθεῖσαν. 262. αἰὲν pro αἴ', libri omnes, etiam Aug. 2.

enim Homerus non ita loquatur, loquitur tamen ita Apollonius lib. IV. v. 903. ἵεσαν ἐκ στομάτων ὄπα λείριον. ESCH.

257. (253) Εἰδ' ἄγε Homerica formula excitandi. Eustath. ad Ιλ. Π, 667 κελευσματικῶς, ἀντὶ τοῦ εἶα δὴ ἄγε ῥηθὲν μᾶλλον, ἤπερ ἐνδοιαστικῶς, ἀντὶ τοῦ, εἰ δὲ βούλει ἄγε. Hanc tamen posteriorem interpretationem interdum locum habere fatetur idem ad Ιλ. Ψ, 579 p. 1435, 41. Ἄγε apud Homerum etiam ad plures dici, constat. v. g. Ιλ. Ζ, 576 vbi idem monet Clarckius. Hic quidem simpliciter incitandi vim habet. Ceterum his quinque versibus non puto perfectius quidquam ab ipso Homero factum esse. GESN.

257. Στερεοῖσιν scripsi, quod epica dialectus videbatur exigere.

258. (254) Ὁμοῤῥοθέοντες Schol. Aristoph. ad ὀρνιθ. ὁμοῤῥοθῶ. συνθέλω· ὁμοῤῥοθεῖν, κυρίως, τὸ ἅμα καὶ συμφώνως ἐρέσσειν. Adhortatur igitur auctor hoc loco Argonautas, vt simul omnes nauem e littore in fluctus impellant, quippe qui mox simul omnes ὁμοῤῥοθέοντες erunt. ESCH.

258. Verbi βρίθειν actiua significatione dicti exemplum e Pindari Nem. VIII. 30. attulit Schneiderus.

261. (257) Et illud Orpheo, h. e. diuini spiritus poeta, dignum, quod subito ad ipsam navem oratio conuertitur, quam pulcherrimam apostrophen corruperant librarii, illo importuno ν ad verbum γομφωθεῖσα adiecto: quod cum pridem delere ausus fuerim, tanto minus id facere dubito, cum Piersono idem in mentem venisse, eumque laudatum eo nomine a Ruhnkenio videam Epist. 2 p. 72. cum denique Vossiani libri auctoritas accesserit. Quod in hac allocutione mentionem facit poeta materiae nauis et modi, quo compacta sit, pertinet ad augendum miraculum. GESN.

262. (258) Αἰὲν ἐμῆς ἐνοπῆς.] Nauem ipsam nunc alloquitur Poeta. ESCH.

262. (258) Adeo necessaria, et vnica, et blanda tamen atque fa-

Digitized by Google

ἠνίκα δένδρε' ἔθελγον ἐν ὑλήεντι κολώνῃ,
πέτρας τ' ἠλιβάτους, καί μοι κατὰ κόμπον ἔβαινον

265. κολωνῷ coni. Geſn. pro vulgato κολώνῃ. 264. Vulgo κατὰ πόντον. Tum ἔβαινον. Voſſ. Ruhnk. Ang. 2. ſed vulgo ἔβαινες.

cilis viſa emendatio Cl. Heringae, Obſ. 10 p. 78 propoſita, et ſuo merito probata Ruhnkenio Ep. 2 p. 73, vt circumſpectis omnibus illam in ipſum contextum auctoris recipere ſuſtinuerim. Neque adeo opus eſt, vt rationem facti reddam apud intelligentes. Modo illud meminerimus, ſermonem hic eſſe de obſequio Argus cum confieret et exiſteret. Hic materiem de ſilvoſo colle mulcendo ad pontum h. e. in litus, vbi aedificanda erat, deduxit Orpheus, vt materiem muri Thebani Amphion etc.

ORSN.

263. (259) Malim κολωνῷ, neque tamen mutare auſus ſum, ſi forte etiam ὁ κολώνης dixerint.

ORSN.

265. ὑλήεντι κολώνῃ, vt ψολόεντος ἰχθύος apud Nicandrum, aliosque ſimiles poetas dictum notauit Schneiderus. Fuit ſane haec generum permutatio illorum temporum propria, quum nondum ſtabilem vſum lingua accepiſſet. Sed deinde ea aetas, quae iam ad interitum vergebat, obtuſum venuſtatis ſenſum illecebris quibusdam excitare ſtudens, ad inſolentiam et raritatem confugiebat. Vnde pariter et nouam et vetuſtate oblitteratam dictionem ſectabatur. Id et apud Graecos et apud Romanos euenisſe animaduertimus. Et iam haec noſtros quoque inuadere coepit labes.

264. (260) Ingenioſe, vt ſolet, coniecit Ruhnkenius Ep. 2 p. 73 μοι παράπομπος ἔβαινες, et interpretatur, *mecum tanquam comes iuiſti, me deduxiſti montibus relictis.* Sed ne cauſam quidem, nedum neceſſitatem mutandi me videre, fateor. ORSN.

264. Lege: καί μοι παράπομπος ἔβαινες, ὄφρ' ἀποπρολιπόντα. *Mecum tanquam comes iuiſti, me deduxiſti montibus relictis.* Hac ſententia nihil aptius. Quis enim eſt, qui neſciat, canentem Orpheum ſecutos eſſe arbores, ſaxa, feras? Horat. III. Carm. 11. 13. *Tu potes tigres comitesque (παραπόμπους) ſylvas Ducere.* Geſnerus nullam mutandi neceſſitatem videns, vulgatum capit de materia, ex qua Argo conſtrueretur, ad mare deducta. At Orpheus loquitur de arboribus, ſe inſecutis, antequam ad nauis aedificationem adhiberentur. Nec vllae eius in deducendis ad pontum arboribus partes fuerunt, cum demum, naui iam confecta, ad Argonautas venerit. RVHNK. Schneideri ſententiam non aſſequor. Is edidit, καί μοι μετὰ πόντον ἔβαινες ὄφρ' ἀποπρολιπόντα. Notae autem ad h. l. praefixit: παρὰ πόντον. Denique in ipſa nota conſtantem codd. lectionem ἔβαινον et προ-

Digitized by Google

265 οὔρεά ἀποπρολιπῆσαι· ἐπίσπεο δ' αὖτε θαλάσσης
Παρθενίης ἀτραπός· σπέρχευ δ' ἐπὶ φῶτιν ἀ-
μείβειν,
ἡμετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ καὶ θεσκέλῳ ὁμφῇ.
Δὴ τότ' ἐπιβρομέουσα Τομαριὰς ἔκλυε φηγός,

265. Ante Gesn. ὄρηα προλιπῆσαι. Hic ὄρη ἀποπρολιπῆσαι dedit. Voss. ὄρεα προλείπησαι. — ἐπέσπεο. Vind. ὄρεα προλιπῆσαι — ἐπέσπεο. Ruhnk. ὄρηα προλιπῆσαι — ἐπέσπεο. Aug. 2. ὄρεα προλίπησαι (sic). — ἐπέσπεο. Wrat. ὄρεα προλιπῆσαι. 266. Vulgo σπέρχυ. Tum πάσιν vulgo: correctum ab Heringa et Bernardo ad Demetr. Pepag. p. 85. ac φῶσιν Voss. Aug. 2. Ibidem ἀμύνειν Voss. Ruhnk. Aug. 2. 267. πευνὸς Aug. 2.

λιπῆσαι facere ait, vt credat poetam sequutum esse fabulam ab Silio XI. 472. seq. traditam, qui refert, quum Argo mare nollet intrare, ipsum mare Orphei cantu ad nauem adductum esse. At quomodo hoc e verbis Orphei elici poterit? Tum, ἔβαινον, inquit, *equidem statim probauero, vt ad δένδρεα, referatur, quibus compacta nauis Argo in mare descendit.* Ac postea: *rectius etiam ἔβαινον de arboribus descendentibus dicitur, quam ἔβαινες de naui ex pinis compacta, in monte succisis et ad mare deductis.* Certe refutari antea Ruhnkenius debebat. Pro πίτρας legendum putat πεύκας, quod genus ad nauem fabricandam adhibitum constare e v. 261. Ac recte post generale nomen δένδρεα speciatim πεύκας nominari. Id mihi quidem languidum videtur. Itaque dedi, prellius optimos libros sequutus, καί μοι κατὰ κόμπον ἔβαινον ὄρη' ἀποπρολιπῆσαι. Ἀποπρολιπῆσα singularis vel propter hiatum improbari debebat. Quemadmodum, inquit, ante audiuisti, quum arbores et rupes ex montibus ad strepitum citharae vel vocis deducerem, ita nunc meo hortatu mare intra.

265. (261) Hic feliciorem puto fuisse Ruhnkenium, qui reponit ὄρε' ἀποπρολιπῆσα. Seruare tamen malui η, quod est in omnibus libris. Duplicationem ἀποπρο esse Orphicam, Index docet. Οὔρηα προλιπῆσαι, quod est impressorum typis librorum, reliquissem, si formae huius exempla mihi in promtu essent. Sed quis τείχηα, ἔτηα meminit?

GESN.

266. Epicus sermo postulat σπέρχευ.

268. (264) Τομαριὰς.] Hoc Τομαριὰς nescio an vsquam inueniatur, et si inueniatur, a τέμνω forte deducendum erit, sed quid ad locum hunc? ego vix dubito quin legi debeat Τομύρια, vatidica a τομυρὸς vates, ὁ τὸ μὴ ἓν μαντικῶς ὀγῶν, sec. Eustath. ad Odyss. π. versum ergo sic lego:

Digitized by Google

ἦν οἱ ὑποτροπίην Ἄργος θέτο νηὶ μελαίνῃ
Παλλάδος ἐννεσίῃσιν· ἀνηέρθη δὲ μάλ' ὦκα,
δέρατ' ἐλαφρίζουσα, θοὴ δ' ὠλίσθανε πόντῳ·
καί οἱ ἐπειγομένῃ θαμινὰς ἐκέδασσε φάλαγγας,

269. ὑπὸ τροπίην Aug. 2. 270. ἀνηγέρθη Voss. Ruhnk. Aug. 2. 271. θοὴ Ruhnk. ὀλίσθανε Ruhnk. Aug. 2. 272. ἐπειγομένην Wrat.

Δὴ τότ' ἐπιβρομέουσα τομούρια ἴκλυε φηγός. ESCH.

268. (264) Τομαρίας sine dubio patronymicum nomen a Tomaro monte, cui Dodonaei Iouis templum adiacet. Strabo 7 p. 227 Τὸ ὄρος ὁ Τόμαρος ἢ Τμάρος, ἀμφοτέρως γὰρ λέγεται, ὑφ' ᾧ κεῖται τὸ ἱερόν. De hac fago (*filuae filia nobilis* Hor. Od. 1, 14, 12) Apollod. Bibl. 1, 9, 16 p. 49 κατὰ δὲ τὴν πρόῤῥαν ἐνήμοσεν Ἀθηνᾶ φωνῆσαι (lic leg. pro φανῇ) φηγῷ τῆς Δωδωνίδος ξύλον. De hac Claudia. de B. Get. f. 7, 18 dicit Minerfuam *Caeso Tmarii Iouis augure luco Arbore praefaga tabulas animaſſe loquaces.* Add. Apollo. 1, 525 ſq. it. 4. 582. et ipſe noſter hic, et v. 1154. Val. Fl. 1, 304. Tzetz. ad Lycophr. 1019. Quae de τομούροις apud Euſtathium memorat Eſchenbachius, ea habentur ad Il. Π, p. 1074, 37 et ad Od. Ξ, p. 545, 4, atque audiri poſſent, ſi non omnes libri haberent Τομαρίας.

Quod ἐπιβρομέουσα ἴκλυε φηγὸς, hoc, arbitror, ſignificare voluit poeta, illam fremitu indicaſſe ſe audire, et parere contumacius, qui mos illius erat, quod cognoſcet, qui inſpicere velit locos, quos dedimus in Indice, vbi Argo locuta eſt. GESN.

268. Schneidero ἐπιβρομέουσα, quod in verſu gemello 1161. occurrat, hic plane vitioſum videtur. Quare ἐπιτρομέουσα ſcribendum putat. Ἐπιβρομέουσα eſt, voce aſſenſum ſignificans.

269. (265) Pronomen οἱ iungendum cum νηΐ, vt monui in Ind. h. v. n. 3. Parum refert poetae et mendacis nunc ὑποτροπίην fagum dicere, adiunctam carinae, nunc τρόπιν, h. e. ipſam carinam λάλον, vt v. 707, nunc toti naui ſermonem tribuere; nunc Mineruam nominare auctorem, nunc architectum Argum, nunc ἐργοδιώκτην operis Orphea. Tales diuerſitates ne hiſtoriam quidem vitiant, nedum fabulam. GESN.

271. Schneiderus ſcriptum fuiſſe putat, δέρας' ἐλαφρίζουσα, *pondere ſuo, i. e. lignorum, quibus erat compacta, alleuata:* affertque Oppian Cyneg. I. 85. Nihil mutandum: non lignis ſe Argo, vt apud Oppianum equus pedibus, ſed ligna, i. e. ſe ipſam alleuabat.

272. (268) Οἱ ἐπειγομένῃ eſt ſibi inſtans, ſe vrgens: Argo enim hic animata eſt: verſu autem proximo relationem loci notat. V. Ind. h. v. nr. 1. Porro ad intelligentiam horum verſuum cogitare oportet nauim, impoſi-

Digitized by Google

αἳ οἱ ὑπὸ τρόπιν εἶντο μιῆς σχοίνοιο ταθεῖσαι·
ἐν δ' ἄρ' ἔβη λιμένας, χαροπὸν δ' ἀνεχάσσατο κῦμα·
Θῖνες δ' ἀμφέκλυσθεν· ἐγήθει δὲ Φρέν' Ἰήσων,
ἄλτο δ' ἔσω νεὸς Ἄργος, ἐφέσπετο δ' ἀγχόθι Τῖφυς

273. αἳ οἱ ὑποτρόπι κεῖντο μιᾶς σχοίνοιοτα θεῖσαι PAIC. τρόπιΐ Voſſ. Aug. 2. ὑποτροπίη Ruhnk. Stephanus αἳ οἱ ὑπὸ τρόπι κεῖντο, receptum ab Eſchenb. et Geſn. Schneiderus ὑπὸ τρόπιΐ, edidit, quod δισυλλαβῶς pronunciandum cenſet, de metro nihil ſollicitus. μιᾶς vulgo. 274. ἐκ δ' ἄρ' ἔβη λιμένος laudat Dinner. λῖ μ' ἔνος Ald. λιμένος Crat. et recentiores. ἀνεχείσατο Voſſ. Aug. 2. 275. Φρέναs Ask. Wrat. Ruhnk. Aug. 2. PAIC. 276. ἀγχόθι vulgatum habet Aug. 2. ſed αὐτόθι Voſſ. Ruhnk.

tam pluribus palangis h. e. cylindris, quos carina ad angulos rectos decuſſet. Illae palangae vt aequabiliter pondus nauis ſuſtineant, ope lineae ſ. funis extenti, qui omnium ſummos arcus tangat, aequatae ſunt. Iam vt quamque palangam relinquit progreſſu nauis, ita illa pondere liberata, vel ſuo vel ſoli elatere mouetur, reſilit: ſic ſparguntur omnes et directionem ordinemque amittunt. Illud de fune extenſo aequandis palangarum faſtigiis etiam in hodiernis architectorum naualium rationibus obtinere, obſerno in Philoſ. Transact. vol. 5 p. 288. GESN.

273. (269) Ὑπὸ τρόπι.] Ita bene corrigit Stephanus pro ὑποτρόπι, quod, licet manifeſto nihil eſſet, tamen ſeduxit interpretes. Scholia ad Ariſtoph. Ἱππεῖς: ὃ ἐστι συνεκτικώτατον τῆς νεὼς, ἥτις ἐπὶ τρόπις, ὑπὸ δὲ ἄλλων μήτρα καλεῖται. ESCH.

273. τρόπι habet vltimam longam, vt μήτι apud Homerum. Itaque ὑπὸ τρόπιν εἶντο ſcripſi.

274. Etſi δὲ ſaepius ab noſtro poſt ſecundum verbum collocatur, quod eſt recentioris aetatis indicium, hic tamen minus placet ἓν δ' ἄρ' ἔβη nude poſitum. Quare λιμένας ſcripſi. Ita v. 636. καλές τ' ἐς λιμένας ψαμαθώδεας εἰσπέρησεν.

275. (271) Θῖνες] In vulg. edit. - - ἐγήθει δὲ Φρέναs ἰήσων. cuiusmodi error habetur et infra v. 445. — κηλήθη δὲ Φρέναs ἀχιλλεὺs, poſito vtrobique Φρέναs pro Φρέν'. H. STEPH.

276. (271) Neſcio quid mouerit doctiſſimum virum H. Stephanum, vt mutaret lectionem praecedentium editionum, quam habet etiam Aſkaeanus liber, quae ſola ſententiam praeſtat commodam. Quid enim eſt θῆκαν ἐπάρτια τῇ νηΐ; ſed ἐπέθηκαν ἄρτια τῇ νηΐ quid ſit, nemo temere poteſt dubitare, nec male, ſpero, in interpretatione expreſſum eſt. Ὅπλα τε πάντα ἐνθέμενοι eſt Apollo. 1, 357.

GESN.

Digitized by Google

καὶ οἱ ἐπαρτέα θῆκαν, ἀρηρότα πορσύνοντες,
ἱστόν τ' ἠδ' ὀθόνας· ἔπι δ' αὖτ' οἴηκας ἔδησαν,
πρυμνόθεν ἀρτήσαντες, ἐπεσφίγξαντο δ' ἱμᾶσιν.
αὐτὰρ ἔπειθ' ἑκάτερθεν ἐρετμοὺς ἡπλώσαντο,
εἰσβαίνειν δ' ἐκέλευον ἐπειγομένους Μινύηας·
τοῖσιν δ' Αἰσονίδης ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Κέκλυτέ μευ, βασιλῆες ἀμύμονες· οὐ γὰρ ἔμοιγε
ἁνδάνει ἐν πραπίδεσσιν ἀρειοτέροισιν ἀνάσσειν.
ὑμεῖς δ', ὅντινά οἱ κραδίη θυμός τε μενοινᾷ,
ἡγεμόνα στήσασθε, καὶ ᾧ πέρι πάντα μελήσει
σημαίνειν, ὅ τί οἱ ῥέξει ἔπος ἠδὲ καὶ ἔργον,

277. Vulgo ἐπ' ἄρτια. Ruhnk. Aug. 2. ἐπάρτια, quod dedit Steph. Deinde πορσαίνοντες Ruhnk. 279. θ' ἱμᾶσιν ex Aug. 2. affert Schneiderus, non obseruatum mihi. 280. ἔπειτ' Aug. 2. et cod. ante Steph. 281. ἐκέλευεν Aug. 2. τ' ἐκέλευον Eschenb. 285. ὅντινά οἱ κραδίη Voss. Aug. 2. receptum a Schneidero. Ὅντιν' οἱ Vind. Ruhnk. Vulgo ὅντιν' ἄρα κραδίη. 287. σημαίνειν Schneiderus dedit e cod. Ruhnk. Caeteri σημανέειν. Tum omnes ὅτι κεν ῥέξαι.

277. ἐπαρτέα Schneideri coniectura est, probata etiam Ruhnkenio. Ad eam firmandam attulerunt Apoll. Rh. I. 235. 333. 1210. III. 2. Sed quod Gesnerum inepto commate post πορσύνοντες impeditum dicit Schneiderus, vnde ipse hoc comma sustulit, et post θῆκαν posuit, non intelligo. Nam quid est hoc, καὶ οἱ ἐπαρτέα θῆκαν? quid autem porro hoc, ἀρηρότα πορσύνοντες ἱστόν τ' ἠδ' ὀθόνας? Immo ἐπαρτέα θῆκαν ἱστὸν dicit, et ἐπαρτέας ὀθόνας, addito per appositionem ἀρηρότα πορσύνοντες.

278. (274) Οἴηκας ἔδησαν.] Apollonius: Τῖφυν εὐστείρης οἰίηα νηὸς ἔρυσθαι. ad quae verba Scholiast. Οἰίηα, τὰ κηδάλια, οἷον οἰήσια, ἐπειδὴ οἰήσεως χρεία τῷ κυβερνήτῃ, οἱ δὲ γλωσσογράφοι τοὺς οἴακας. ESCH.

285. Θυμός τε μενοινᾷ.] Ita Homerus Odyss. β. νόος δέ οἱ ἄλλα μενοινᾷ. ESCH.

285. (282) Varietas Vossiani codicis non simpliciter aberratio videtur, sed eius, qui illud Orphicum οἱ etiam hic vellet inculcare, de quo vid. Ind. n. 1. GESN.

287. Vulgata lectio ὅ τι κεν ῥέξαι neque cum praecedentibus, neque cum sequentibus congruit. Itaque οἷ, quod, vt in indice notatum, saepe in nostro cum κὲν permutatur, et futurum reposui. Siue οἷ ad ducem, siue, vt saepe noster solet, ad sequentem pluralem ἐπιπλώουσιν et ἀφιξομένοις referas, sensus est hic:

Digitized by Google

πόντον ἐπιπλώσειν, ἀφιξομένοις τ' ἐπὶ γαῖαν,
εἴτε καὶ ἐς Κόλχους, ἢ ἐς ἀλλοδαπὰς ἀνθρώπους.
290 καὶ γάρ δὴ μῦνον σὺν ἐμοὶ πολέες τε καὶ ἐσθλοί,
οἵ ἑα καὶ ἀθανάτῃ ῥίζης γένος εὐχετάασθε,
ξυνὸν ἀνηρείψασθε πόνον, κλέος ὄφρ' ἂν ἄρησθε.
ἀλλ' ἄ οἱ κάρτιστον ἀρειότερόν τε γενέσθαι

288. ἐπιπλώσειν cod. Ruhnk. ἐπιπλῶσσειν Voss. Aug. 2. ἐπιπλώσειν vulgo. Schneiderus edidit ἐπιπλεύσειν. 289. καὶ ἢ libri omnes. 290. Vulgo μοῦνοι quod est in Wrat. et Ruhnk. vt ait Schneiderus. μοῦνον Ask. μοῦνοι Voss. μόνοι Aug. 2. ed. princ. 291. hic versus abest in Voss. et Aug. 2. 292. ξεινὸν Aug. 2. πόνον Voss Aug. 2. Ruhnk. Vind. πόνων vulgo. ἄρεσθε Schneiderus e cod. Ruhnk. de qua varietate nihil Ruhnk. p. 234. Vulgo ἄρησθε. 293. Vulgo ἀλλ' ἃ οἱ. Codd. Voss. Vind. Ruhnk. Aug. 2. ἀλλ' ἄ οἱ.

qui imperet, quid iis mari terraeque gerere velit.

289. ἢ ἐς scripsi pro καὶ ἐς. Vsum particularum εἴτε — ἢ explicuit Hoogeueenus p. 367. Atque ἢ et καὶ permutari monui ad Aristot. poet. p. 102.

290. (286) Πολέες τε καὶ ἐσθλοί.] Quos Theocritus ἄωτον ἡρώων vocaret. ἐσθλὸς vero hic vsurpatur, quemadmodum apud Hesiodum Ἐργ. v. 214. vbi Plutarchus exponit τὸ ἐσθλὸς, ὁ τῇ τύχῃ καὶ τῇ δυνάμει προέχων.

ESCH.

290. Dedi μοῦνον ex Ask. Propterea tantum, inquit, vt gloriam vobis pararetis, mecum communem suscepistis laborem, non quasi ego id vobis imperare potuerim. Gesneri μόνῳ, probatum Ruhnkenio, merito impugnat Schneiderus.

292. (288) Non improbabilis est Cl. Ruhnkenii emendatio, certe naturam negotii declarat. Arripiunt ac depoſcunt homines laborem, vt gloriam inde auferant. Sed magis poeticum tamen est, vt puto, Inuadunt gloriam laborum, vt eam sibi auferant. Rapiunt, rapere student, inuadunt labores et pericula, non quatenus hoc sunt, sed quatenus trahunt comitem gloriam.

GESN.

292. Emendauit interpunctionem et lectionem vulgatam, πόνων, κλέος ὄφρ' ἂν ἄρησθε Ruhnkenius in ep. crit. p. 234.

293. (289) Κάρτιστον ἀρειότερόν.] Nota, Superlatiuum poni pro Comparatiuo et expresse comparare. Cur igitur Sanctius negat vllum Superlatiuum comparare?

293. οἱ vsitatum nostro e codd. reuocaui. Idem fere est atque ἐν ἡμῖν.

Digitized by Google

Ἡρακλῆος ἄνακτος ὀΐομαι· ἴσε καὶ αὐτοί.
295 Ὣς ἔφαθ'. οἱ δ' ἅμα πάντες ἐπήνεον. ἐν δ' ἄρα φωνῇ
λαὸς ἐπερρῴσθεεν, Μινύαις ἔπι κοίρανον εἶναι
Ἀλκείδην, ὃς πᾶσι μέγ' ἔξοχος ἦεν ἑταίροις.
ἀλλ' ὃ πεῖθον ἄνακτα πεπνυμένον, ὃς ῥά νἱ ἤδη
Ἥρης ἐννεσίῃσι τετιμένον Αἴσονος υἱόν,
300 ἦ δή νἱ κλέος ἐσθλὸν ἐπ' ἐσσομένοισιν ὄπαζεν·
ὅς ῥά οἱ αὐτὸς ἔνισπεν, Ἰήσονα κοίρανον εἶναι.

295. οἱ δ' ἅμα πάντες Schneiderus e coni. Stothouweri. Ibidem ἐν δ' ἅμα φωνῇ malebat Heynius. 296. ἔπι κοίρανον pro vulgato ἐπικοίρανον dedit Gesnerus. 297. μ' pro μέγ' Ruhnk. 298. ἤδεϊ Voss. Aug. 2. Wrat. 299. συνεσίῃσι Aug. 2. vt refert Schneiderus. 300. ὣς ῥά οἱ Voss. Aug. 2. ὡς δή οἱ vulgo. ἐπεσσομένοισιν ante Gesnerum. 301. Gesnerus ὥς' ὄγε κ' αὐτὸς. Ante eum ὅς τότε γ' αὐτὸς. Codd. Voss. Vind. Ruhnk. Wrat. Aug. 2. ὅς ῥά οἱ.

296. (292) Non puto nomen esse ἐπικοίρανον, vt nec ἐπικύριον, vel ἐπιτύραννον. Sed κοίρανον ἐπὶ Μινύαις in Minyis vel inter Minyas. Vid. ad 296. GESN.

298. (294) Ἀλλ' ὃ πεῖθον ἄνακτα.] Contraria his habet Aristoteles lib. III. de Rep. c. 13. de Hercule. vbi dixit, Herculem minime voluisse parere Iasoni, vt longo interuallo omnes caeteros Argonautas superans, ac ob hanc caussam Argonautas eum reliquisse. Verba eius sunt: μυθολογεῖται δὲ καὶ τὸν Ἀργοναύτας τὸν Ἡρακλέα καταλιπεῖν διὰ τοιαύτην αἰτίαν. ὁ γὰρ ἐξέλειν αὐτὸν ἄγειν τὴν Ἀργὼ μετὰ τῶν ἄλλων, ὡς ὑπερβάλλοντα πολὺ τῶν πλωτήρων. ESCH.

298. (294) Merito hic πεπνυμένον vocat Herculem, cuius alias non valde laudatur sapientia. Nouerat ille, quid a nouerca sibi exspectandum esset, si suum amicum Iasona honore exueret. Illud οἱ ἤδη non simpliciter πλεονάζει, sibi, suo bono, sciebat. Licet etiam hoc obseruare, decorum esse Herculi, non dicere, non habere orationem, sed facere. GESN.

300. (296) Potest quidem ἐπεσσόμενος voce duplicata intelligi vt ἐπιγενόμενος, vt ἐπίγονοι illi Tragicorum. Sed cum nondum alias inuentum sit, cum liberum esse debeat iungere literas et syllabas, prouti sententia postulat, feci, quod video etiam doctissimo Heringae Obs. 2 p. 14 placuisse, diuisi praepositionem hic, vt olim factum est 608, vt faciam 625. GESN.

300. Vulgata lectio nata oculis librarii ad sequentem versum aberrantibus.

301. (297) Ἰήσονα κοίρανον εἶναι.] Et hoc valde appetiit Iason, dubio procul. Adeo enim indomitam in eo fuisse animi magnitudinem scribit Aristoteles

πεντήκοντ' ἐρέτησιν, ἀνὰ τραφερήν τε καὶ ὑγρήν.
καὶ τότε δὴ μάλα πάντες ἐπήνεον, ὡς ἐκέλευεν
Ἡρακλέης τε καὶ θῆκαν Ἰήσονα ποιμαίνειν εἶναι.
Ἦμος δ' Ἠελίοιο, ἀπείριτον αἰθέρα τέμνων,
ἵπποις ὠκυπόδεσσι κελαινὴν ἔντυε νύκτα,
τῆμος ἐνὶ πρωτοπίδεσσιν ἐμήτιεν Αἴσονος υἱὸς
πίσυν ἐφ' ἥρωέσσι καὶ ὅρκιον συνθεσιάων
θέσθαι, ὄφρ' ἔμπεδα πάντα φυλασσόμενοι πεπίθοιντο.

302. *ἐρετμοῖσιν* Voss. *ἐρετμαῖσιν* ἀνὰ πρατερήν Ruhnk. qui post v. 304. ita haec repetit: *πεντήκοντ' ἐρετμαῖσιν ἀνὰ τραφερήν τε καὶ ὑγρήν.* 305. *ἠέλιος τοῦ ἀπείριτον* omnes. 309. *φυλασσόμενοι* Aug. 2. a me non notatum. *πεπίθοιεν* Ruhnk. Aug. 2. Hoc versu finitur codex Aug. 2.

lib. III. de Rep. c. IV. *vt esurire sese diceret, quando non imperaret:* Ἰάσων ἔφη πεινῆν, ὅτε μὴ τυραννοῖ. ESCH. Modo non hic de Pheraeorum tyranno multum iuniore sermo sit.

GESN.

301. (297) Audacior iusto hic non videbor, spero, his, qui considerabunt formas literarum, et recordabuntur, quam parum illos adspirationum et apostrophorum apices curauerint librarii, denique salua sententia orationem sic multo melius et magis poetice coniunctam esse.

GESN.

302. (298) Πεντήκοντ' *ἐρέτησιν.*] Apollonius quatuor et quinquaginta recenset. Flaccus vnum et quinquaginta. Apollodorus quadraginta et quinque. ESCH. v. Index Voc. Ἀργοναῦται.

GESN.

Τραφερήν τε.] τραφερὴ hic terram significat, versus plane similis illi:

Τγρὰς καὶ τραφερὰς βασιλεὺς Ἄγις μ' ἀνέδηκεν.

Oppianus lib. I. Κυνηγ. Δῶκεν ἔχειν πᾶσαν τραφερήν, πᾶσαν δὲ καὶ ὑγρήν. et saepissime alibi. Nonnunquam etiam adiectiue τραφερὰν γαῖαν, παρὰ τὸ τρέφειν, ὅτι πάντα τρέφει τὰ ζῶα.

ESCH.

305. Abhorrentem ab epicorum consuetudine articulum in οἵ mutaui.

309. (305) Ὄφρ' ἔμπεδα.] τὸ ἔμπεδα hic sumitur, quemadmodum apud Homerum Iliad. N. (141) et alibi passim τὰ ἔμπεδον. ὁ δ' ἀσφαλέως ἤδει ἔμπεδον. i. e. *firmiter, constanter,* aduerbialiter, quod non monuissem, nisi interpretes et in talibus levibus peccarent. infra v. 345. τὸ ἔμπεδον, et passim vtrumque in tali significatione occurrit.

ESCH.

Digitized by Google

καὶ τότε τοι, Μουσαῖε, φίλον τέκος Ἀντιοφήμου,
ποσσῦναι μ' ἐκέλευε θοῶς ἱερήϊα καλά.
αὐτὰρ ἐγὼ ψαφαρῇσιν ἐπ' ἠϊόνεσσιν ἐνείκας
κᾶλα, τά τ' ἐκ δρυὸς ἐσι φερεσβίου· ἐν δ' ἄρα τοῖς
ὕπερθεν
πλεκτῷ παρκατέθηκα θεοῖς ἐπιειμένα δῶρα.

311. κομίσαι ex interpretatione Voss. θεοῖς pro θεῶν coni. Schneiderus. 312. Vulgo ψαφαρῇσιν et ἐνῆκα. Gesnerus coniecit ἔθηκα. Codd. Vind. Ruhnk. ψαφαρῇσιν et ἐνείκα. 313. δρὸς ἐσι Voss. ὑπερθεν pro vulgato ὕπερθε idem. 314. πολλὰ παρακατέθηκα Voss. πολλὰ παρκατέθηκα Ruhnk. πέπλα παρκατέθηκα Vind. πέπλῳ vulgo.

310. (306) Ἀντιφήμου υἱὸν Musaeum vocat Suidas, τοῦ ἐυφήμου τοῦ ἐκφάντου, τοῦ κερκυῶνος. Itaque certe incisum post τέκος recte sustulimus; sed in hoc genus genealogias ἀπεράντους non descendimus. Vid. Fabr. B. G. 1, 16, 3. GESN.

310. Suidae locum melius scriptum in Eudocia legi observavit Schneiderus: alia paullo tradere Androtionem in Schol. Soph. ad Oed. Col. 1051.

311. (307) Ἱερήϊα καλὰ sunt, quibus litatur, καλλιερεῖται. GESN.

312. (308) Res ipsa et v. 327 indicant, sermonem esse de strue lignorum, quae accensa hostiam consumeret, πυρκαϊᾷ. Placeret ergo valde, pro ἐνῆκα si legeretur ἔθηκα. Sed nec ἐνῆκα damnare ausim, cum vel simpliciter *imponere* significare possit, vt Od. M, 401 de naui, ἐνήκαμεν εὐρέϊ πόντῳ· vel hoc notare, structum et sic immissum, implexumque esse rogum. GESN.

314. (310) Ἐπειμένα δῶρα.] Interpres ἔμμετρος vertit: *Dis conuenientia dona*. Perdrierius more suo pueriliter; *flnitantia*. Tu nihil aliud intelliges, quam *multa, frequentia*. Νήχυτον enim sec. Hesychium, πολύ. proprie de aqua dicitur. vt apud Musaeum vers. 247.

Λάζεο πῦρ ταχέως, μὴ δείδιθι νήχυτον ὕδωρ. ESCH.

314. (310) Iuuat hic peplum Orphicum aliquantum illustrare. Potest de illo dici, quod vniuersim obseruat Pollux 7, 50 ἔσθημά ἐσι διπλοῦν τὴν χρείαν, ὡς ἐνδύναι τε καὶ ἐπιβάλλεσθαι. Est indumentum Aoetae 810, Horatum H. 42, 6. De hoc genere copiosissimus est Spanh. ad Iul. Caess. p. 459 sqq. Sed ἐπίβλημα potius est, cum Nocti tribuitur, vt H. 6, 10: in primis vero in sacris, vbi non tantum est hominum ea obeuntium ἐπίβλημα, vt L. 18, 97: sed etiam aliarum rerum. Decus enim et maiesta-

Digitized by Google

tem quandam addere se putabant rebus, quas ita tegerent involuerentue. Eustath. ad Il. E, 194 p. 407, 50 vbi de curribus poeta, ἀμφὶ δὲ πέπλοι πέπτανται, Ὁ πέπλος, inquit, ὕφασμά τι σινδονοειδὲς καταπετανύμενον κ. τ. λ. Et ad Od. H, 96 p. 272, 30 ἁπλῶς ὕφασμά τι λαμπρὸν καὶ ἐπιπρέπον. Verum inprimis locum habet Peplus in sacris ceremoniis, et rebus a profanorum conspectu tegendis. Huc forte respiciens Philostratus de Vita Ap. 1, 25, p. 34, 1 Babylonios ait ποικίλματα πέπλων debere Orpheo. Sic noster 955 ἱερὰ πλάσματα facit ὑπὸ πέπλοις, quod tentorii quoddam instar intelligo; et hic super struem ligni Peplo inuoluta ponit ἐπινήχυτα δῶρα. Tegere sacra Peplis Aegyptium est, a quibus forte accepit Orpheus. Clem. Alex. Paed. 3, 2 pr. Τὰ δὲ ἄδυτα χρυσοπάστοις ἐπισκιάζεται πέπλοις — πατοφόρος δὲ — ὀλίγον ἐπαναστείλας τοῦ καταπετάσματος, ὡς δείξων τὸν θεὸν etc. Vtrum, et quatenus his similia sint Ebraeorum σκηνώματα, περιπετάσματα, et inuolucrorum genera varia, non disputo. Sed est hic aliquid, nisi fallor, vnde ornari possit Spenceriana de his rebus opinio, proposita in Tr. de origine tabernaculi s. operis de LL. Ebraeor. ritual. 3, 3, 1. Caeterum hic locus, qui sub manu est, et ille alter 955 eo nobis prodesse possunt, vt intelligamus, partem Orphicorum mysteriorum ac τελετῶν fuisse illa θυμιάματα atque ἀρώματα, de quibus in Hymnorum titulis mentio, tum vniuersum de Lapidibus s. gemmis opusculum: nec mirum adeo esse, illa tamdiu potuisse delitescere. GESN.

464. (463) Ἀγχίαλός θ' ὁμαλή] Et hic reſcribendum ὁμόλη, duce Apollonio, (et Holſt. ad Steph. Byz. h. v.) et ὑμόλη, ὄρος Θεσσαλίας, ἕτω καλούμενον. Interpretes male: *Anchialosque plana.* Sed non ſolus hoc loco deceptus Perdrierius, deceptus etiam Hermolaus Barbarus, et ab hoc Ortelius, qui ambo Anchialum faciunt locum circa finum Pelaſgicum. GESN.

464. (464) Non dubitaui hanc vnius apicis immutationem admittere, quae firmatur etiam ex his, quae adſcriplit Harduinus ad Homolion Plinii 4, 9 no. 19. GESN.

Ἐναύλου] Non intelligo hic doctiſſimum Holſtenium, qui ex ordine itineris, quem Apollonius ſeruat, nobis reſtituere vult ἀναύρου. Quin, ſi Apollonium ſequi velimus, Ἀμύρου reſcribendum eſſet, niſi modulus ſyllabae mediae repugnaret. Et certe nihil aliud noſter intelligit quam Amyrum, quem hoc modo circumſcribit, ῥεῖθρόν θ' ἁλιμυρὲς ἐναύλου. nam quemadmodum ἄναυρος, ſi προσηγορικῶς accipiatur, *torrentem* ſignificat, ita et iam ἔναυλος nihil aliud quam *torrens* eſt. Vix tamen dubito quin ſit legendum ῥεῖθρόν τ' ἀμύρσοιο ἐναύλου. GESN.

464. (460) In loco, qui huic reſpondet, Apollonii 1, 596 ſunt ἀμύρσοιο ῥείθρα, de quo fluuio et vrbe cognomine multa ſunt apud Stephanum Byz. et Holſt. Itaque valde propendet animus ad recipiendam emendationem ab Etchenbachio propoſitam. Sed ſcrupulum mouet hoc, ſi forte noſter voluerit alludere ad notationem nominis proprii, et illud interpretari quaſi ἁλιμυρές. Interea verſionem ita informaui, vt ἐναύλῳ redderem *torrentis* nomine, cui reſpondere ἔναυλον, inductio Homerica, et quae ſunt ab Heſychio, et ad illum obſervata, me docuere. Holſt. ad Steph. V. Ὁμόλη vult legi, ῥεῖθρόν θ' ἁλιμυρὲς ἐναύρου. GESN.

464. Cur noſter neceſſario ſequi Apollonium debeat, non video. Itaque Holſtenii emendationem, ad Steph. in Ὁμόλη, Ἀναύρῳ recepi. De hoc fluuio Spanhemius ad Callim. h. Dian. 101.

467. (463) Εἰσίδρακον] In-

Digitized by Google

Παλλήνην τ' εὐρείαν, ἰδὲ ζαθέην Σαμοθρῄκην,
ἔνθα καὶ ὄργια φρικτὰ θεῶν, ἄῤῥητα βροτοῖσιν,
ἅσμενοι εἰσεπέρησαν ἐμαῖς ὑποθημοσύνῃσιν

468. Vulgo Πελλήνην. Σαμοθράκην Ruhnk. 469. ὄργια pro vulgato ὄρκια Brunck. ad Apoll. Arg. I. 917. ἄῤῥητα δὲ βρ. PAIC. ἄῤῥητα Afk. Vind. Par. Wrat. Ruhnk. 470. Vulgo ἐμῇσι.

conditum ſenſum hoc verbum ibi gignit, ego non dubito, quin auctor ſcripſerit εἰσέδρακον, et hoc potiſſimum coniicio ex Apollonio, qui de eodem loco in eadem re idem vocabulum adhibet. Sed et in innumeris locis hi duo auctores ita inter ſe concordant, vt iisdem plane verbis nonnunquam eandem ſententiam efferant, quod manifeſtum erit illi, qui ambos cum ſtudio legerit et inter ſe contulerit. ESCH.

467. (463) Locus Apollonii eſt I, 597 Κεῖθεν δ' εὐρυμέναν τε πολυπλύτης τε Φάραγγας Ὄσσης τ' Οὐλύμποιό τ' ἐσέδρακον. Res ita manifeſta, dubitationi locum non relinquit. Itaque probat etiam Cl. Weſſel. Obſ. I, 22 p. 9. Verbum ipſum noſtro familiare eſſe, docet Index. GESN.

467. Schneiderus πάμψαν vitioſum putat, quod Samothracen non ſint praeteruecti, ſed in eam inſulam egreſſi. Itaque δενδρώδε' ἵκανον ſcriptum mallet. Non opus. Negligentius loquitur noſter, neque ob eam rem vituperandus. Nam ſi myſteriis iſtius inſulae initiati ſunt Argonautae, egreſſos e naui eſſe ſponte apparet. Similis negligentia v. 1081.

468. (464) Πελλήνην τ' εὐρείαν] Repone ex Apollonio (I, 599) παλλήνην· (Schol.) παλλήνη δ' ὄρος θρᾴκης καὶ πόλις ὅθεν ἦν πρωτεύς. Vide etiam Stephanum voce παλλήνη. ESCH.

468. (464) Non dubito quin α in prima Syllaba huius nominis vnice verum ſit, cum praeſertim a Pellene Achaica ſic diſtinguendam doceat Euſtathius ad Il. B, 574 p. 220, 50. Omnia dedit Holſten. ad Steph. Sed cum tribus locis apud noſtrum in omnibus libris ſcribatur per ε, ad διττογραφούμενα etiam hoc referre, vel certe in tutiorem partem peccare malui. GESN.

469. (465) Ἀῤῥήτα βροτοῖσιν] Prurigo eſt, quae impulit Perdrierium, vt hic poſuerit ἄῤῥητα. ESCH.

469. (465) Etiam Apollo. τ, 917 Ἀῤῥήτους ἀγανῇσι τελεσφορίῃσι θέμιστας haec ipſa Samothracum myſteria appellat. Verum nec ἄῤῥητα ſenſus refugit, quod de Myſteriis ſermo eſt; et ſic eſſe in Mſ. docet V. L. GESN.

469. Nonni imitationem III. p. 100. affert Ruhnkenius: καὶ φρικτὰ πολισσούχοιο θεαίνης ὄργια.

Digitized by Google

ἥρωες· μέγα γάρ σφιν ὀφέλσιμον ἀνθρώποισιν
τῆσδε θυηπολίης ἀβολεῖν πλωτῆρσιν ἑκάστοις.
Σιντιακῆις δ' ἐπ' ὀφρύσσιν ἐκέλσαμεν ὠκύαλον
νῆα

471. μέγα Voss. Vulgo μετὰ. 472. omnes ἄμοτον, praeter Ashak. in quo est ἄμωτον. Deinde libri ἕκαστος. 473. Vulgo Σιν-

471. (467) Μετὰ γάρ σφιν] Vid. Schol. Apollon. lib. I. ad vers. 917. et rationem nostrae interpretationis habebis. Legendum autem pro ἕκαστος, ἑκάστοις. Et de eadem re Orpheus in Θυμελήκῃ Κυφήτων (H. 37.)

Οἵτε Σαμοθρῄκην ἱερὴν χθόνα ναιετάοντες
Κυδύνης θνητῶν ἀπερύκετε πόντοπλανήτων. ESCH.

471. (467) Ita habebat versio h. l. in editione Eschenbachii, *Deinceps enim valde vtilis est hominibus Haec sacrorum fitis nauigantibus omnibus.* Scholiastes, ad quem prouocat, inter alia multum profuisse in periculis ait Agamemnoni et Vlyssi, quod initiati fuissent. Docti lectores existimabunt, an mea interpretatio satis tum verbis poetae, vt a me constituta sunt (in voce μέγα occupauerat Pierso. Verif. 1, 9 p. 103, vt supra v. 11) tum sensui communi, quo ille profecto non caruit, respondeat. Tenebras interpretantibus obiecit, quod non viderunt, duas hic esse propositiones, priorem Sacra Samothracia vtilia sunt hominibus, qui iis initiantur omnibus: alteram, Immensum autem iuuant nauigantes singulos. De σφιν, quod hic ad ἀνθρώποισι relatum abundat, itemque de v. ἄμοτον vid. Index. ORSN.

471. Gesnerus legebat: μέγα γάρ σφιν ὀφέλσιμον ἀνθρώποισι τῆσδε θυηπολίης, ἄμοτον πλωτῆρσιν ἑκάστοις: quae ita vertit: *magna enim vtilitas hominibus quidem omnibus, horum sacrorum, immensa vero nauigantibus singulis.* Probauit et lectionem et explicationem Schneiderus, quamquam et εἰσπίησαν vituperans, et ὀφέλσιμον pro ὄφελος atque ἑκάστοις pro πᾶσι recentioris aeui argumentum putans. Si Graeca ista esset oratio, oratoris, non poetae esset. At ne Graeca quidem est. Itaque recepta Vossiani cod. lectione μέγα, licet etiam vulgatum μέτα ferri possit, ἄμοτον in ἀβολεῖν mutaui. Ἀβολεῖν, notum ex Apollonio Rhodio II. 770. III. 1145. (vid. Hesych. in ἀβολῆσαι, ἀβολεῖν, et eius interpretes,) pro diuerso significatu, vt ἀντιβολεῖν, nunc datiuum nunc genitiuum regere debet. Hoc dicit: inter homines vtilis est nautis horum sacrorum communitas. Seruari enim ita e periculis maris putabantur, cuius rei testes Eschenbachius attulit.

473. Σιντιακῆις δ' ὀφρύσσιν] Vi-

Digitized by Google

Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ. τόθι περ κακὰ ἔργα μεμήλει
Θηλυτέρειος· αἳ γάρ οἱ ἀϊσώσαντο συνεύνῳ
σφῇσιν ἀτασθαλίῃσι. καὶ οἱ κλυτὸς Ὑψιπύλειος
ἐλδομέναις κραδίῃσιν, γυναικῶν εἶδος ἀρίστη.
ἀλλὰ τί σοι περὶ τῶνδε πολὺν λόγον ἀμφαδὸν εἰπεῖν,
ὅσσον ἐφ' ἤμερον ὦρσεν ἀγαυαῖς Λημνιάδεσσιν
Κύπρις ἐρωτοτρόφος Μινύαις εἰς λέκτρα μιγῆναι;
φίλτροις Ὑψιπύλην ἑωυτοῖς ἐδάμασσεν Ἰήσων·

σιναῖς δ' ὀφρῦσιν et ναῦν. 475. Vulgo αἳ γάρ κεν. 476. Vulgo ἀτασθαλίῃσι. καὶ ἡ κλυτὴ. 478. ἀλλὰ τοῖσι περὶ Ruhnk. 479. ἀγαναῖς Ruhnk. 480. ἐπὶ λέκτρα Voss. a prima manu, sed in margine εἰς.

de omnino Holstenium ad Stephanum voce Σιντία. Dormiunt sane interpretes, qui *compositos oculos* in somniis vident. ESCH.

473. Ἐπὶ Ruhnkenii monitu in Ep. Crit. I. p. 147. addidi. Sed male ille scribebat, Σιντιαναῖσι δ' ἐπ' ὀφρύσ' ἐκέλσαμεν, elisa victima datiui littera. Deinde νῆν Ionicam formam, restitui. Rarior hic apud epicos accusatiuus occurrit apud Apollon. Rh. I. 1358.

475. Miror soloecismum αἳ γάρ κεν ἀϊσώσαντο etiam a Schneidero seruatum esse. Reposui Orphicum οἵ, saepe oblitteratum, cuius rei exempla ex indice colligi poterunt. Alius scripsisset, καὶ γὰρ τοί.

476. Hic quoque οἵ reponendum erat ob sermonis Orphici morem. Sed tum corripi καὶ non potuit; quare ἀτασθαλίῃσι scripsi. Scriptura ἀτασθαλίῃσι ex recordatione Homeri nata: v. ad v. 1304. Porro κλυτὴ Ὑψιπύλεια ad aures non iucunde accidit, nec lubenter epici feminina in η exeuntia, quorum penultima breuis est, corripiunt. Accedit quod femininum κλυτὴ non videtur epicis vsitatum fuisse. Quamobrem iure mihi videor κλυτὸς reposuisse, quod ab Homero, vt tot alia, noster accepit. Vide ad v. 220.

481. Φίλτροις] Varie haec vox vsurpatur ab auctoribus. Communissime quidem pro *Pharmaco, amoris concitandi causa alicui dato*, vt ap. Ouid. II. Amor.

Philtra nocent animis, vimque furoris habent.

et passim alibi. Deinde vero significat — τοργὴν φυσικὴν πρὸς τὰ τέκνα. vt apud Nasiam.

Φίλτρον γὰρ συνέδησε φύσις τοκίας τε γόνους τε.

Digitized by Google

ἄλλη δ' ἄλλος ἔμικτο· καὶ ἐκλελάθοντο πο-
ρείης,
εἰ μὴ ἀποτροπίοις ἐνοπαῖς θελξίφρονί θ' ὕμνῳ
ἡμετέρῳ θελχθέντες ἔβαν ποτὶ νῆα μέλαιναν,
485 εἰρεσίην ποθέοντες, ἐπεμνήσαντο δὲ νόστου.

483. ἀποτροπίοις Voss. Ruhnk. – θυμῷ vulgo. 485. Vulgo μόχθου. Chiv. μόχθοις. Voss, νόστῳ, vnde νόστου Schneiderus edidit.

Menander apud Stobaeum Ὦ παῖσερ, οἷον φίλτρον ἀνθρώποις φυσεῖς. Tertio de *amore coniugali* dicitur vt ap. Apollonidem Anthol. I. μὴ σπείσαις δεύτερα φίλτρα γάμου; quem fere in sensum hic etiam apud nostrum vsurpatur, nisi quidem blanditias potius et mellita verba, quibus iuuenes miseras puellas ad concubitum inuitare solent, intelligas, quod suadere videtur versus sequens, dum de reliquis auctor dicit: ἄλλη δ' ἄλλος ἔμικτο. ESCH.

482. Schneiderus sententiam desiderare ait, καί κεν λελάθοντο. Non opus.

483. (479) Θελξίφρονι θυμῷ] Melius legarem hic θελξίφρονί θ' ὕμνῳ. Sed nihil definio. ESCH.

483. (479) Est sane elegans coniectura. Vellem dedisset poeta nobis carmen, quo a voluptate ad laborem potenter Minyas reuocare Orpheus potuit, simili illi quod est supra 252. Sed non ausim tamen tale carmen ὕμνον vocare: neque iam vacat operose, post diligentiam praesertim accuratam amici mei Kriasii, quaerere, cuius de hymnis veterum dissertatio sub oculis meis nata est. OESN.

483. Coniecturam Elchenbachii hoc magis recipiendam duxi, quia firmatur versu 577. ἐμοῖς ὕμνοισι γεραίρων.

485. (481) Verbum ἐπεμνήσαντο videbatur mihi aliquando hic poni cum allusione ad illum vsum, qui ad rem vxoriam et nuptiarum ambitionem pertinet, vnde μνησεύειν, et μνησῆγες dicuntur e. i. g. a. Placebat haec notio quod cogitarem, auocandos hic fuisse Argonautas a nuptiis Lemniadum ad amorem suae nauis et laboris et gloriae. Fauebat illud, quod in Chiueano exemplo μόχθοις habetur, quarto casu, quem adiecisse in hac significatione verbum μνᾶσθαι. Sed metue, vt aliquid solidi hic sit, cum hoc verbum, more Orientis in vniuersum sit grauidum, vt loquuntur Grammatici, et meminisse dicantur, qui faciunt quod debent vel solent. Vid. v. g. mox 553 μνώεσθε πλόοιο. OESN.

485. Potiora visa sunt codicis Voss. vestigia. Μόχθου de remigandi labore intellectum defendi posse monuit Schneiderus.

Digitized by Google

Ἔνθεν ἐς Ἑλλήσποντον ἁμηῴους φέρεν οὖρος,
ἀκραὴς Ζέφυρος, στεινῆς ἀπάτερθεν Ἀβύδου,
Ἴδην, Δαρδανίην, Πιτύην τ' ἐπὶ δεξί' ἔχοντας,
οὗ καὶ Ἀβαρνιάδος Περκώτης τ' εὔσαχυν αἶαν

486. ἔλθεν PAI. ἦλθεν Crat. Vulgo ἁμ' ἠῴους. Dein οὖρος Ruhnk. 488. Vulgo Ἴλιον. Ibidem πιτην ἐπὶ δέξιον ἔχοντας PAI. πιτύην ἐπὶ δέξιον ἔχοντας Crat. Pro vulgato ἐπιδέξι' Schneiderus ἐπὶ δεξί' edidit. 489. ἀκορνιάδας Voss. Ruhnk. ἀβορνιάδας Princ. Ask. Wrat. Vulgo ἀβαρνιάδας. Deinde περ. ἔσαχην Ask.

486. (482) Illud ἁμ' ἠῴους idem sibi velle puto, ac si dixisset poeta ἁμ' ἠοῖι. Vt si Latine diceres: simul matutinos eduxit suos, i. simul ac mane esset, simul cum ortu solis. GESN.

486. Coniunctim scribendum videbatur ἁμηῴους.

488. (484) Ἴλιον δαρδανίην] Difficile est hunc versum metiri aliter, quam vt vel ι interdum consonantis vicem subire fatearis: vel ν et δ non efficere veram positionem, quae praecedentem vocalem breuem necessario producat. Exempla quidem Homerica similium versuum vel nitebantur corruptis exemplaribus, vel tenui mutatione sunt reducta ad regulam. Hic forte plus laboris fuerit. Et est non absimilis versus Lap. Pr. 62 vbi πρέσβυν ante δαημοσύνην posteriorem corripere videtur. Sed vtrique huic loco σοφὸν φάρμακον inueniri cupio, an inueniri possit, dubito. GESN.

488. (484) Πιτύην] Scholiastes Apollonii ad lib. I. v. 933. Ἡ λάμψακος τὸ πρότερον Πιτύεια προσηγορεύετο. Ἣν τινὲς Πιτύαν ὀνομάζουσιν· τινὲς δέ φασιν, ὅτι φρίξος γενόμενος ἐνταῦθα θησαυρὸν ἔθηκεν, καὶ ἀπὸ τούτου ἡ πόλις ὠνομάσθη· Θρᾷκες γὰρ θησαυρὸν Πιτύην λέγουσι· vnde Cl. Holstenius Πιτύην hoc loco, Argon dictam esse vult. Ego nihil definio. ESCH.

488. (484) Πιτύην] Festinabat aut dormitabat vir doctus, cum ista chartis illuderet. Res sic habet. Holstenius ad Steph. Πιτύεια, quod antiquum Lampsaci nomen fuisse, ibi docetur, addit, Orpheus Argon. 484 Πιτύην vocat. Nihil aliud. GESN.

488. Ἴδην emendatio est Ruhnkenii, merito recepta a Schneidero, qui Δαρδανίην ab hoc nomine disiunxit, quod coniunxerat Ruhnkenius. Τὲ a Ruhnkenio additum. Eadem habet Apollonius I. 930 seqq. Noster ordinem locorum nonnihil turbauit.

489. (485) Ἀβαρνιάδας] Bene hic Cl. Holstenius (ad Steph. Byz.) Ἀβαρνιάδας mutat in Ἀβαρνιάδος. ESCH.

489. (485) Puto melius ἀβαρνιάδος. Sed nihil mutaui, cum praestare nobis possit nemo, annon *Abarniadas* noster dixerit nymphas quacunque de causa.

Digitized by Google

490 ἀργυρέαις Αἴσηπος ἐπικλύζει προχοῆσιν.
αἶψα δ' ἐπιθρώσκουσα θέειν πολυηγόρος Ἀργώ.
αὐτὰρ ἐπὶ ψαμάθοισιν ἐκέλσαμεν· ἓν δ' ἄρα Τίφυς
ἴθυντῆρ ἀκάτοιο, καὶ ἀγλαὸς Αἴσονος υἱός,
σύν τ' ἄλλοι Μινύαι, γλαυκώπιδι Τριτογενείῃ

492. ἐπὶ pro ἐπεὶ vulgato Schneiderus e Voss. εὖ δ' ἄρα Voss. ἴνθ' ἄρα malebat Heynius.

Est enim, vt ait Stephanus ἄβαρνος vrbis et regionis nomen. GESN.

489. Ἀβαρνιάδας retinuit Schneiderus, de incolis interpretans. Coniecturam Holstenii ad Steph. Byz. in Ἄβαρνος recepi, quod Ἀβαρνίδος est apud Apollonium. Ἀβαρνιάδος Περκώπης iuncta esse ab Holstenio, quod refert Schneiderus, non est verum.

491. Verbum ἐπιθρώσκουσα ineptum videtur Schneidero, nisi θαλάσσῃ addatur. Ἐπιθρώσκειν simpliciter nostro est procurrere, vt v. 902. 1272. Caeterum post hunc versum aliquot versus excidisse, quibus aduentus in Propontide et ad Cyzicum narratus fuerit, mihi parum credibile est. Apollonium comparanti patebit, nonnullis omissis rerum ordinem ab nostro mutatum esse.

494. (490) Σύν τ' ἄλλοι Μινύαι] Commentarii vicem fungi potest Apollonius lib. I. v. 936 seqq. ESCH.

494. (490) Ego vero non commentarium in h. l. inueni apud Apollonium, sed non nihil potius in conciliando vtroque poeta difficultatis. Apollonius ita a v. 955 Κεῖσε καὶ εὐναίης ὀλίγον λίθον ἑλκύσαντες Τίφυος ἐννεσίῃσιν ὑπὸ κρήνῃ ἐλίποντο, Κρήνῃ ὑπ' ἀρταχίῃ· ἕτερον δ' ἕλον, ὅττις ἀρήγει Βριθὺν κ. τ. λ. Ad haec cum nostro concilianda ponam hic non dissertationem, quam animo conceperam, de antiquissimo genere ancorarum: sed obseruationes modo aliquot ex huius rei et loci vtriusque consideratione mihi natas.

1) Ex Apollonii narratione illud colligere mihi videor, cum in Portum Cyzici venissent Argonautae, illos Tiphyis monitu lapidem εὐναίης, (relinquamus interea in incerto, quid in re nautica fuerit εὐναία vel εὐναί) quod nimis paruus esset, detraxisse, et ad fontem Artacium collocasse, (credo, quod perforatus esset, et ad transmittendum aquae radium accommodatus) in illius autem locum aptiorem et grauiorem electum reposuisse. Porro Scholiasta dicit, hunc lapidem fuisse ἀντ' εὐναίας καὶ ἀγκύρας.

2) Homerus, in tam frequenti occasione, ἀγκύρας nomen non

Digitized by Google

habet: sed εὐνῶν, quasi tu dicas cubilium, ita mentionem facit, vt appareat, eas, quidquid fuerint, ancorarum certe vsum praestitisse. Sic Il. A, 436 atque Od. O, 497 Ἐκ δ' εὐνὰς ἔβαλον. Priori loco s. p. 98, 46 Eustathius Εὐναί, inquit, αἱ τὴν ναῦν εὐνάζουσαι ἄγκυραι. Sic Od. I, 136 Ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ἵν' ἢ χρεὼ πείσματός ἐστιν, Οὔτ' εὐνὰς βαλέειν, οὔτε πρυμνήσι' ἀνάψαι, Il. Ψ, 77 iubet Agamemnon nauem deduci, si subita fugae necessitas ingrueret, Νῆα — Τψι ἐπ' εὐνάων ὀρμίσσομεν. Non audiendus hic est Eustathius, p. 953, 36 certe non de hoc loco intelligendus, cum dicit, τὰς εὐνὰς εἰκὸς μὴ μόνον ἀγκύρας νοεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑποκείμενα ταῖς ναυσὶν ἔρματα. Nimis repugnat illud ὕψι, et quod deduci nauem de litore iusserat. Illud conficitur, εὐνὰς apud Homerum de naui in mare proiici, vt quiescere et immota seruari nauis possit. Ceterum credamus Eustathio, εὐνὰς etiam esse palangas, in quibus siccae in terra stare naues possunt.

3) Sed de ancora e lapide perforato quid censebimus, quem apud Apollonium viderunt viri docti, in quo numero Scheffer ipse est de Mil. Nau. 2, 5 p. 147. quin Plinius quoque 36, 14 s. 23 *Eodem in oppido, Cyzici, est lapis, fugitiuus appellatus. Argonautae eo pro ancora vsi, ibi reliquerant.* Ipse Arrianus in Periplo Ponti Euxini p. 120 Blancardi, ad Phasis Ostia καὶ ἡ ἄγκυρα, ait, δείκνυται τῆς ἀργοῦς. Καὶ ἡ μὲν σιδηρᾶ οὐκ ἔδοξέ μοι εἶναι παλαιὰ (forte ob id ipsum quoque, quod ferrea esset, non aerea) — λιθίνης δέ τινος ἄλλης ᾠραύσματα ἐδείκνυτο παλαιά, ὡς ταῦτα μᾶλλον εἰκάσαι ἐκεῖνα εἶναι τὰ λείψανα τῆς ἀγκύρας τῆς ἀργοῦς.

4) Cum de lapideis ancoris in vniuersum facile credam suis auctoribus apud Schefferum l. c. tum dubitari videtur posse, λείψανα illa Apollonii et Arriani fuerintne ancorarum proprie dictarum, h. e. molium grauium, quae funibus e naui in fundum maris demissae illam contra vim ventorum aut fluctuum immotam tenerent, fragmenta? Certe nec locus Apollonii hoc postulat necessario, si illum ita interpretemur, vt modo ostendi: et nihil est apud Homerum in tam frequenti τῶν εὐνῶν mentione, quod lapideas indicet. Sed est contra aliquid Od. N, 77 hic ad lucem Argonauticae fabulae breviter declarandum. Soluunt Phaeaces cum Vlysse versus Ithacam: Πείσμα δ' ἅλυσαν ἀπὸ τρητοῖο λίθοιο. Habemus hic lapidem perforatum; sed non quem pro ancora demittant in mare, verum *a quo soluunt oram* nautae: vti nunc in illis crepidinibus, ad quas appellunt, vnde soluunt naues, sunt immissi laxis annuli ferrei, ad quos religantur. Ne superest dubitandi locus, audiamus V. Schol. Πείσμα τὸ ἀπόγειον σχοινίον — εἰώθασιν ἐπὶ τῶν λιμένων τρυπᾶν τοὺς λίθους. Eustath. p. 504, 49 Ἡ ἀπολυθεῖσα τῷ ἔξω δεσμῷ ναῦς. Placebam mihi aliquan-

Digitized by Google

495 θῆκαν ἀείραντες βριθὺν λίθον· ἔνθα τε νύμφαι
κρήνῃ ὑπ' Ἀρτακίῃ λάλα νάματα πλημμύρουσιν,
οὕνεκά οἱ πλώουσιν ἀνὰ πλατὺν Ἑλλήσποντον
εὔδιος ἀντεβόλησε μυχῷ ἔντοσθε γαλήνη,
οὐδ' εἰς γαῖαν ἔρυψαν ἐυγναμπτῆς ἀγκύρας,

495. ἐνθάδε edidit Schneiderus pro ἔνθα δὲ vulgato. Sed ἐνθάδε iam Ald. Crat. Neutrum epico sermoni aptum. 496. omnes καλά. 498. μυχὸν Voss. 499. ἔρυψαν Ruhnk.

tulum hac obseruatione. Sed occupatam video ab A. Berkelio ad Steph. Byz. V. Ἀγκύρων. πόλις Αἰγύπτου — ὠνόμασαι δὲ ὅτως, ἐπειδὴ λιθίνας ἐκεῖ ἔτεμνον, αἷς κατεχρῶντο, ἀγκύρας ἐκ τῆς παρακειμένης λατομίας. Adscripsi locum integrum, quod sententiam de ancoris lapideis Grammaticorum ostendit, qui similia de ipsa Gallograecorum Ancyra narrant apud Stephanum.

5) Denique illud obseruamus, quod ἀγκύρας nomen non habet Homerus, sed habet illas carmen Orphicum, inde forte efficias, inter Homeri et illius aetatem illud nomen esse vel inuentum, vel celebratum in Graecia. Nam εὐναὶ Homericas habuisse certe vim et vsum ancorarum, non potest negari. De Argonautis Pind. Pyth. Δ, 342 Ἐπεὶ ὑ' ἐμβόλῳ κρέμασαν ἀγκύρας ὕπερθεν. Finiamus in loco Pausaniae Att. f. 1, 4 Ἄγκυρα, ἣν ὁ Μίδας ἀνεῦρεν, ἣν ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἐν ἱερῷ Διός. De Ancyra Phrygiae a Gallis occupata loquitur, et de rege illius conditore, cuius ipsa aurea fabula Homero videtur iunior. G E S N.

495. (491) Auctor huius carminis hic profecto nihil de ancora cogitauit: sed magnum lapidem Mineruae erectum narrat simpliciter. Plane conueniet cum Apollonio, si ἔνθα interpretemur *per hunc*. G E S N.

497. Nihil offensi sunt critici verbo καλὰ, quod apud epicos numquam corripitur. In Hom. hymn. Ven. 29. quum recte edidisset Ilgenius, τῇ δὲ πατὴρ ὄπασεν καλὸν γέρας, male obloquitur Matthiae, sed vterque fallitur in eo, quod poetam alter corripere potuisse καλὸν, alter corripuisse putat. Λάλα νάματα, quod repositi, multis firmari posset. Satis habeo *loquaces lymphas* Horatii III. Carm. 13, 15. et *garrulum riuum* Ouidii Fast. II. 316. commemorare. Λάλος τρόπις de naue dicit noster v. 712.

499. (495) Epitheton hoc εὐγναμπτες indicat, de recuruis ancoris ex metallo aeris vel ferri sermonem esse: et videtur ipsa illa flexura nomini originem dedisse, quam et ἀγκὼν et ἀγκάλη, et ἀγκύλος et ἄγκιστρον etc. ostendunt. G E S N.

Digitized by Google

500 κύμασι θεινόμενοι ὑπὸ χειμερίῃσιν ἀέλλαις.
ἔνθα δὲ πορσύνοντες ἐπὶ κροκάλαις πρεχθέσαις
δεῖπνά τε καὶ κλισίην, δόρπου μεμνήμεθ' ἕκαστοι.
δὴ τότε κεκλιμένοισιν ἐπήλυθε Κύζικος Ἥρως,
ὃς Δολίεων ἤνασσε περικτιόνων ἀνθρώπων,

500. χειμερίῃσιν ἀέλλαις Schneiderus e Voss. et Ruhnk. Vulgo χειμερίοισιν ἀήταις. 501. ἔνθα δὲ Ruhnk. Vulgo ἐνθάδε. Ibidem κροκαλαῖς Ruhnk. 502. δόρπου Ruhnk. 504. Libri omnes Δολόπων.

500. (496) Χειμερίοισιν ἀήταις] Cur hic interpretes vertunt, *sub septentrionalibus ventis?* qui certe contrarii fuissent nautis nostris. Forte legerunt ἄρκτοις? Sed non solliciti simus de falsa lectione, cum veram habeamus. ESCH.

504. (500) Ὃς Δολόπων] Contra Homeri, Apollonii et omnium veterum auctoritatem noster Δόλοπας hic nominat, quos reliqui Δελίονας. ESCH.

504. (500) Qui hic Dolopes vocantur, Doliones sunt Apollonio 1, 952 sqq. quod constat etiam ex Stephano Byz. quaeque ibi Holstenius. Cum videam Eustathium ad Ιλ. Ι, 480, vbi Dolopum rex, δολόπεσσιν ἀνάσσων, dicitur Phoenix, p. 673, 10 studiose admodum Dolopes et Doliones distinguere, Δόλοπες, ἔθνος Θεσσαλικὸν — Δολίονες μέντοι οἱ περὶ Κύζικον κ. τ. λ. quod indicium est illos interdum confundi: cogitabam, potuisse poetam nostrum eo facilius Dolopas hic substituere, quod et hi ἄποικοι Θεσσαλῶν, vt ait Schol. ad Apollo. 1, 962. GESN.

504. Non *Dolopes*, sed *Doliones*, hic nominandos fuisse, interpretes viderunt. Idque arripuit, et, velut ipsius poetae errore scriptum, exagitauit vir doctus, quem supra commemoraui. Verum cum talis ignorantia non cadat in poetam, et doctum, et accuratum, aequius erat, librarios aut sciolos accusare, qui hunc versum similem facere voluerint versui 129. ὃς Δολόπεσσιν ἄνασσεν ἐνὶ Φθίῃ ἐφιβώλῳ, cum recte scriptum inuenissent,

ὃς ῥα Δολιονίοισι περικτιόνεσσιν ἄνασσεν.

quo fere modo etiam legendum coniecit vir acutissimus Daniel Wyttenbachius. Stephanus Byz. Δολίονες. οἱ τὴν Κύζικον οἰκοῦντες, ὃς Δολίεας εἶπεν Ἑκαταῖος. λέγονται καὶ Δολιόνιοι, καὶ ἁλυκῶς Δολιονία. RVHNK. Iniquus est in Ruhnkenium Schneiderus, qui, quod in Ep. Crit. vitiose expressum est ὃς ἔα, Ruhnkenium ὃς ἐν emendasse putat. Immo ita si legeretur, non debebat tanto viro tanta insciitia imputari. Illud ego non satis capio, quid sit, quod ita

Digitized by Google

Αἰνῆος υἱός, τόν οἱ τέκε δῖα γυναικῶν,
Εὐσώρου θυγάτηρ Αἰνήτη καλλιπάρῃος·
ὅς ῥα φιλοξενίῃ Μινύας ἐγέρηρεν ἅπαντας,
σφάζων πῖά τε μῆλα, καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς,
ἀγροτέρους τε σύας· δῶκεν δέ οἱ οἶνον ἐρυθρόν·
σῖτον δ' ἄφθονον ἧκεν ἀποπλώουσι φέρεσθαι,
χλαίνας τ' ἠδὲ τάπητας, ἐϋννήτους τε χιτῶνας.
φίλατο δ' αὖ παρεόντας ὁμηλικίης ἕνεκα σφῆς·

505. Vulgo φίλος υἱός, ὅν οἱ. 506. Vulgo Εὐδώρου et Αἰνίππη. 509. δῶκ' δ' ἐπὶ ex Ruhnk. affert Schneiderus. ἀπὸ οἶνον Voss. δῶκεν δ' ἐπὶ οἶνον vulgo. 512. φίλατο ex em. Gesn. pro vulgato φίλετο

emendare locum voluerit Ruhnkenius, quum posset multo lenius, si Δολιέων scriberet. Id ego posui. Hoc dicit: *qui e finitimis populis Dolionios regebat.* Sic v. 664. ἄθλον ἐπὶ ξείνοισι περικτιόνων ἀνθρώπων. Clarius scripsisset: ὃς Δολιεῦσιν ἄνασσε.

505. Οἱ veterum epicorum more vsurpatur ab nostro, vt praecedentem syllabam breuem producat. Itaque φίλος, Homeri recordatione additum, deleui, et τὸν scripsi. Quum semel ὃν scriptum esset, ad versum explendum addiderunt φίλος. Loci, in quibus οἱ praecedentem syllabam non producit, praeter hunc alii sunt, v. 659. 687. 734. 871. 1198. quos omnes emendandos esse infinita locorum contrariam sententiam tuentium multitudo ostendit.

506. (502) Εὐδώρου θυγάτηρ αἰνίππη] Duplici vitio laborat hic versus, quem ex Apollon. (1, 949) facile sanare poteris, rescribendo pro εὐδώρου, εὐσώρου, et pro Αἰνίππη, Αἰνήτη. Ita enim ille:

Κύζικος, ὃν κύρη δῖα τέκεν Εὐσώροιο
Αἰνήτη

(V. ad Val. Fl. 3, 4.) ESCH.

508. (504) Ἕλικας βοῦς] Vertimus *Camuros.* Hesychius: Ἕλικας, ἑλικοκεράτους, ἐπικαμπῆ τὰ κέρατα ἔχοντας, et hi dicebantur Latinis *Camuri.* Philargyrus ad Virgil. III. Georg. v. 55:

Et camuris hirtae sub cornibus aures.

Camuri boum sunt, qui conversa introrsum cornua habent: laeui, quorum cornua terram spectant. His contrarii Licini, qui sursum versum cornua habent. ESCH.

508. (504) Sic Ιλ. Ι, 462 πολλὰ δὲ ἴφια μῆλα καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς ἔσφαζον. GESN.

509. Oblitteratum οἱ reposui.

512. (508) Φίλατο postulat ratio metrica, aoristo I. Vid.

Digitized by Google

καί ῥα πανημερίησιν ἐν εἰλαπίνῃσιν ὄμαρτεν.
Ἀλλ' ὅτ' ἐς Ὠκεανοῖο ῥόον βαπτίζετο Τιτήν,
μήνη δ' ἀτρυχίτων ἔπαγεν μελαναυγέτιν ὄρφνην,
πῆμος ἀρηΐφατοι νίον ἀνέρες, οἵ ῥα νέμοντο
ἀρκτῴοις ἐν ὄρεσσι, πεφυκότες εἴκελα θηρσίν,
Τιτῆσιν βριαροῖς τ' ἐναλίγκιοι ἠδὲ Γίγασιν·
ἕξ γὰρ χεῖρες ἑκάστῳ ἀπ' ὤμων εἵατο.

Schneiderus. 513. πανημερίῃσιν Voss. Ruhnk. πανημερίοισιν ἐν εἰλαπίνῃσιν. vulgo. Totum versum repetunt PAI. 514. Vulgo ἀλλ' ὅτε γ' ὠκεανοῖο ῥόον β. Τιτάν. ῥόῳ Schneiderus. 515. Vulgo μελαναυγέα ὄρφνην. 517. τεθηπότες omnes. 518. Vulgo Τιτᾶσι.

Clark. ad Il. T, 304. Idem obseruandum ad 709. GESN.

513. Hunc versum idem censor interpretando corrupit, vt in eo Latinismum, *epulis eos prosequebatur*, inueniret. Sensus est: *in quotidianis conuiuiis eorum comes erat*. RUHNK. Defendit sese Schneiderus, et recte quidem πανημερίας εἰλαπίνας non esse quotidiana conuiuia contendit. Sed quod dicit non Cyzicum ab Argonautis, sed hos a Cyzico conuiuio exceptos fuisse, ideoque comitandi significationem ineptam hic esse, non obseruauit, expressum ab nostro esse Apollonii locum I. 988. ἀλλὰ καὶ ὧς, θάλαμόν τε λιπὼν καὶ δέμνια νύμφης, τοῖς μέτα δαῖτ' ἀλέγυνε.

514. Etsi commode ῥόῳ emendauit Schneiderus, tamen propter ὅτε γε, quod ineptum est, recepi correctionem Wakefieldii in silua critica II. p. 132.

515. Hiatus μελαναυγέα ὄρφνην in nostro ferri non potest: Quare μελαναυγέτιν scripsi. Sic κυαναυγέτις H. XXIII. 1. Visitata haec forma aetati, qua vixit noster. Sic Maximus ἀργέτιν αἴγλην habet v. 60. 523. πολυωπέτις αἴγλη v. 584. Et alia forma ἀργίτα μήνην v. 305. 587. Ἀτρυχίτων Facius Ep. crit.

515. Schneiderus, vulgatum τεθηπότες, quod Gesnerus *stupidi* verterat, passiue de forma stupenda interpretatur, sed exemplum tamen huius significationis antiquum desiderat. Mox addit haec: *videtur ineptus poeta Homericum τεθηπότες ἡῦτε νεβροὶ imitari voluisse*. Apposime Homerum memorauit, vnde natum sit illud τεθηπότες, modo non poetae, sed librario culpam imputasset, cui multa memoriter Homerica exciderunt. Vnde non rarum hoc genus corruptionis in Argonauticis, cuius exempla allata sunt ad v. 1304. Quo minus dubitaui hic scribere πεφυκότες.

517. (513) Ἀρκτῴοις] Vide Apollonium lib. I. v. 942. GESN.

Digitized by Google

οὓς οἱ ἐσαθρήσαντες ἀμαιμάκετοι βασιλῆες
ἐς μέσσον ὁρμαίνοντας, ἀρηΐα τεύχε' ἔδυνον.
καί ῥ' οἱ μὲν πεύκῃσιν ἀμύνοντ', οἱ δ' ἐλάτῃσιν·
ἐν δ' ἔπεσαν Μινύῃσι κατὰ σκοτόεσσαν ὁμίχλην.
ὃς οἱ ἐπειγομένῃς κτεῖνεν Διὸς ἄλκιμος υἱός,
τόξῳ εἰσεύων. σὺν δ' Αἰνέος ὤλεσε παῖδα
Κύζικον, ὅτι ἑκών, ἀλλ' ἀφραδίῃσι πεδηθείς·
τῷ δ' ἄρα μόρσιμον ἦεν ὑφ' Ἡρακλῆϊ δαμῆναι.
αὖψα δέ οἱ Μινύαι κοίλης ἔντοσθεν ἔβησαν
νηὸς τευχήρεις, ποτὶ δὲ ζυγὸν ἷζον ἕκαστος.
Τῖφυς δὲ πρύμνηθεν ἐπήπυεν, ἠδ' ἐκέλευεν
κλίμακα νηὸς ἔσω ἐρύσαι, καὶ πείσματα λῦσαι.
ἀλλ' ἔ οἱ λύοντο κάλοι, δεσμοῖσι δ' ἀφύκτοις
ὠκείης σροφάλιγγος ἀερηρότες ἐσφίγγοντο,

520. Vulgo ὅς τότ'. 521. ὁρμαίνοντας Schneiderus ex em. Gesn. pro ὁρμαίνοντες. Voss. ὀρίνοντες. 524. Vulgo ὅς τοι. 525. αὖ νέον legebatur pro Αἰνέος. 529. ζυγὰν ἷζεν Ruhnk. 532. ἀλλ' ἔ οἱ Schneiderus e Voss. Ruhnk. pro ἀλλ' ὅ γοῦ.

520. Τότε, hic languidum, in οἳ mutaui.

523. De Alexandrino ἔπεσαν v. Valcken. ad Herodot. p. 650.

524. τοὶ, hic non aptum, mutaui in οἳ.

525. (521) Σὺν δ' αὖ νέον ὤλεσε παῖδα Κύζικον] Cyzicum non ab Hercule, sed ab Iasone interfectum fuisse, narrat Apollonius, qui etiam in ipsa historiae enarratione multum differt ab Orpheo. ESCH.

525. (521) Nempe hic etiam morem suum vterque poeta seruat. Diuerticula, amoenitates, quaerit Apollonius, origines rituum persequitur. Hic noster summa capita attingit, in iis moratur, vbi Orpheo tanquam Deo quodam ex machina opus fuit. Apollonius facta ex natura rerum explicare studet: noster quaerit locum miraculis Orphei. Ille doctior Grammaticus, hic poeta magis μυθολεγῶν. Ceterum pulchre Pierſonus Verisim. 1, 9 p. 112. pro αὖ νέον coniicit Αἰνέος. Cyzicus v. 500 Αἰνῆος φίλος υἱὸς vocatur. Aeque mihi displicet, ac Pierſono, παῖδα νέον vocari, qui maritus sit: cum νέος nomen ad παῖδα adiectum plane inferiorem puerorum aetatem indicare videatur. GRÆF.

533. (529) Non puto hoc dicere poetam, ipsam nauem pro-

Digitized by Google

νῆα κατείργοντες. θάμβησε δὲ Τίφυς ἀμύμων,
ἄφθογγος δέ οἱ ἦκε χερῶν οἰήια νηὸς
Ἀργώης· ἃ γάρ οἱ ἐέλπετο κῦμα περῆσαι.
Ῥεῖη γὰρ κοτέεσκε δεδεσπότος εἵνεκα λαοῦ.
ἀλλ' ὅτε πρὸς μέσατον νυκτὸς πρόβαινεν ἀταρπός,
ἄστρα τε τηλεφανῆ δῦνεν ῥέον Ὠκεανοῖο,
ὄσσοις ἰθυντῆρος ἐπέσιχε νήδυμος ὕπνος.

534. ἐθάμβησε Voss. 535. δέ οἱ ἦκε Voss. Ask. Vind. Wrat. Ruhnk. Paris. Vulgo δὲ προὔηκε, seruatum a Schneidero. 536. ἃ γάρ οἱ Schneiderus e Vind. Ruhnk. pro vulgato ἃ γάρ γε. 540. ὄσσοις Voss. Ruhnk. Deinde κυβερνήτῃ προσεπέσιχε vulgo.

cella circumactam, et ita implicitos funes. Sed oftentum hoc diuinitus obiicitur Argonautis, vt sentiant, se manu Deae retineri. GESN.

535. (531) Ἄφθογγος δὲ προὔηκε] Somniat Perdrierius, qui pro ἄφθογγος, quod rectum est, legi vult ἄφθονον. ESCH.

535. (532) Rectum sine dubio est, h. e. narrationi et linguae rationibus accommodatum, προὔηκε. Sed tamen potest auctor dedisse οἱ, quod est in Mss., relatum ad nauem Argo, permisit naui, quae ipsa se implicuisse videbatur, gubernacula. Vid. Ind. n. 1. Idem dicendum de v. 587. Exspectabam hic, vt aliquam rationem adferret suae suspiciouis vir in Graecis libris versatissimus, hanc praesertim, esse similitudinem inter notam, qua οἱ signabant Graeci calligraphi, et eam, qua πρὸ exprimerent. Sed cum altera οἱ ipse in suis libris et hoc ipso opere vtatur, de πρὸ nec apud ipsum nec alias quidquam huc vsque deprehendi. GESN.

535. Ita v. 591. et 1279.

536. (532) Κῦμα non fluctum tempestatis, quae tum vrgeret, intelligo, sed vniuersim, mare. GESN.

537. (533) Hinc demum intelligimus, non solum Cyzicum sagitta Herculis cecidisse, sed plures illius socios. Nempe series rei ita ex Apollonio potest suppleri. Gigantibus pulsis (1, 989—1012) soluunt Minyae. Sed a procella reiiciuntur in littus Dolionum (1015) quod nec agnoscunt, nec ipsi ab illis agnoscuntur, sed Pelasgicos putant (1024). Hinc pugna etc. De Rhea sepulturam iniungente V. 545. GESN.

537. Rhea irascitur, quod terrae filii erant exercitus iste. Γηγενεῖς Apollonio.

540. (536) Illud ὄσσοις substituisse videtur aliquis corrector, poeticae dimensionis pariter et constructionis ignarus. GESN.

Digitized by Google

τῷ δὲ βαθὺ κνώσσοντι θεὰ μενέδημος Ἀθήνη
ἄγχι παρισταμένη πανετήτυμα σήματ' ἔφαινεν·
ὧδε δ' ὁμοκλήσασα θεηγόρον ἔννεπε μῦθον·
Εὕδεις, Ἀγνιάδη, γλυκερῷ βεβολημένος ὕπνῳ,
κῶμα περὶ βλεφάροισι λαβών· ἀλλ' ἔγρεο, Τίφυ,
πέκλεο δ' Ἡρώεσσι μολεῖν ἐπὶ νήεμον ἀκτήν,
νηὸς ἀποπροθορόντας, ὅθι ξένος ἐν ψαμάθοισιν
κεῖσαι ἀποφθίμενος· τῷ οἱ πτέρεα κτερεΐζαι
παμμήτειρα Ῥέη κέλεται γέρας, ἠδ' ἐπιλοιβὰς
δέξαι ὑποχθονίοις, καὶ δάκρυα λειβόμεν ὄσσων,

542. παντετήτυμα Dorvillii coni. ad Char. p. 212. recepit Schneiderus. Vulgo παρ' ἐτήτυμα. 543. ἤνεπε Ruhnk. 544. εὕδῃς Ruhnk. 545. Vulgo βαλών. 547. ἀποπροθοροντας Schneiderus dedit pro vulgato ἄπο προθορόντας. ἀπὸ Ruhnk. 549. ἠδ' ἐπιλοιβὰς ex em. Ruhnk. recepit Schneiderus. ἠδ' ἔτι λοιβὰς Vind. ἠδέ τι λοιβὰς Voss. Ruhnk. Vulgo ἠδέ τε λοιβάς.

540. Inutilem praepositionem tolli posse recte obseruat Schneiderus, si κυβερνητῆρος ἐπέσιχε scribatur. Sed ὄσσοις quoque ex optimis duobus libris recipiendum ratus, interpretationem expuli.

542. (538) Παρετήτυμον nescio an vel auctoritate alia defendi vel ratione possit. Coniectura Dorvilliana auctore suo digna. Sed verum puto παρ' — ἔφαινεν, tmesi consuetissima distractum, et a librariis spiritus et interpunctiones addentibus neglectum. GESN.

545. Scribendum: κῶμα περὶ βλεφάροισι λαβών. RUHNK. Sic etiam Wakef. Silu. Crit. II. p. 132.

549. (545) Terra mater suos filios post mortem complecti amat. Inter prima humanitatis ciuilitatisque praecepta merito refertur illa mortuorum reuerentia, et cura sepulturae, quam ideo religione deuinciendam iudicarunt, quod nimium quantum refert, scire, quis, et quomodo quisque mortuus sit, et non, temere abiici hominum cadauera, et spem illa cura ali reditus in vitam etc. Inter optima Orphei instituta hoc referendum. GESN.

549. Ἐπιλοιβὰς debetur Ruhnkenio, qui idem verbum restituendum monet v. 601. et hymn. LXVI. 10.

550. (546) Καὶ δάκρυα λειβόμεν ὄσσων] Et hoc est γέρας mortuis debitum. Achilles apud Homerum Ὀδυσσ. Δ. Πάτροκλον κλαίωμεν, ὁ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων. Horat. Od. VI. lib. II.

Digitized by Google

αἰδομένους Θέμιν ἀγνοτελῆ ξενίην τε τράπεζαν·
ὃν ῥ' ἀέκων ἔκτεινε βαλὼν διὰ νύκτερον ὄρφνην
Ἡρακλέης· θυμὸν δὲ θεᾶς ἐχολώσατο Ῥείης.
ἀλλ' ὁπότ' ἂν θεσμοῖς ξεῖνον σεβάσησθε θανόντα,
Δίνδυμον αὖτίς' ἔπειτα Ῥέης ἕδος εἰσαναβάντες,
ἱλασμοῖς ἱεροῖς Γαίης ἀρέσασθε θύγατρα,
πείσματα δ' ἀράμενοι, τότε δὴ μνώεσθε πλόοιο.
Ὣς εἰπῶσα θεὰ πάλιν ἐτράπετ', ἶσον ἰόεσσῃ
ἠρανὸν ἐσσυμένη. τὼ δ' αὐτίκα κῶμα πεδάσθη,
πρύμνης δ' ἆλτο θοῶς· ἀνέγειρε δὲ λαὸν ἀϋτῇ,

551. *αἰδομένους* Voll. PAIC. *τε* omittunt PAIC. 552. *ἔκτανε* Paris. PAIC. 553. *ἐχολώσατε* Voll. Ruhnk. Vulgo *ἐχολώσατο*. 556. *ἱλαγμοῖς* Ruhnk. *ἄρεσθε* PAIC. 558. *τράπετ'* Ruhnk. 559. *κῶμα πεδάσθη* Voll. pro vulgato *κῶμ' ἐπεδάσθη*. 560. *αὖτμῇ* Voll.

— Vbi tu calentem
Debita ſparges lacryma fa-
villam
Vatis amici. ESCH.

550. Malit Schneiderus *ὑποχθονίῳ*, quod non eſt vſitatum.

551. (547) Ἀγνοτελῆ θέμιν quod vocat, illud videtur indicare ſummam caſtimoniam cerimoniamque ineſſe in legibus obſeruandis. Violata hic erat per ignorantiam lex amicitiae, et ius hoſpitalitatis. OESN.

553. (549) Non ſimpliciter damnauerim lectionem Voſſiani libri, *ἐχολώσατε*. Neque enim ſolus Hercules, certe non priuato nomine pugnauerat. Itaque Minyae vniuerſi irritarunt Rheam. Etiam hoc nomine praeferendum videtur, quia activo genere hic opus eſt, non medio, quod diſcrimen in hoc verbo diligenter ſeruat Homerus. OESN.

553. Rectiſſime Voſſianus et meus *ἐχολώσατε*. Alterum non eſt Graecum. Homerus Od. Θ. 205. *ἐπεί μ' ἐχολώσατε λίην*. Geſnerus etiam hanc lectionem probat, ſed, vt ſenex, haeſitans in re perſpicua et certa. RVHNK.

555. (551) Strabo L. 12 p. 396 pr. ad Cyzicum Dindymum ponit, *ὄρος μονοφυὲς* (vno cacumine) *ἱερὸν ἔχον τῆς Δινδυμήνης μητρὸς τῶν θεῶν, ἵδρυμα τῶν Ἀργοναυτῶν*. V. ad v. 600 it. 635. OESN.

556. (552) Hic Rhea terrae filia eſt: alias mater H. 13, 9. Nempe in quantum Saturni vxor, *τοπικὸν* numen, et perſona eſt, communem agnoſcit matrem Terram. Sed interdum ipſius Terrae rationes, principia, attributa complectitur. Cf. H. 25. OESN.

Digitized by Google

τοίχων ἔνθα καὶ ἔνθα παρακλιδὸν ὑπνώοντας,
ψυχῇ ὑποτρομέων· ἄφαρ ἡρώεσσι δ' ὀνείρου
φάσματα πᾶσιν ἔνισπεν, ἐπιδρομάδην ἀγορεύων.
οἱ δὲ θοῶς ἤγερθεν, ἐπ' ᾐόνα δ' ἆλτο ἕκαστος.
ἣ δὲ κατ' ὀρφναίοιο πόλου χρυσήνιος Ἠὼς
ἀντολίας ἤνοιγεν, ἐδέχνυτο δ' οὐρανὸς ὄρθρον·
καὶ τότ' ἀριστῆες Μινύαι νέκυν εἰσενόησαν,
αἵματι καὶ κονίῃ πεπαλαγμένον· ἀμφὶ δ' ἄρ' ἄλλοι
δήϊοι ἀμφὶς ἔκειντο, πελώρια σώματα θηρῶν.
ἀλλ' οἱ μὲν βασιλῆα περισταδὸν, ἀμφιχυθέντες
Κύζικον εὐξέστοισιν ὕπερ λεχέεσσιν ἔθηκαν,

563. πασι ἔειπεν Voss. 564. pro vulgato ἐπ' ᾐόνα δ' ἆλτο PAIC. ἐπ' ἠϊόνα δ' ἆλτο. Pro verbis δ' ἆλτο lacuna in Voss. 565. πόλιος Ruhnk. 566. ἀντολίας Schneiderus e Voss. pro vulgato ἀντολίην. 568. Vulgo ἀμφὶ γὰρ ἄλλοι. Voss. ἀμφὶ ἑταῖροι. Gesneri coniecturam recepit Schneiderus. 569. ἄμμιγ' ἔκειντο coni. Pierf. Verif. I. 2. p. 19. 571. ὑπὸ πλατέεσσιν Voss. Ask. Paris. Ruhnk. Ald. Crat. ὑπὸ πλακέεσσιν vulgo.

564. Magna in hoc versu suspicio est vitii, non solum ob lacunam in cod. Voss. sed etiam propter ᾐόνα, quod epici, et noster quoque, ἠϊόνα dicere solent. Quamquam in nostro quidem contractionem feram. Videndum ne ἐπ' ἠϊόνεσσιν ἕκαστος scripserit.

566. Librarius Cod. Vossiani ἀντολίας scripsit ex vs. 365. τῆμος δ' ἱερὸς ὄρθρος ἀπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων ἀντολίας ἤνοιγεν, ἐπέσπετο δ' ἠριγένεια. Hunc locum imitatus est Nonnus XXVII. p. 698. ἄρτι δὲ λυσιπόνοιο τιναξαμένη πτερὸν ὕπνου ἀντολίης ὤϊξε θύρας πολεμητόκος ἠώς. RVHNK.

568. (564) Neque hic contemnenda lectio Vossiana, cuius indicio totum locum ita constituam, ἀμφὶς ἑταῖροι, Δήϊοι ἀμφὶς ἔκειντο, et hoc interpretatur sum. Θῆρες respicit ad v. 513 Εἴκελα θηρσί. GESN.

568. Schneiderus quum ἀμφὶς ἑταῖρος, δήϊοι ἀμφὶς ἔκειντο legendum coniecisset, recte monens ex Argonautis neminem periisse, Gesneri coniecturam recepit, vt Doliones occisi sint isti ἑταῖροι. At ἑταῖροι cod. Voss. nihil est nisi vitiosa scriptura interpretationis ἑτέροι, ad ἄλλοι adiectae. Pro γὰρ scribi debebat δ' ἄρ'.

571. (567) Πλακέεσσιν poetica epenthesi excusari forte potest, pro πλάκεσσιν. Sed forte etiam πλατὺν vel πλατὺ substantiue,

Digitized by Google

ἂν δ' ἄρα τύμβον ἔχευαν, ἐδαμήσαντο δὲ σῆμα.
φιτρὸς δ' αἶψα κόμιζον, ἰδ' ἔντομα πορσύνοντες
παμμέλαν' ἐν βόθροις μετεκίαθον. αὐτὰρ ἔγωγε

572 ἔθηκαν — δῶμα Voss. 573. πορσύναντες pro vulgato πορσύνοντες coni. Ruhnk. 574. κατεκίαθον vulgo. βότροις μετεκαίαθον Voss. sed κατεκαίαθον in marg. vt quidem Gesnerus refert: sed Ruhnkenius in suo et Voss. μετεκίαθον, in margine Vossiani κατεκίαθον esse dicit.

eadem significatione dixerunt, qua πλάκα. Quidquid sit de forma, intelligo tabulas siue ligneas siue marmoreas, e quibus sex minimum loculus compositus est. GESN.

571. Schneiderus ὑπὸ πλακέεσσιν pro ἐν λάρναξι vel ἐν σορῷ dictum putat. At quis vmquam πλακέεσσι pro πλάκεσι dixit? et cur ὑπό? Reposui ὕπερ λεχέεσσιν. Ὑπερέθηκαν λεχέεσσι dicit, id est *feretro imposuerunt*. Homerus Iliad. XVIII. 233. quum λέχεα nominasset, v. 236. ea vocat φέρτρον. Λέχεα rogo imposita habemus Iliad. XXIII. 171. Omnino saepe λέχεα, quibus mortui impositi fuerint, apud Homerum occurrunt, vt Iliad. XVIII. 352. XXI. 124. XXII. 87. 353. XXIV. 586. 600. 702. 719. Odyss. XXIV. 294. Appositus est ad nostrum locus Od. XXIV. vbi quum v. 44. Achillem ἐν λεχέεσσι collocatum memorasset, v. 67. ita dicit:

κείσεο δ' ἔν τ' ἐσθῆτι θεῶν καὶ ἀλείφατι πολλῷ,
καὶ μέλιτι γλυκερῷ.

573. (569) Ἔντομα πορσύνοντες] Egregie his verbibus auctor noster depingit inferiarum ritus, quod non capiunt interpretes. Apollonius, vbi parentalia Argonautarum circa Dolopis bustum describit lib. I. v. 587. haec habet:

Καί μιν κυδαίνοντες ὑπὸ κνέφας ἔντομα μήλων
Κεῖαν.

ad quae Scholia: ἔντομα τὰ σφάγια, κυρίως τὰ τοῖς νεκροῖς ἐναγιζόμενα, διὰ τὸ ἐν τῇ γῇ αὐτῶν ἀποτέμνεσθαι τὰς κεφαλάς· ὕτω γὰρ θύουσι τοῖς χθονίοις· τοῖς δὲ ὐρανίοις ἄνω ἀναφέροντες τὸν τράχηλον σφάζουσιν. ESCH.

574. (570) Παμμέλαν' ἐν βόθροις] Nigras τοῖς χθονίοις pecudes mactatas, et sacra in scrobibus facta, probatur ex hoc loco. Vide summi Theologi et Philologi B. Iohannis Sauberti, Viri, dum viueret, de studiis nostris optime meriti, Tractatum de Sacrificiis, vbi prolixe haec exsequitur. ESCH.

574. (570) Instar omnium fuerit comparare Od. K, 517 coll. Λ, 25 Βόθρον ὀρύξαι κ. τ. λ. Ceterum non monuit Eschenbachius, vnde habeat suum solius κατεκαίαθον, quod bene substituit vulgato ad eum diem κατεκίαθον, neque ad sensum apto, neque ad numeros. Ἐκίαθεν enim ἐποχούμενα est apud

Digitized by Google

575 ψυχὴν ἱλασάμην, σπένδων μειλίγματα χύτλων,
ὕδατί τ' ἠδὲ γάλακτι, μελισσορύτοις ἅμα
νασμοῖς,

575. ἱλακόμην — μύθων Voss. 576. ὕδατι δ' Ask. Ald. Crat. μελισσορύτων ἄπονας μῶς PAI. μελισσορύτοις ἅμα νασμοῖς Ask. pro quo Vossianum nominat Schneiderus. Vulgo μελισσορύτων ἀπὸ νασμῶν.

Hesych. et habet syllabam κι breuem. Recte contra ea Cl. Piersonus ex h. l. auxit catalogum verborum Atticorum in άθω ad Moerid. V. διωκάθω p. 118. GESN.

574. Ruhnkenius legendum coniecit: ἔντομα πορσύναντες παμμέλαν' ἐν βόθροισι κατῇθον. Sed quomodo metrum seruari posset, non docuit. Idem quum contendat, in nullo cod. MS. esse κατεκαίαθον, Vossianum autem et suum μετεκίαθον, marginem Vossiani κατεκίαθον habere, μετεκίαθον, verbum saepius ab Homero Apollonio Rhodio, aliisque vsurpatum, reeepi. Ἔντομα μετεκίαθον, vt μετέρχεσθαί τι, *aliquid curare.*

576. Ὕδατί τ'] Graue mendum, quod huic versui inerat, leuioris obliuionem adduxit; quum enim pro ἄπονας μῶς, (vt edit. Flor. et Ald. habent) reposuissem ἀπὸ νασμῶν, oblitus sum et μελισσοῤῥύτων pro μελισσορύτων, reponere. Quamquam secundum quosdam haec lectio defendi potest, sicut et similes. H. STEPH.

576. (572). Νασμῶν] Forte νασῶν. νασὸς enim fuit inter panes, qui in sacrificiis olim Diis proferebantur, fere ex melle et vuis passis conficiebatur aliisque aromatis. Qui tamen pauperiores erant, ex oleo tantum faciebant. Νασὸς, inquit Suidas, ἀρσενικῶς, πλακοῦς, ἢ θερμὸς ἄρτος μετ' ἐλαίου. Eustathius. Νασὸς ἄρτος ἐπιθετικῶς, ὁ πυκνὸς, καὶ πεπιλημένος, καὶ νασὸς προσηγορικῶς εἶδος ἄρτου πεπιλημένου, καὶ νασὸς, πλακοῦς ἔχων ἔνδον καρυκείας, παρὰ τὸ νάσσω, τὸ συμπιλῶ. ESCH.

576. (572) Habet impeditum quiddam vulgata lectio, cui parum aberat, quin substituerem, Ὕδατί τ' ἠδὲ γάλακτι μελισσορύτοις ἅμα νασμοῖς. Certe ita conueniret propius cum Askaeano codice, et vniformis esset constructio. Si vulgata ἄπο νασμῶν (deformata in primis editionibus, non tamen abolita) verior est, exclusum ab his inferiis mel est, quod apud Homerum adhibetur K, 516 et Λ, 27 Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδέϊ οἴνῳ. Τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατί. Operosius forte sacrum fuit, quo euocarentur ad colloquium manes, quam quo conderentur. Vtrum vero noster μελισσορύτων νασμῶν nomine simpliciter mel intelligat, an μελίκρητον Homeri, dubitari potest. Audiamus de hoc Eust. ad Od. K, 518 p. 411, 12 Μελίκρατον οἱ παλαιοὶ μίγμα φα-

Digitized by Google

λοιβὰς ἐκπροχέων, καὶ ἐμοῖς ὕμνοισι γεραίρων.
αὐτὸς δ' Αἰσονίδης πρὐθήκατο πᾶσιν ἄεθλον,
τυμβιδίῳ ἐπ' ἀγῶνος ἑταίροις ἔμμεν' ἄεθλα,
580 δῶρα, τά οἱ πόρεν Ὑψιπύλη Λήμνοιο Φέρεσθαι.
Ἀγκαίῳ μὲν δῶκε πάλης γέρας ἀμφικύπελλον
χρύσειον πολυχανδὲς ἔχειν· Πηλῆϊ δ' ἔδωκεν

577. λοιβαῖς συμπροχέων vulgo. 581. πάλης codd. omnes. Editi ante Gesnerum πάγης. ἔδωκε πάλης Wakef. Silv. Crit. II. p. 153.

εἰ μέλιτος καὶ γάλακτος ἐνταῦθα. Οἱ μέντοι μεθ' Ὅμηρον μέχρι καὶ ἐσάρτι κρᾶμα μέλιτος καὶ ὕδατος τὸ μελίκρατον οἴδασι. Parua Schol. Μελικρήτῳ, τῷ μετὰ γάλακτος μέλιτι. Sed neutrum horum posse intelligi, separata lactis et aquae mentio ostendit. Superest μελικράτου genus tertium e vino, quod *mulsum* Latini vocant. Gloss. Philox. Μελίκρατον, *mulsum*. Quod si admittas, habebis in hoc versu trigam nobilium liquorum aquae additam. Vid. Eurip. Oreste v. 115, et quos laudat Dan. Heins. ad Sil. 13, 434 *Fundunt mella super Bacchique et lactis honorem*. Ita illud ἄπο penacutum simul vinum et mel, gaudia duo hominum, ab his inferiis excludet: si vero ἅμα verius est, vtraque illis admiscebit. Sed superest ea ratio, quam ad finem reseruaui, quia ceteris illam praefero. Legendum puto vna literula addita μελισσορύτων τ' ἀπὸ νασμῶν λοιβαῖς; quae mellis Paraphrasis est. Sic habebimus inferias plenas, aquam, lac, et mel, νηφάλιον θυσίαν, de qua mox aliquid dicemus ad v. 601. Si proximum etiam tentare versum liceat, totum locum ita constituam, Ὕδατι δ' ἠδὲ γάλακτι, μελισσορύτων τ' ἀπὸ νασμῶν Λοιβαῖσιν προχέων. Vix ab attentis hominibus et Graece non indociis, Graecis praesertim recentioribus satis distinguuntur lingua et aure haec duo Λοιβαῖς συμπροχέων et Λοιβαῖσιν προχέων. Effugere ita liceret verbum nondum obseruatum συμπροχέειν. Verum de hoc, ac de toto adeo hoc genere coniecturali non contenderim. GESN.

576. Schneiderus edidit: ὕδατί τ' ἠδὲ γάλακτι μελισσορύτους ἅμα νασμοὺς λοιβαῖς συμπροχέων. Aptior visa est nostra mutatio. Exempla verbi ἐκπροχέω habet Scottus.

578. (574) Illa funebria certamina atque ludi, in quibus ab Homero inde ingenia ostenderunt poetae, videntur originem hanc habere, vt crudelitatem barbaram homines mactandi ad sepulcra et rogos, paullatim mitigarent. GESN.

581. (577) Πάλης pro πάγης

Digitized by Google

Θάσσονί οἱ σαοῖσι, ποδωκείης ἕνεκα σφῆς,
χλαῖναν Φοινικέην, πολυδαίδαλον ἔργον Ἀθήνης.
585 αὐτὰρ παγκρατίοιο πόρεν γέρας Ἡρακλῆϊ,
ἀργύρεον κρητῆρα παναίολον· ἱππασίης δὲ
Κάστορι, χρυσείων Φαλάρων πολυτεχέα κόσμον·
πυγμαχίης δὲ τάπητ' ἀλιανθέα δῶκε φέρεσθαι
ἀθλοφόρῳ Πολυδεύκει· ὃ γὰρ πλυτὸν ἤρατο νῖκος.

583. Θάσσονι σαοῖσι vulgo. ποδωκείης τ' εἵνεκα σφῆς Vind. Ruhnk. 585. παγκρατίοιο δόκεν vulgo. Δῶκεν Ruhnk. Geſnerus παγκρατίῃ δῶκεν vel δόκεν coniecit. Prius a Schneidero receptum. 586. κρατῆρα Ruhnk. ἱππασίης τε Voſſ. 587. Nomen Κάστορι abeſt in Vind. Ruhnk. Ἀθήνης χρυσ. e Voſſiano notauit Geſnerus. 588. Vulgo τάπητα λιανθέα. Vind. Ruhnk. λειανθέα. 589. νείκος Geſnerus e Voſſiano, Schneiderus, hoc omiſſo, e Ruhnk. attulit.

vel ſine libri auctoritate auſus eſſem in contextum recipere. GESN.

583. (579) Θάσσονι dari non poteſt curſus praemium, h. e. ſedenti, quae conſueta verbi vis eſt v. g. Eurip. Hec. 36. Proxime verum itaque Pierſonus collineauit, θάσσονι ἐν σαοῖσι. Ac de θάσσονι plane dubitare non poſſum, niſi quis oſtendat, comparatiuum declinari poſſe, vt Participium per ὄντος. Praepoſitionis ἐν certe neceſſitas non apparet. Interim verſionem accommodaui ad θάσσονι. GESN.

583. Coniecturam Pierſoni Veriſ. p. 113. θάσσονι ἐν σαοῖσι, recepit Schneiderus. Propter hiatum malui οἱ addere, quae multo lenior mutatio eſt. Videtur noſter hoc pronomen etiam poſt nomen addere, vt v. 678. Φινεῖ δέ οἱ ὤπασαν ἄτην.

585. (581) Facilis eſſet emendatio propoſita rarioris verbi δόκεν. Sed ob id ipſum, quod poetae nimis facile in mentem potuit venire ſic euitare verbum inſolitum, credibile eſt illum voluiſſe δόκεν. Ac video in hanc ſententiam iam diſputatum a Caſaub. ad Pollio. XXX. Tyr. 10 p. 279 vbi ſic excuſat, quod eſt in Vet. Epigrammate, ἐνδίδοσι. GESN.

585. Πόρεν emendatio eſt Pierſoni Veriſ. p. 113. Interpretatio eſt δῶκεν.

588. (584) Λιανθέα tueri non auſim nec auctoritate nec analogia. διανθέα explicaui in Ind. Λ et Δ quam facile confundantur, ſatis ipſa figura indicat. GESN.

588. Schneiderus, qui τάπητ' ἀλιανθέα edidit, vulgatum ſe correxiſſe in variis lectionibus dicit: in notis nihil. Ruhnke-

Digitized by Google

590 αὐτὸς δ' εὐκαμπὲς λάβε οἷ τόξον καὶ ὀϊστὸς,
τεινόμενος δὲ οἱ ἦκε βέλος, τὸ δ' ἀπέπτατο τηλοῦ·
δῶκε δ' ἄρ' Αἰσονίδῃ Μινύης λόχος εἵνεκα τιμῆς
πλέξας εὐανθῆ στέφανον τανυφύλλῳ ἐλαίης.
αὐτὰρ ἐμοὶ μολπῆς γέρας ὤπασε δῖος Ἰήσων,
595 ἐμβάδα χρυσείῃσι τιταινομένην πτερύγεσσιν.

590. Vulgo τόξον λάβεν, ἠδ' ἄρ' ὀϊστὸς. Voss. Ruhnk. λάβε τόξον. Et ὀϊστὸ' Ruhnk. 591. Stephani coniecturam δὲ προοῆκε recepit Schneiderus. 595. Vulgatum χρυσείην γε in χρυσείῃσι mutatum a Schneidero et B. Slothouwero.

nius in Ep. Crit. I. p. 89. *scribendum*, inquit, *πυγμαχίης δὲ, τάπητα διανθέα δῶκε φέρεσθαι. Nicander Theriac.* 534. *ἄγρει δ' ἀεροδίλειο διανθέος ἄλλοτε ῥίζαν. Nec tamen mihi displicet, quod Cl. Toupius Cur. Nouiss. in Suid.* p. 162. [T. III. p. 55. in nota.] *verius putabat: πυγμαχίης δὲ, τάπητ' ἀλλανθέα δῶκε φερέσθαι.*

590. (586) Ἠδ' ἄρ' ὀϊστὸς cum dicitur, non vacat aut explet modo versum ἄρα· sed consecutionem naturalem notat. Arcum sumit, et, quod consequens est, sagittas. Ita mox 588 Δῶκε δ' ἄρ' Αἰσονίδῃ. GESN.

590. Ineptissime positum ἄρα vitiosam esse arguit vulgatam lectionem τόξον λάβεν ἠδ' ἄρ' ὀϊστός. Eamque suspicionem firmat duorum antiquissimorum codicum lectio λάβε τόξον. Quod toties in hoc carmine factum est, vt librarii, quibus οἱ offensionem haberet, verba mutarent, id hic quoque genuinam lectionem, quam repostuimus, expulerat.

591. (587) Τεινόμενος] Pro οἱ ἦκε reponendum censeo προοῆκε, sic enim et versu 531. pro Ἀφθογγος δὲ προῆκε χερῶν legitur in quibusdam editionibus Ἄφθογγος δὲ οἱ ἦκε χερῶν. H. STEPH.

591. V. ad v. 535.

592. (587) Τεινόμενος] Pro οἱ ἦκε, cum Stephano repone προοῆκε. ESCH. Vid. ad v. 531. GESN.

592. Supra v. 111. Μινυῶν λόχος. Rarius est Μινυῆας, a nominatiuo Μινυεὺς, vs. 277. Εἰσβαίνειν τ' ἐκέλευον ἐπειγομένους Μινυῆας. Nec tamen inter poetae singularia referendum. Apollon. Rh. I. 233. Ἀλκιμέδῃ Κλυμένης Μινυηΐδος ἐκγεγαυῖα. Ouid. Met. IV. 32. *Solae Minyeides intus.* v. Steph. Byz. v. Μινύα, et N. Heinsium ad Ouid. l. c. vs. 1. A Μινυὸς formatur Μινυΐδης, quod est apud Schol. Pindari Ol. XIV. 5. RUHNK.

595. (591) Ἐμβάδας calceorum genus in Tragicorum apparatu ponit Pollux 4. 116.

Digitized by Google

λύτο δ' ἀγών, φήμη δὲ διέπτατο δώματος εἴσω
Κυζίκῳ οἰχομένῳ· τῷ δ' ὡς κλύε σύγγαμος αἰνή,
σήθεα δρυπτομένη λίγ' ἐκώκυεν· ἀμφὶ δὲ δειρῇ
ἀψαμένη μήρινθα, βρόχῳ ἄπο θυμὸν ὄλεσσεν.
γῆ δ' ὑποδεξαμένη πλακὶ δάκρυα, πίδακος ἧκεν
βλύζῃσ' ἀργυροειδὲς ὕδωρ κρήνης ἀπὸ μέσσης,
ἀέναον· Κλείτην δὲ περικτίονες καλέουσιν.

596. Vulgo λῦτο. 598. Vulgo *δειρῆς*. Δειρῇ e cod. Ruhnk. probatum Ruhnkenio recepit Schneiderus. Margo Vind. ab eadem manu *δειρῇ*, quae etiam Gesneri coniectura est. 600. *πίδακος* abest ab Ruhnk. 602. Libri omnes *κλεινὴν*. Cod. Ruhnk. *κλείτην δέ ἑ περικτύονες*.

Idem 7, 85 *εὐτελὲς μὲν*, ait, *ὑπόδημα, Θρᾴκιον δὲ τὸ εὕρημα, τὴν δὲ ἰδέαν ποδήρεσι ταπησοῖς ἔοικε*. Πτέρυγας possumus quidem forte intelligere partes quasdam calceorum lateribus assutas, corrigias, quarum tamen mentionem aliam nondum obseruaui. Sed prónius est, talaria intelligi, Mercurii gestamen. Vid. hic H. 27, 4 et *χρύσεια πέδιλα* Il. Ω, 341. Mercurialem virum (Hor. Od. 2, 17, 29.) Mercurii instar fidibus et voce canentem sic honorant Minyae. Quid aliud facit Orpheus, quam *facundus nepos Atlantis* (Hor. Od. 1, 10.) et *curuae lyrae parens, Qui feros cultus hominum recentum voce formauit* etc. Τιταινομένην ad *ἐμβάδα* relatum potest et ad intentionem corrigiarum referri, et quatenus talaribus assutis ipsi cothurni extensi et maiores videntur. GESN.

596. *Λύτο δ' ἀγών* scripsi. Colon hoc est ex Iliad. XXIV. 1.

598. (594) *Στήθεα*] Non dubium est quin legi debeat *δειρῇ*, non *δειρῆς*, nec *δειρῆς*. H. STEPH.

598. (594) *Δειρῆς*] Vtique hic legendum est *δειρῇ* pro *δειρῆς* vel *δειρῆς*. ESCH.

941. ὥς κεν ἀγροτέρην Voss. ὥς κέν νιν, puncto posito sub vtroque ν finali, Ruhnk. 942. οἱ δ' ὡς — πελώριον Vind. Vulgo ἠδ' ὡς. 943. ἀπονοσφίσαιμεν Ruhnk. pro vulgato ἀπονοσφίσωμεν. 945. φῆσι Ask. ὃ γάρ τε δαείς φησι Ruhnk. 946. *Vulgo* δ' ἔργον *Ruhnk.* ἐπισίβοι Haec Schneiderus negligenter. Neutrum vulgatum, sed hoc: ἐπισείβοι δὲ ἔργον. 947. ἱλάσκεσθαι Ruhnk. Vulgo ἱλασθαι. Tum θέλξαι τ' (sic) Schneiderus pro θέλξαι δ'.

le vertit Gesnerus *vtam insperatam*, quod dicere *desperatam* debebat. Hom. hymn. Apoll. 91. Λητὼ δ' ἐννῆμάρ τε καὶ ἐννέα νύκτας ἀέλπτοις ὠδίνεσσι πέπαρτο,

941. (936) Ἀγροτέρην Dianam signat non venatricem modo, sed feram, ferocem: illud νιν pro αὐτὴν relatiuo et demonstratiuo adeo positum. Est enim ipsa Hecate Munychia, vt appellatur 933, ipsa Diana ἐμπυλίη, de qua a versu inde 900.

GESN.

941. Oī scribendum esse, i. ē. ἡμῖν, quum sententia docet, tum codd. lectiones.

942. (937) Ἱκέσθαι ea notione ponitur, vnde ἱκέτης et ἱκετεύειν est: supplicare enim significat, quod vno alteroque loco Sophoclis firmabimus. Ille igitur Aiace 589 Καί σε πρὸς τοῦ σὲ τέκνου, καὶ θεῶν, ἱκνοῦμαι. Et Oed. in Colo. 279 Ἀνθ' ὧν ἱκνοῦμαι πρὸς θεῶν ὑμᾶς, ξένοι. Plane vt ἄντομαι quod est occurrere, obuiam ire, in eadem fabula v. 247 ponitur, ἃ πατρὸς ὕπερ τἀμοῦ ἄντομαι. Nempe terribilis hic Draco non vincendus, sed supplicatione mitigandus erat. Huc pertinet verbum θέλξαι 942.

GESN.

942. Inepta est Gesneri explicatio verbi ἱκοίμεθα.

946. Schraderus in Praefat. Emend. p. V. corrigit γυναίζωντα. Verbum γυναίζεσθαι inepte noster hic adhibuit. Verba ἐπισείβοι δὲ ἔργον, quae orationem, sic in medio posita, turbant, ita, vt res postulabat et consuetudo nostri, mutaui.

947. Infinitiuus perfecti ἱλάσθαι locum hic non habet, neque praesentis infinitiuum ἱλᾶσθαι aut metrum aut consuetudo epicorum admittit. Itaque ἱλέσθαι scripsi. Ἵλεμαι habet Aeschylus Suppl. 123. 134. ad quorum locorum priorem Scholiastes ἱλάσκομαι, pariter vt in cod.

Digitized by Google

ὡς οἱ μὲν λίσσοντο περισταδὰν· αὐτὰρ ἔγωγε
Αἰσονίδην ἐκέλευσα, δύω θ' ἅμα φῶτε κραταιώ,
Κάστορά θ' ἱπποδάμον καὶ πύξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα,
Μόψον τ' Ἀμπυκίδην, ἰέναι πρὸς τέρματα μόχθε.
αὐτὰρ ἐμοὶ Μήδεια συνέσπετο μένη ἀπ' ἄλλων.
ἡνίκα δ' εἰς σηκὸς ἱκόμην ζαθέου τε θεράπνην,
χώρῳ ἐπὶ πλακόεντι βόθρον τρίσοιχον ὄρυξα,

949. Vulgo δύω δὴ φῶτε. 951. ἴέναι Schneiderus. Vulgo ἰέναι. PAIC. πατρὸς τέρματα. 954. βόθρῳ Ruhnk. supra scripto βόθρον.

Ruhnkenii explicatio ἱλάσκεσθαι est.

949. Schneiderus, seruata librorum lectione, δύω δὴ φῶτε, versu 951. ἴέναι edidit, quod iam ante expresserat Gesnerus, *ablegare* vertens. Quid vero? Iason, dux et auctor expeditionis, alios mittat? Et hi cur duo dicuntur, quum sint tres? Immo et hi tres et ipse Iason ad vellus auferendum iuerant, vt v. 992 seqq. cognoscimus. Tum infinitiuus ἴέναι; si bene memini, non occurrit apud epicos. Quare non dubitaui ἴέναι seruare, pro δὴ autem scribere θ' ἅμα.

951. (946) Notabilem emendationem, vt multas alias, H. Stephanus Orpheo hic attulit, nec imputauit. Πατρὸς illud ortum inde, quod saepe illis quatuor literis πρὸς notari solet. GESN.

953. (948) Ζάθεόν τε θεράπνην] Non tam miror hic insciti am interpretum, quam incuriam Henrici Stephani, qui omnes nobis κύριον θεράπνην faciunt, cum tamen constet Θεράπνην fuisse locum circa Spartam. Scholiastes Pindari ad Isthm. Od. 1 verba illa:

Τυνδαρίδας δ' ἐν Ἀχαιοῖς ὑ-
Ψίπεδον θεράπνας οἰκέων ἕδος
Τυτέοι, inquit, Σπαρτιάτης ὤν.
ἡ γὰρ θεράπνη τῆς Σπάρτης. et
paulo post ἴσιον, ὅτι τῆς Λακωνικῆς ἐν θεράπναις τὸ ἱερὸν ἵδρυτο Διοσκούρων. et Harpocratione τόπος ἐστὶν ἐν Λακεδαίμονι θεράπνη, ὃ μνημονεύει καὶ Ἀλκμὰν ἐν πρώτῃ. Nihil igitur magis absurdum esse potest, quam excogitare θεράπνας in Colchis. Θεράπνη hic idem fere quod antecedens σηκὸς, et interprete Hesychio: Θεράπναι, αὐλῶνες, εὐθμοί. ESCH.

953. Vide indicem in θεράπνας.

954. (949) Βόθρον ad aram habemus etiam 570. Quod autem τρίσοιχον fieri iubet, illud forte trium pedum, aut triplicem adea, significat. Certe 957

Digitized by Google

955 Φιτρεύς τ' ἀερκύθοιο καὶ ἀζαλέης ἀπὸ κέδρου,
ῥάμνους τ' ὀξυτέροιο, πολυκλαύτων τ' αἰγείρων,
ὄφρα φέρων, νήησα πυρὴν ἔντοσθε βόθρου.

956. ῥάμνους τ' Ruhnk. 957. ἔνησα PAI. Vind. Ruhnk. et Voss. qui non ἤνησα, vt dicit Gesnerus, habet. Wrat. ἐνυσα. Pro Wrat. Schneiderus Ruhnkenianum, et pro hoc Wratislauiensem nominat. Sed soli fides Ruhnkenio. Crat. et vulgo ἤνησα. Tum vulgo ἐμπροσθε.

etiam σκύμνους τρισσοὺς *tres catulos* sacrificat. GESN.

956. (951) Epitheton πολυκλαύτων ad Phaethontis et sororum illius, electra plorantium, lacrimas pertinere, non est dubium. Cum apud Aratum v. 360 Eridanus vocetur πολύκλαυτος, poterat alicui in mentem venire, etiam hic ita legendum esse: sed variatur ab ipsis, credo, auctoribus orthographia verbalium a κλαίω. GESN.

957. (952) Ante Stephanum ἔνησα cum editum sit, et Voss. habeat ἤνησα, vix dubito hanc esse veram lectionem: et ἤνυσα deberi coniecturae vel sphalmati Stephaniano. Verbum νέω et productum νηνέω cum compolitis pene, sedem ac domicilium habere in tumultuaria πυρᾶς constructione ipsius Stephani thesaurus docere potest. Ponam vnum Plutarchi locum non recte ibi laudatum. Est non in Caesaris vita, in quo memoria summa virum fefellit, sed in Bruti, p. 393. C. οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἐργαστηρίων τὰ βάθρα καὶ τὰς τραπέζας — συγκομίζοντες — παμμεγέθη πυρὰν ἔνησαν. Sic ἤνησα potest accipi positum pro ἔνησα, augmento Syllabico temporaliter aucto, vt loquuntur Grammatici. Verum cum sit Homericum νηέω vel νηνέω in hac ratione, quo ter vno velut spiritu vtitur Il. Ψ, 159. 165. 168; cum praecedens φέρων vltima sua litera primam verbi hausisse potuerit: placeret mihi νήησα, vel νήνησα adeo. Ne longior sim, ponam de verbi huius varietate verba modo Eustathii p. 1402, 29 Ὅτι ἐν μὲν Ὀδυσσείᾳ (A, 148 et Π, 61) ἐπὶ τῶν ἄστων κεῖται τὸ ἐνήνεον, τυτέτευ ἐσώρευον. ἐνταῦθα δὲ ἐπὶ ὕλης τῆς κατὰ ξύλα. — Δῆλον δέ, ὅτι τὸ αὐτὸ καὶ νηεῖν λέγεται· ὡς δηλοῖ μετ' ὀλίγα τὰ (Il. Ψ, 168) ἐπὶ δὲ ἀσκητὰ σώματα νήει, ὃ ἐστιν ἐσώρευε· καὶ ἀλλαχοῦ (Il. I, 279) τὸ νῆα νηήσασθαι. Πέπτωκεν δὲ πρωτότυπον, τὸ νηῶ ἢ τὸ νηνῶ, ὃ οὐ εὕδηλον. Mihi quidem hic εὔδηλον, non verbo ἀνύω, sed τῷ νέω, νηέω, vel νηνέω in aceruandi et struendi significatione locum esse. GESN.

957. Gesneri coniecturam, νήησα, cum Schneidero recepi: (vide quos Ruhnkenius attulit, Thucyd. II, 52. ibique Dukerum Apoll. Rh. III. 1033 Wesselingium ad Herodot. I. 50.) item Schneideri coniecturam ἔν-

Digitized by Google

πολλὰ δέ μοι Φέρε Φάρμακ' ἐπισταμένη Μήδεια,
Φωριαμῶν ἀνελοῦσα θυώδεος ἐξ ἀδύτοιο.
960 αὐτίκα δ' οὐλοπλάσμαθ' ὑπὸ πλέκτοις ἐπο-
νεύμην,

958. πάμπαν vulgo. 959. Φωριαμῶν Voss. Vind. Ruhnk. Vulgo Φωριαμοῦ. 960. οὐλαοπλάσμαθ' Ask. Voss. Ruhnk. Wrat. PAIC, οὖλα πλάσμαθ' vulgo. Tum vulgo ὑπὸ πέπλους.

τοσθε, quam ille tum v. 973. tum Apollonii loco firmauit III. 1032. βόθρον ὀρύξασθαι περιήγεα· τῷ δ' ἔνι θῆλυν ἀρνειὸν σφάζειν, καὶ ἀδαίετον ὠμοθετῆσαι, αὐτῷ πυρκαϊὴν εὖ νηήσας ἐπὶ βόθρῳ. Addere poterat descriptionem huius sacrificii, quae est III. 1207. πηχυῖον δ' ἄρ ἔπειτα πέδῳ ἔνι βόθρον ὀρύξας νήησεν σχίζας, ἔπι δ' ἀρνειοῦ τάμε λαιμόν. Etiam apud Homerum Od. XI. 35. est τὰ δὲ μῆλα λαβὼν ἀπεδειροτόμησα ἐς βόθρον, quamquam ibi nulla rogi mentio. In Homerico hymno Mercurii, etsi non in sacris, eodem modo v. 112. πολλὰ δὲ κάγκανα κῶλα κατουδαίῳ ἐνὶ βόθρῳ οὖλα λαβὼν ἐπίθηκεν ἐπηετανά· λάμπετο δὲ φλόξ. Pausan. V. 13, 1. λέγεται δὲ καὶ ὡς ἔθυσεν ἐς τὸν βόθρον τῷ Πέλοπι.

958. Φάρμακα pro πάμπαν legendum esse patet. Incidit in hanc coniecturam etiam Schneiderus. Hausit hoc noster ex Apollonio: III. 802. ἦ, καὶ Φωριαμὸν μετεκίαθεν, ᾧ ἔνι πολλὰ Φάρμακά οἱ, τὰ μὲν ἐσθλά, τὰ δὲ ῥαιστήρι', ἔκειτο. 808. ἤδη καὶ δεσμοὺς ἀνελύετο Φωριαμοῖο, ἐξελέειν μεμαυῖα. 844. ἡ δὲ τέως γλαφυρῆς ἐξείλετο Φωριαμοῖο Φάρμακον. IV. 24. μέτα δ' ἦγε παλίσσυτος ἀθρόα κόλπων Φάρμακα πάντ' ἄμυδις κατεχεύατο Φωριαμοῖο.

960. (955) Difficile est dicere, quid proprie οὖλος significet, cum tot diuersos, quin repugnantes ei notiones tribuant Grammatici. Dicam breuiter, quid lectis, quae apud Hesychium, Eustathium, Suidam reperiuntur, mihi probabile visum sit. Ionica vox οὖλος respondebat τῇ ὅλος, et integrum sanumque significabat. Hinc οὖλαι κριθαὶ in sacrificiis et οὐλόχυται integris granis, non contusis, hordea: hinc οὖλε salutandi verbum, salue: hinc οὐλὴ cicatrix, vulnus sanatum, cutis in integrum restituta: hinc οὔλειν, ὑγιαίνειν Eustath. ad Iλ. A. p. 24, 52 et ὅλον, τὸν ὑγιῆ ad Iλ. B p. 124, 40. hinc οὐλομελίη apud Hippocratem est membrorum integra compages simul considerata: hinc οὖλον κεκλήγοντες sturni et mox iuuenes Iλ. P, 756 et 759, iuuenile quid clangentes h. e. vehementer, totis viribus, vti solent iuuenes: iidem sunt crispi natura vel cultu: iidem alio respectu teneri et molles: hinc molliculae carnes, quibus dentes continentur, τὰ οὖλα. Sed quatenus οὖλος est vehemens, potens, efficax, pot-

Digitized by Google

ἐν δὲ πυρῇ ἐνέβαλλον, ἰὸ' ἔντομα θύματ' ἔρεζον,
σκύμνας παμμέλανας σκυλάκων τρισσὰς ἱερεύσας.
αἵματι δ' αὖ χάλκανθον ἰδὲ τρυθεῖον ἔμιξα,
κνῆκόν τε, σχιστήν τ', ἐπί τε ψυλλεῖον ἀηδές,

961. Vulgo ἂν δὲ πυρὴν ἐπέβαλλον. 963. τρυθεῖον Voss. probatum etiam Schradero Emend. Praefat. p. V. Vulgo τρύθιον. 964. κνίκον Voss. Vind. Ruhnk. Vulgo κνῆκον. Chiu. σχιστήν τε. Vulgo τε abeſt. Dein vulgo ψύλλιον ἀειδές. Voss. Ruhnk. ἀηδές.

eſt etiam potentem ad nocendum notare, vt *praeſens venenum* et *praeſens medicamentum* in vtramque partem dicitur. Ita potuit ὕλος ὄνειρος idem ὀλέθριος (ad Il. B, 8) a Scholiaſte vocari, quatenus vim ſuam ad nocendum hic exercuit. Poterant iſta, ſi diſſertationem ſcribere placeret; facile explicari latius, locisque Homeri, Hippocratis, Grammaticorum confirmari. Sed hoc agamus. Ea, quae elaborat hic ſub Peplis (de quibus ad 310) Orpheus ὕλα πλάσματα, ſunt, nisi fallor, puppae quaedam ſiue imagunculae cereae, πλαγγόνες, νύμφαι, ludus alias puellarum (vid. Spanh. ad Callim. H. Cer. 92 p. 711) hic vero pars ſacri magici, vt in Theocriti Virgilique Pharmaceutriis. *Plangunculas* Ciceroniana voce licet dicere, quam illi reſtituerunt VV. DD. Att. 6, 1. ERSN.

960. *Οὐλοπλάσματα* ſcribendum eſſe, et metrum et lectio antiquorum librorum oſtendit. Apte vidit Schneiderus huc pertinere Heſychii ὀλοοίτροχα (quod ὀλοοίτροχα ſcribendum putat, neſcio an non recte) παρὰ Ῥοδίοις, ἐπὶ πλάσματα εἰς θυσίας. Probat Schneiderus Pèrgeri coniecturam λεπτά. De πλέκτοις vide ad v. 314.

961. Non mihi perſuadeo noſtrum ſcripſiſſe ἂν δὲ πυρὴν ἐπέβαλλον. Quare et verbum vſitatum in hac re, et caſum, et praepoſitionem repoſui. Homer. Iliad. IX. 220. ὃ δ' ἐν πυρὶ βάλλε θυηλάς. Et XXIV. 787. ἐν δὲ πυρῇ ὑπάτῃ νεκρὸν θέσαν, ἐν δ' ἔβαλον πῦρ.

963. (958) Αἵματι δ' αὖ χάλκανθον] De hoc vid. Dioſcor. lib. V. c. 114. et de Struthio, lib. II. c. 193. ESCH.

964. (959) Κνῆκόν τε σχιστήν] Dioſcoridi ſcribitur Κνίκος. ESCH.

964. (959) Epitheton cneci vel cnici puto σχιστήν, quod et calycem et petala in tenues admodum fibras ſciſſa habet: niſi quis malit abſolute dici σχιστὴν intellecto λίθον, alumen fiſſile. Non enim ſolas hic herbas memorari, vel ſolum chalcanthum ſatis indicat. Malle me ψυλλίον ἀηδές, in V. L. indicaui. Sed poteſt etiam ἀειδὲς vocari, quod *pulicis* ſimilitudinem ſemen habet, vnde nomen *pulicariae*. Quamquam naturae ſtudioſo nihil hic deforme. ERSN.

Digitized by Google

965 ἄγχιστον ἐρυθρὴν, ἠδὲ χάλκιμον. αὐτὰρ ἔπειτα
νηδύας ἐμπλήσας σκυλάκων, φιτροῖς ἐπέθηκε·
ὕδατι δ' αὖ μίξας λοιβὰς κέρνην περὶ βόθρον,

965. ἄσχυσαν Wrat. 966. Vulgo φιτροῦσιν ἔθηκα. 967. ὕδατι δ' αὖ μίξας χολάδας Voss. Paris. Vind. Ruhnk. MS. Canteri in Nou. Lectt. V. 5. Vulgo ὕδατι μὲξ δ' αἵμας χολάδας. ὕδατι ἐξ δ' αἵματος χολάδας PAI. ὕδατι ἐξ δ' αἵματος χολάδας Crat.

964 Κῆπον meliorem scripturam esse docet Salmasius Exerc. Plin. p. 629. Ψυλλίον ab Hesychio explicatur πόα, ἧς καὶ σπέρμα ὁμώνυμον. ANNK. Σχιστὴν vitiosum putat Schneiderus, nisi ineptus poetaster κνῆκον σχιστὴν dixerit, quoniam semen eius ad lac cogendum, quod σχιστὸν dicitur, olim adhibebatur, de quo vid Dioscorides. Ego cum Chiu. σχιστὴν τ' edidi. Σχιστὰ, τὰ πρόμμυα, Hesychius. Femininum genus est apud Plinium XIX. 32. Deinde ψυλλίου ex emendatione Schraderi dedi in Praefat. Emend. p. V.

965. De ἀγχόσῃ vid. Hesych. et eius interpp. Χάλκιμον quid sit, nescitur. Schneiderus, qui olim Hesychii χάλιμος, Φαρμακὸς huc pertinere putauerat, nunc χάλκην vel κάλχην, de qua dixit ad Alexiph. Nicandri 391. intelligi putat. Eam alios κάχλαν et βάφθαλμον dixisse teste Dioscoride III. 156. alios χρυσάνθεμον Dioscoridis IV. 58. καλκῖτιν, χάλκανθον, χαλκάνθεμον vocasse. Codex Hesychii non χάλιμος habet, sed χάλιμα.

966. (961) Vocem ἐμπλήσας lubens diuidam, vt praepositio ἐν ad ἔθηκα referatur. Sed ipsum quoque durum est. OASN.

966. Ineptam lectionem φιτροῦσιν ἔθηκα nemo criticorum correxerat. Ceterum Schneiderus, *addere debebat*, inquit, *imprimis, quae farti fuit ventriculi omentorum, quae Hecates mortis erat maciare, docente Hemsterhusio ad Luciani* T. I. p. 599. *ed. Bip.* (T. I. p. 550.) Num non addidit v. 965. 964? 965?

967. (962a) Non ausim damnare emendationem G. Canteri Nou. Lectt. 5, 5 Ὕδατι δ' αὖ μίξας; cui faueat Vollianus liber. Sed nec mutare ceterarum lectionem sustineo, in qua nihil fit, quod quem offendat, nisi forte illud μὲξῃ quod nondum alibinde obseruatum reperio. Sed notissimum est et Homericum ἐπιμίξ, cuius simplex ita, vt alias μίγα, hic videtur poni. Ὠμὰς, χολάδας ponit, crudas, in ignem nom coniectas, aqua insuper perfusas, vt maiori deinde 968 miraculo in ipsa fossa comburerentur, in quo possis imitationem quandam sacrificii demoterii ab Elia instituti (1 Reg. 18, 34) cogitare. OASN.

967. Schneiderus in χολάδας

Digitized by Google

ὄρφνινά θ' ἑστάμενος φάρη, καὶ ἀπεχθέα χαλκὸν
κρεῶν ἐλλισάμην, αἱ δ' ἐτραλέως ὑπάκουσαν,
970 ῥῆξαι κευθμῶνας αἰμειδήτας βερέθρου,
Τισιφόνη τε καὶ Ἀληκτὼ καὶ δῖα Μέγαιρα,
πεύκαις αἰζαλέαις φόνιον σέλας αἰθύσσουσαι.
καίετο δ' αὐτίκα βόθρος, ἐπεσμαράγει δ' ὅλος ἂν πῦρ.

968. Pro ὄρφνινα apud Dinnerum p. 808. legitur ὄφνισ'. 969. κρέων — ὑπάκουσαν Voll. Vulgo ἐπάκουσαν. 970. ῥῆξαι — βόθρου Wrat. 972. αἰθύσσουσα Ruhnkenii coni. pro vulgato αἴθουσαι. 973. ἐσμαράγησε vulgo. ἐσμαράγει Voll. Ruhnk.

latere quae putabas. Nam fane μείδην non potest aliquis dici aquam ex intestinis. Ego λοιβὰς dedi. Χολάδας ex hoc vocabulo et ceteris explicatione μαὶς, cuius ultima syllaba, quae supra scribi solet, interierat, natum est. Nisi quis et χοὰς et λοιβὰς explicationem censeat esse vocabuli χύτλης, quod Suidas et Hesychius habent: quemquam de eo dubitat H. Stephanus. Apud Phavorinum in λίχλη memoratur χύτλη, quod vereor ne illa φύτλη scripserit. Caeterum Apollonii locum in eiusdem sacrificii descriptione comparauit Schneiderus, III. 1222. ἔρι δὲ μηρίοισι πάϊς λοιβὴν. Cribellus in versione totum versum praeteriit, siue omissum in codice, siue quod corruptus esset.

968. Ἀπηνέα χαλκὸν Gesnerus tantum non sec., arma, vertit. Vereor ne hoc epitheton, quod hic quidem non satis aptum videtur, vitiosum sit.

970. Lectio cod. Wrat. videtur indicare, fuisse, qui legerint, ῥῆξαι, κευθμῶνας αἰμειδήτου βερέθρου.

972. (967) Αἴθουσαν cum nusquam neque simplex transitiua f. actiua significatione vsurpatum obseruem, neque compositum: non possum non plaudere emendationi elegantissimi Ruhnkenii Ep I p. 21 αἰθύσσουσαι, de quo verbo dictum ad 899. ORSK.

972. Αἰθύσσουσαι recepi, quae Ruhnkenii emendatio est, in Ep. Crit. p. 33. Nam etsi αἴσσειν, vt Porsonus ad Eurip. Or. 1427. docuit, actiuam quoque significationem habet, non ausim tamen, quod tragicis proprium videtur, ad epicos transferre. Schneiderus αἴσσουσαι non mutauit propter Sophoclis Oed. Col. 1261. κόμη δ' αὖραις ἀντένιος ἄσσεται.

973. (968) Confragosus versus, vel si mauis languens caesurae defectu: de quo etiam emendando aliquando cogitabam, praesertim ob posteriorem

Digitized by Google

λιγνὺς δ' αἰθαλόεσσα χύθη περιμηκέϊ καπνῷ.
αὐτίκα δ' ἐξ Ἀΐδαο διὰ φλογὸς ἠγέρθησαν
δειναὶ θαμβήτειραι, ἀπηνέες, ἀπροσόρατοι.
ἡ μὲν γὰρ δέμας ἔσχε σιδήρεον, ἣν καλέουσιν

974. λίγνυς Voss. Dein vulgo περιμήκετα καπνόν. Schneiderus περιμήκετα καπνῷ edidit. Manus docta ad exempl. Ald. περιμηκέα. 976. Ante hunc versum collocauit Schneiderus versus 984. 985. θαμβήτειναι Ruhnk. 977. ἔχε Ruhnk.

nominis βόθρος paullo insolentius productam. Sed nihil mutandum. Litera sibilans producit syllabam. GESN.

973. Ἐπεσμαράγει, Schneideri; emendationem, occupauerat Schraderus in Praefat. Em. p. V. qui idem vitium occurrere monuit v. 400. et 1096.

974. (969) Duplex occurrebat emendandi atque interpretandi versus huius ratio, vel ita, χύθη fudit (passiuo actiue, s. ad modum deponentis posito) περιμήκεα κάπνον, *Vapor fuliginosus fudit* (effusus est in) *fumum altissimum*. Vel περιμήκετα aduerbialiter fumam, et legam καπνῷ, *Vapor fusus est altissime a* vel *cum fumo*. GESN.

974. Καπνῷ quum in καπνὸν mutatum esset, περιμηκέϊ, α supra scripto, quum ι pro τ acciperetur, in περιμήκετα abiit. Nam Schneideri περιμήκετα languet, nec verum est, quod dicit, περιμήκετον aduerbii loco esse v. 898.

975. (970) Proxime ab hoc versu vnum excidisse arbitratur Cl. Ruhnk. Ep. 1 p. 21, qui haberet mentionem (aut descriptionem adeo) Erinnyum. Breuiorem medicinam suaserat Cl. Bernard. ad Dem. Pepag. p. 85 vt pro Δειναὶ v. 71 legatur Ποιναί. Modesta sane coniectura, et cui fauere videtur, quod v. 980 expressa est Poenarum s. Erinnyum mentio. Sed mihi diligenter hoc agenti visum est, locum emendatione non egere, sed interprete. Versus 971 habet Epitheta s. Praedicata communia personarum, quae deinde separatim enarrantur, nempe Pandorae 972, Hecatae 973—979. et Furiarum 980. Nemini in mentem venisset, credo, dubitare, si placuisset poetae commune nomen substantiuum adiicere, vt θεαὶ δειναὶ, vel tale quid. Illud ipsum ἡ μὲν γὰρ, a quo incipit v. 972 apertissime indicat, incipere ibi exegesin eorum, quae vniuersim proposita modo fuere. GESN.

976. Schneiderus in vulgato ordine versuum narrandi rationem vituperat, quod Pandora et Hecate describantur, antequam eas apparuisse constet. Quasi non possint antea generatim quibusdam epithetis deae, quae appareant, describi, et tum de singulis, vt quaeque ornata venerit, exponi. Contra

Digitized by Google

Παυδώρην. χθόνιοι· σὺν δ' αἰολόμορφος ἵκανεν,
τρισσοκάρηνος, ἰδεῖν ὀλοὸν τέρας, ὅττι δαΐκτόν,
Ταρταρίπαις Ἐκάτη· λαιῇ δὲ οἱ ἔσσυτ' ἐπ' ὦμε
ἵππος χαιτήεις· κατὰ δεξιὰ δ' ἦεν ἀθρῆσαι

978. Παυδώρην solus Schneiderus. 979 Vulgo τρισσοκέφαλος. Deinde vulgo δαητὸν. Voss. Vind. Ruhnk. δαΐκτόν. 980. λαιῇ Ruhnk. Dein vulgo λαιῆ δ' ἄρ' ἐπέσσυτο ὦμε. Schneiderus ἀπεσσύθη.

in eo ordine versuum, qui Schneidero placuit, prius saltantes videmus deas, tum demum aduenire accipimus. Non opus erit cum Ruhnkenio lacunam in auxilium adhibere, si θαμβήτειραι non, vt fecerunt interpretes, pro adiectiuo, sed pro substantiuo habemus. Itaque comma post δειναὶ deleui.

978. (973) Pandoram hanc haud dubie intelligit Tellurem, quam παυδότειραν alias vocat. Vid. Ind. GESN.

979. (974) Vid. ad 926. Retinendum puto δαητὸν, nomen bona moneta percussum, et rite formatum ab eodem themate, vnde Homerica δεδάηκε et δεδαημένος. Τέρας ὃ δαητὸν quod nosse nemo velit, sine horrore cognoscere nemo potest. GESN.

979. Heynius ad Virg. Aen. IV. 511. et Schraderus Praefat. Em. p. 5. τρισσοκάρηνος correxerunt. Eiusdem erroris exempla Ruhnkenius attulit e Schol. Aristoph. ad Equit. 414. Suida v. κυνοκέφαλος, et Theogonia Hesiodi v. 287. vbi codex Paris. τριτέφαλον, et v. 312. vbi idem codex πεντηκοντακέφαλον habet. Τρισσοκάρηνος ex h. l. Dinnerum iam posuisse in Epithetis Gr. obseruat Schneiderus, qui huius interpunctionem, τρισσοκάρηνος, ἰδεῖν ὀλοὸν τέρας, recepit, quae iam est in edd. Ald. et Crat. Vulgo τρισσοκέφαλος ἰδεῖν, ὀλοὸν τέρας. Pro vulgato δαητὸν Ruhnkenius in Ep. Crit. I. p. 107. φατειὸν scribendum censebat. Ego trium codd. lectionem recepi. Οὔτε δαΐκτὸν idem est, quod ἄμαχον.

980. (975) Legendum puto ἄπ' ἔσσυτο pro ἀπὸ λαιῆ ὦμε ἐσσύθη. Forma haec, quam Aeolicam dicunt, forte tueri potest illud Pindaricum Ol. Θ, 88 Μίχθε, quod pro μίχθη librorum reposuit Schmidius, et receperunt Oxonienses, in dubium autem vocauit Pauwius. GESN.

980. Neque ἐπεσσύθη, neque ἀπεσσύθη hic aptum, vt aoristum. Atque etiam vltima non eleganter corripitur, quod quidem non sentient, qui satis habent didicisse, quae de longa vocali ante vocalem vulgo praecipiuntur. Itaque reposui tempus illud, quod hic requirebatur, vna cum οἵ. de quo vide Indicem.

Digitized by Google

λυσσῶπις σκυλάκαινα· μέση δ' ὄφις ἀγριόμορφος,
χερσὶν δ' ἀμφοτέρῃσις ἔχην ἄορα κοπτήεντα.
ἐγκύκλιαι δίνευν δὲ πέριξ βόθρον ἔνθα καὶ ἔνθα
Πανδάρη Ἑκάτη τε· συνεσσεύοντο δὲ Ποιναί.
ἓν δ' ἄφαρ Ἀρτέμιδος φρεσὶν δέμας ἦκε χαμαῖζε

982. λυσσώπης Ruhnk. Tum vulgo σκυλάκη· μέση δ' ἔφυ. 983. Voſſ. χερσὶ δ'. 984. ἐγκύκλιαι δίνευντο περὶ Voſſ. Ruhnk. Geſn. Vulgo ἐγκύκλιαι δὲ δίνευντο περὶ. Schneiderus, qui hunc et ſequentem v. poſt v. 975 poſuit, καὶ κύκλῳ δίνευντο περὶ. 986. ἓν δ' ἔφαρ Voſſ. Vulgo ἐκ δ' ἄφαρ.

982. (677) Quid ſibi vellet ἀγριόμορφος, in Indice poſui. Hic admoneo lectores etiam apud Virgilium eſſe Aen. 4, 511 *Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianae.* Nondum obſeruaui apud ipſum Proclum L. 2 in Timaeum locum, quem inde citat Eſchenb. Epig. p. 77, qui hunc noſtrum illuſtrat: Τοιαῦτα καὶ Ὀρφεὺς ἐνδείκνυται περὶ τῶ φάντος θεολογῶν. πρῶτος γὰρ ὁ θεὸς παρ' αὐτῷ ζώων κεφαλὰς φέρει πολλὰς Κρῖνας, ταυρίης (f. ταυρείης) ὄφιας, (ὄφιος), χαροπῆ δὲ λέοντος. Ex Aegypto forte ab ipſo Orpheo allata eſt illa ratio animalium figuris Dei aut naturae facultates atque attributa vtcunque ſenſibus et memoriae hominum commendandi. GESN.

982. Ruhnkenius, de forma σκυλάκη dubitans corrigebat: κατὰ δεξιὰ δ' ἦεν ἀϑρῆσαι λυσσώπεις σκύλακας. At tria Hecatae capita deſcribens poeta non potuit plures catulos nominare. Quod nos dedimus, firmatur Noſſidis auctoritate epigr. IX. σαίνοι κέν σ' ἐσιδοῖσα καὶ οἰκοφύλαξ σκυλάκαινα. Mox merito miratur Schneiderus, quid ſit, quod medium caput quale fuerit, in dubio relinquat poeta: μέση δ' ἔφυ ἀγριόμορφος. Id ipſum olim putauerat a poeta expreſſum: quare ἀκριτόμορφος corrigebat. Noſtrum ὄφις has dubitationes tollit. Notum Sophoclis fragmentum p. 649. ed. Brunck. in quo Hecate στεφανουμένη ὠμῶν σπείρῃσι ἑρπόντων.

984. (979) Cum prima in δίνευντο ſit perpetuo vſu bonorum et noſtri adeo, longa; nec Aoriſtus 2 ϑέοντο auctoritatem habeat: recepi Voſſianam lectionem, quae δὲ omittit. GESN.

984. Ἐγκύκλιαι δίνευν δὲ ſcripſi, vſu epicorum ita poſtulante. Δὲ ſaepius noſter poſt alterum verbum collocat: vide Indicem. Πέριξ metrum requirebat. Pro eo etiam v. 317. 815. 928. περὶ legitur.

986. (981) Haec eſt illa Diana ſ. ἐμπυλίη Ἄρτεμις de qua v. 900 et 942. vnde apparet cur hic φρεσὶν δέμας vocetur: quo no-

Digitized by Google

πεύκας ἐκ χειρῶν, ἐς δ' ὀρανὸν ἤραρεν ὄσσε.
σαῖνον δὲ σκύλακες πρόπολοι, λύοντο δ' ὀχῆες
πλείθρων ἀργαλέων, ἄνα δ' ἔπτατο καλὰ θύρετρα
τείχεος εὐρυμενῆς, ὑπεφαίνετο δ' ἄλσος ἐραννόν.
αὐτὰρ ἐγὼν ὑπὲρ ὀδὸν ἔβην· τῆμος δέ τε κώρη
Αἰήτεω Μήδεια, καὶ Ἄισονος ἀγλαὸς υἱός,
Τυνδαρίδαι τ' ἤπειγον ὁμῆ, σὺν δ' ἕσπετο Μόψος.
ἀλλ' ὅτε δὴ σχεδόθεν κατεφαίνετο φηγὸς ἐραννή,

989. ἀργαλέων ex Ruhnk. Schneiderus. Vulgo ἀργυρέων. Deinde ῥέεθρα Voss. 990. εὐρημένη Voss. 991. τῆμος δὲ τότε Ruhnk.

mine θέμις indicatur, ipsum signi vel statuae corpus moueri visum, et facem, quam tollit illustrandi causa quasi cum languore demisisse, contra oculos tutelae velleris intentos inde aversos direxisse in caelum. De canibus illius v. 908. GESN.

988. (983) Nescio an prima in λύοντο produci vllo modo possit. Facilis esset medicina, si legas ἐλύοντο vel λελύοντο. GESN.

988. Male Ruhnkenius de metro metuens ἐλέλυντο scribebat.

989. Praeclare codex noster, πλείθρων ἀργαλέων. vt apud Homerum Od. Λ, 292. δεσμοὶ ἀργαλέοι. Non ex argento portae erant, sed ex aere. Supra vs. 896. Χαλκήρεις πύλαι εἰσὶ πελώριοι. RVHNK.

990. Εὐρυμενὴς Phasis vocatur infra v. 1055. In Apollonio Rh. I. 596. dubitabat Ruhnkenius in Ep. Crit. II. p. 196. vtrum Εὐρυμενὺς nomen vrbis, an adiectiuum esset, vt scholiastae videtur. Idque adiectiuum in Hesychio pro εὐρύμεων reponebat. Assentitur Schneiderus, εὐρύμενον Hesychii formam putans contractam esse, εὐρύμενος autem pro εὐρυόμενος dici, vt κλύμενος, κτίμενος. At εὐρύνω verbum est, non εὐρύω. Hesychio autem εὔρυνον restituendum esse, ex Apollonii Lex. Hom. luce clarius patet. In Apollonio Rhodio vrbem intelligi, vt Valerii Flacci imitationem taceam, sermo ipse ostendit. Tum ἄλσος ἐραννὸν scripsi: v. ad v. 85.

993. (988) Tyndaridae interfunt his mysteriis vt Iouis filii, vt inferos deos superosque videre assueti: Orpheus, Medea, et Mopsus vt mystae et mystagogi adeo. Iason ipse hic initiatur. GESN.

994. (989) Apollo. 4, 124. vocat φηγὸν ἀπειρεσίην, ἣ ἔπι κῶας Βέβλητο. GESN.

Digitized by Google

περπίς τε ξενίοιο Διὸς καὶ βώμιος ἕδρη,
ἔνθα δρακόντων ὁλκοῖσιν ὑπ' ἀπλήτοισιν ἐλιχθεὶς
δινεύων ἀνάειρε κάρη βλοσυρόν τε γένειον,
ἂν δ' ὀλοὸν σύριγξ· ἔπι δ' ἔβραχεν ἄσπετος αἰθήρ.
δένδρεα δ' ἐσμερόεργε κραδαινόμεν ἔνθα καὶ ἔνθα
πρυμνόθεν ἐκ ῥίζης· ἰάχησε δὲ σύστιον ἄλσος.

996. Vulgo ὑπὸ πλατέεσσιν. 997. κάρη Voss. Ruhnk. Vulgo κάρα. 998. σύριξ' Voss. Vulgo σύριγξ'. 1000. πρυμνόθεν Voss. Vulgo πρημνόθεν.

995. (990) Si conferas h. l. vt conferendus est, cum v. 929 vbi σῆμα χαμαιζήλοιο Διὸς vocatur, non improbabile forte videbitur, quod ego valde verisimile puto, non ξενίοιο hic legendum esse, sed χθονίοιο. GESN.

995. Gesneri coniecturam, χθονίοιο Διός, refutauit Schneiderus auctoritate Apollonii IV. 116. sqq. qui βωμοῖο θέμεθλα Ioui φυξίῳ consecrata a Phrixo habet; et scholiastae eius ad II. 406. cuius locum, in quo ex Hellanico refertur in Iouis templo suspensum fuisse vellus, auctiorem dedit ex cod. Paris.

996. (991) Cl. Piersonus Verisim. 2, 5 p. 107 languidam et frigidiusculam putat vulgarem huius versus lectionem, et substitui vult ὁλκοῖσιν ὑπ' ἀπλάτοισιν. Noster sane hoc verbo vsus supra v. 928, et attulit Piersonus etiam auctoritatem Eurip. Herc. Fur. 419. Et est Hesiodeum verbum ἄπλατος, ἄπλατος, ἄπλητος, cui plerumque forte recte accommodaueris etymon πέλας vel πελάζειν, vt sit terribile ad quod accedere timeas, cui tu per mediam nolis occurrere noctem. Mutare tamen contra libros nihil ausim, cum praesertim fieri possit, vt sint, quibus πλατεῖα ὄλσοι recte dici videantur. Equidem damnare nolim. GESN.

996. Piersoni coniectura ὑπ' ἀπλάτοισιν etiam Schneidero placet. Hanc, Ionica forma restituta, recepi.

1000. (995) Κρημνόθεν ἐκ ῥίζης interpretabar ἀσυνδέτως dictum, vt in ἄνω κάτω et similibus, cum in κρημνῷ non minus capitis (κάρα, κάρη, κρὴ) notionem, quam in Latinorum *praecipiti* inesse putem. Movebantur arbores a summo fastigio et a radicibus. Sed nec ingeniosam et probabilem nego Cl. Ruhnkenii (Ep. 2 p. 82) coniecturam πρυμνόθεν, quam firmat ex Apollon. 4, 1686. Pot-

Digitized by Google

αὐτὰρ ἔμ' ἠδ' ἑτάρους τρόμος ἔλλαβε· νόσφι δὲ μένη
Μήδεια ἐν στέρνοισιν ἀκαμπέα θυμὸν ἐνώμα·
δρέψατο γὰρ παλάμῃσι λυγρῶν ἀποθρίσματα ῥιζῶν.
καὶ τότ' ἐγὼ φόρμιγγος ἐφήρμοσα θέσκελον ὁμφήν·
κλάγξας δ' ἐξ ὑπάτης χέλυος, βαρυηχέα φωνήν

1001. μένην Wrat. 1002. Μήδεια ἐνὶ Voss. Μήδεί' ἐνὶ vulgo. Dein vulgo στέρνοις. 1005. κλάγξας δ' ἄρ' Voss. Vind. Ruhnk. Vulgo κλάγξα δ' ἀρ'. Dein βαρυαχέα Vind. Ruhnk. βαρυηχέα Voss. et Dinner. in v. φωνή. ηαρυηχέα edd. vett. Wrat.

erat laudare etiam Spanh. ad Call. H. in Del. 35 p. 331.

GESN.

1000. Legendum πρυμνόθεν ἐκ ῥίζης. Apollon. Rhod. IV. 1686. πρυμνόθεν ἐξεαγείσα κατήρεπεν. RUHNK.

1002. Verſum laborantem, ob productam primam in ἀκαμπέα, facile fulcias legendo στέρνοισιν.

GESN.

1005. (1000) Τπάτην h. e. ſummam chordam eſſe grauiſſimi ſoni, ſatis conſtat, et docuere v. g. interpretes ad Horatii Sat. 1, 2 pr. Hoc maxime oculis apparet in illa Lyra, quae inter Herculanenſes picturas nuper publicata, triangularis eſt, et ita tractatur, vt longiſſima chorda et baſi trianguli proxima, h. e. quae grauiſſimum ſonum edit, ſit in ſummo; breuiſſima, illi ad ipſum trianguli verticem parallela, in imo. Neſcio, qui factum ſit vt tam diu per omnes editiones durare potuerit ηαρυαχέα, cuius dubito an ratio, etiam non valde probabilis, queat reddi. Βαρυηχέα ex coniectura dedit Cl. Pierſ. Veriſ. 1, 9 p. 110. qui de hac voce laudat Obſ. Miſcell. Vol. 4 p. 216: et auſus fuiſſem ego ſine vllo alio auctore eam hic reponere. Sed μέλπων pro πέμπων, quod viro docto placet, non aeque facile receperim. Ceterum miram mihi ſuauitatem habere hic verſus videtur ex eo, quod verbis omnibus oſtendit et exprimit neniam ſomni conciliatricem: huic conueniunt non acuti et clamoſi ſoni, ſed graues et murmuri propiores; deinde canit σιγαλέως, tacite, certe ſubmiſſe, et voce non expreſſa, ſed ἀφθέγκτῳ. Denique non ἐκ χειλέων profundit ſuam vocem, ſed ὑπὸ χείλεσι, preſſis velut labiis, vel πέμπει, vel, ſi

Digitized by Google

σιγαλέην ἄφθεγκτον ἐμοῖς ὑπὸ χείλεσι πέμπον.
κλῇξα γὰρ ὕπνον ἄνακτα θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων,
ὄφρα μολὼν θέλξειε μένος βριαροῖο δράκοντος.
ῥίμφα δέ μοι ὑπάκουσε, Κυτηΐδα δ' ἶκτ' ἐπὶ γαῖαν.
κοιμήσας δ' ὅγε φῦλα πανημερίων ἀνθρώπων,
καὶ ζαμενεῖς ἀνέμων πνοιάς, καὶ κύματα πόντου,
πηγάς τ' ἀενάων ὑδάτων, ποταμῶν τε ῥέεθρα,

1006. Vulgo σιγαλέως. Vind. Ruhnk. σιγαλέης, quod supra scriptum in Voss. qui σιγαλέοι habet. Tum πέμπον Ask. Vind. Ruhnk. Vulgo πέμπων. V. 1008. 1009. absunt in cod. Ruhnk. Vncis inclusit Schneiderus. 1009. Κυτηάδα Ask. Voss. Wrat. Paris. Deinde ἦκτ' Voss. Vulgo ἦκ'. 1010. κοιμίσας Voss. Ruhnk. κοιμήσας Vind. κοιμίσσας vulgo.

placeat Piersoni coniectura, μέλπει. GESN.

1005. Schneiderus, qui κλάγξα δ' ἄρ' et πέμπων retinuit, Piersonum non fuisse μέλπων scripturum dicit, nisi malam distinctionem in libris reperisset, ἐξ ὑπάτης χέλυος βαρυηχέα φωνήν, σιγαλέως. Hanc se sustulisse dicit. Itaque post χέλυος interpunxit, sublata interpunctione post φωνήν.

1006. Schneiderus dedit σιγαλέος, repugnante nonnihil recentiorum epicorum prosodia. Ego σιγαλέην, codicum vestigia sequutus, scripsi. De horum casuum permutatione vide ad v. 631.

1007. (1002) Conf. Hymn. 84, 1. GESN.

1008. Calidius damnauit Schneiderus hos versus, qui errore librarii, ex duplici ἀνθρώπων orto, omissi sunt in cod. Ruhnk. Poeta, quod v. 1009. generatim dicit, sequentibus singulatim persequitur.

1009. Sic supra v. 819. Κυτηΐδα γαῖαν ἀμεῖψαι. Euphorion apud Eustath. ad Od. Δ. p. 1493. βλαψίφρονα φάρμακα πάσσεν, Ὅσσ' ἐδάη Πολύδαμνα, Κυταιΐς ὅσα Μήδεια. Sic iste locus legendus. Vulgo deest πάσσεν, et Κυταΐς scribitur. Sed Vratisl. Voss. et Regius h. l. habent Κυτηάδα. Quam formam Berkelius reddere tentabat Stephano Byz. v. Κύτα· τὸ θηλυκὸν Κυταιϊὰς, καὶ Κυταία. Sed vulgatum Κυταιϊὰς firmatur ab Orpheo vs. 904. Κυτηϊάσιν μίγα κύραις. RVHNK. Ἶκτο cum Schneidero scripsi. Euphorionis locum apud Eustathium p. 1493, 46. non persanauit Ruhnkenius. Excidit ante Μήδεια verbum vel nomen, quo versus finiebatur:

Digitized by Google

Θῆρές τ' οἰωνές τε, τά τε ζώει τε καὶ ἕρπει,
εὐνάζων ἤμειψεν ὑπὸ χρυσέῃς πτερύγεσσιν.
ἷξε δ' ἐπὶ συφελῶν Κόλχων εὐανθέα χῶρον·
κῶμα δ' ἄφαρ κατέμαρψε πελωρίῃ ὄσσε δρακόντος,
ἰσοπαλὲς θανάτῳ· δολιχὴν δέ τε οἱ χθονὶ δειρὴν

1014. ἤμειψεν Voss. Vulgo ἄμαιψεν. 1015. ὑπὸ συφελῶν Voss. Vind. Ruhnk. Ante Gesnerum ὑπὸ συφελοῦ. 1017. δολιχὴν δ' αὐχένι δειρὴν Ruhnk. δολιχὴν δ' ἀμφ' αὐχένι δειρὴν vulgo.

ὅσσ' ἐδάη Πολύδαμνα, Κυταιὶς ὅσσα — Μήδει'.

1010. (1010) Vt παννύχιος qui per totam noctem vigilat vel dormit: sic πανημέριος hic videtur, qui totius diei laborem sustinuit. Vid. Ind. GESN.

1010. Πανημέριος nihil est, nisi ἡμέριοι, vt παννύχιος, *nocturnus*, etiam de parte tantum noctis. De quo vocabulo videnda scholia ad Hom. Iliad. X. init.

1014. (1009) Non praeteruidendum est poeticae suauitatis obseruatori illud ὑπὸ πτερύγεσσιν. Inumbrat somnus, vt volucris horribiliter magnus, explicatu alarum suarum, inuolvitque omnia. GESN.

1015. (1010) Cl. Pierso. Verisim. 2, 5 p. 188 recte vidit legendum esse συφελῶν, vt sit Colchorum epitheton, quod etiam absque Vossiani codicis monitu faciendum erat. Quod autem ἐπὶ substitui vult pro ὑπό, ingeniose more suo coniicit, necessitatem nondum persuadet, cum ὑπὸ etiam locum habere possit, vt in Homerico ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε. GESN.

1015. Recte monet Schneiderus, εὐανθέα χῶρον expressum esse ex Apollonii IV. 115. ποιήεντα χῶρον. Sed iniuria nostrum reprehendere videtur, quod antea hunc locum non indicauit. Fecit, et quidem copiosissime v. 914 seqq.

1017. (1012) Cl. Ruhnk. Ep. 2 p. 83 suspicatur ἀνταυγέα legendum pro ἀμφ' αὐχένι, et verba ita ordinanda, καρηβαρέων δὲ θῆκε δειρὴν δολιχὴν ἀνταυγέα φολίδεσι. Mihi in hac descriptione obdormiscentis draconis splendoris repercussi mentio non valde opportuna videtur. Simplicius et nisi fallor verius fuerit ἅμα αὐχένι. Αὐχὴν proprie ipsa cervix, a tergo spectata praesertim, iuncturas colli et vertebras continens: δειρὴ s. δειρὰ collum totum a facie spectatum, in quo guttur, arteria etc. Draco somno grauatum caput, et cum cervice collum deponit in squamas iam non erectas et horrentes, sed iacentes et corpori applicitas. GESN.

Digitized by Google

θῆκε καρηβαρέων φολίσιν. θάμβησε δ' ἰδοῦσα
αἰνόποτμος Μήδεια· καὶ Αἴσονος ἀγλαὸν υἷα
ἦκ' ἐπιθαρσύνουσα θοῶς πρέμνοιο λαβέσθαι
κῶας χρυσεόμαλλον. ὁ δ' οὐκ ἀπίθησεν ἀκούσας·
αὐτὰρ ἀειράμενος δέρας ἄπλετον ἶκτ' ἐπὶ νῆα.
Ἥρωες Μινύαι μέγ' ἐγήθεον, ἂν δ' ἄρα χεῖρας
ἀθανάτοις ἤειραν, οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.
ὣς οἱ μὲν πέρι κῶας ὀπώπεον· αἶψα δ' Αἰήτης
ἀμφιπόλων ἤκουσεν ἀποιχομένην Μήδειαν.
ὦκα δ' ἄρ' Ἀψύρτῳ ἐπετέλλετο λαὸν ἀγεῖραι,

1018. φολῇσι Ruhnk. 1021. ἀκούσας Ask. Voss. Vind. Ruhnk. Vulgo ἀθρήσας. 1024. τοὶ et εὐρεῖν Ruhnk. 1026. ἄκουσεν Voss. 1027. ἀγειραι Voss. ἀγείρειν vulgo.

1018. Hic locus me olim iuvenem exercuit. Neque nunc vir factus, quid ei faciam, reperio. Forte haec ob oculos erant Nonno XXIX. p. 746. νωθρὸν ἐπὶ σκιόεντι πέδῳ παρὰ γείτονι φηγῷ θῆκε καρηβαρέοντα. RVHNK. Schneiderus, male metro consulens, coniecit: δολιχὴν δ' ἀμφαυγέα σπείρην θῆκε καρηβαρέων χαμάδις, ex Apollonio IV. 150. s. B. Slothouwerus δολιχὴν δ' ἄρ' ἐπὶ χθονὶ δειρήν. Heynius δολιχὴν δ' ἀμφὶ χθονὶ δειρήν. Codicis Ruhnkeniani lectio indicium habet expulsi οἵ, quo omisso ἀμφὶ addiderunt librarii. Καρηβαρέων φολίσιν, in quo haeret Schneiderus, est *caput squamis grauatus*. Similia attulit H. Stephanus in Thes. T. II. p. 69.

1021. (1016) Placet illud ἀκούσας, nec dubitassem recipere, nisi scrupulum mihi illud iniiceret, quod non apparet, cur aut quo genere erroris aliquis ἀκούσας in ἀθρήσας mutarit: deinde, peraguntur haec sacra, quibus sopitur draco, per amica silentia. Forte illa adhortatio Medeae, qua animum Iasoni addidit, non fuit vocalis, aut concepta verbis; sed nutu modo, vultu, manus motu peracta, quam videns, et ipsum draconis somnum, illi paruit. GESN.

1023. Quod Schneiderus, copulae omissione offensus, coniicit, ἥρωες Μινύαι δέ γ' ἐγήθεον, sensui et sermonis legibus repugnat. Re grauissima, et in qua totius expeditionis summa versabatur, peracta, copulam omittere recte potuit, quod ne apud Homerum quidem rarum est.

1025. Heynius coniecit ἐποίπνυον. Verbum vsurpasse noster ὀπωπέω videtur, vt supra v. 184.

Digitized by Google

μασεύειν οἳ παῖδα πασιγνήτην καὶ ὄπατρον·
ἀλλά οἱ ὠκὺς ἔπειγε παρὰ προχοὰς ποταμοῖο
ἐς λόχον ἡρώων, ἔκιχεν δ' ἄρα παρθένον αἰνήν·
νὺξ δέ οἱ ἀτροχίτων μέσσην παράμειβε πορείαν.
ἐκ δ' ἐτελεῖτο δόλος συγερὸς καὶ κῆρες ἀϊδναί,
Μηδείης ὑπ' ἔρωτος, ἐρικλυτῆ Ἀψύρτοιο,
ὃν ῥα κατακτείναντες ἐπὶ προχοὰς μεθέηκαν
ὀργυμένῳ ποταμοῖο· φέρεν δ' ὅγε κύματι κραιπνῷ.
θεινόμενον δίναις δ' εἰς κῦμ' ἅλιος ἀτρυγέτοιο

1028. μασεύειν δ' ἄρα παῖδα vulgo. 1029. ἀλλὰ ὃς AIC. ἀλλά ἑ inde a Stephano. ἀλλά οἱ Voss. Vind. Ruhnk. 1030. Vulgo εἰς. 1031. δέ οἱ Voss. Vind. Ruhnk. δέ τόν vulgo. 1035. κύματι Voss. Ruhnk. Vulgo πνεύματι. 1036. θεινόμενος δὲ δίναις εἰς vulgo.

1028. Non immerito displicet Schneidero δ' ἄρα. Id igitur in οἳ mutauit. Constructio eadem, quae v. 612. ξέσσε δ' ἐπισταμένως βρέτας ἱερὸν ἰδμοσύνῃσι, μίμνειν ἔμπεδον αἰὲν ἐπ' ἐσσομένοις ἀνθρώποις.

1029. (1024) Reliqui lectionem Stephanianam, Ἀλλὰ ἑ, quia nondum obseruatum mihi exemplum, vbi ἐπείγειν ponatur pro medio ἐπείγομαι, festino q. d. vrgeo me. Ceterum longe commodior orietur sententia, si sumamus ἔπειγε positum pro ἐπείγετο, et cum antiquis exemplaribus legamus Ἀλλὰ ὅς, ea sententia, quam in versione posui. GESN.

1029. Intolerabilem versum dedit Ruhnkenii coniectura: ἀλλά οἱ ὠκὺς ἐπείγετο πὰρ προχοὰς ποταμοῖο. Vsum verbi actiui significatione media Schneiderus versu 993. tuetur. Addere poterat ἔπειγε, tragicis vsitatum, apud Soph. Electr. 1435. Eurip. Orest. 789. (797) Phoen. 1295. (1286) Heracl. 752. Vide Porsonum ad Orest. 288.

1031. Vindob. Voss. et meus: νὺξ δέ οἱ ἀτροχίτων. Semel monuisse satis sit, illud οἱ, quod poeta singulari ratione frequentauit, non nisi in vetustis codicibus exstare; in recentioribus, tanquam in Vratislauiensi et Regio, plerumque vel in δή, vel in ἄρα, vel in aliam particulam, mutatum esse. RUHNK.

1035. Quum per se satis magnam auctoritatem habet lectio κύματι, tum rectius corpus mortui θεινόμενον δίναις, quam fluvius θεινόμενος πνεύματι, quod melius in mare quadrat, dicitur.

1036. (1031) Legendum videtur Θεινόμενος δίναις, ne prior huius nominis syllaba contra

Digitized by Google

κέλσεν ὑπὲρ νήσων, Ἀψυρτίδας ἃς καλέουσιν.
ἀλλά οἱ οὔτι λάθον Δί' ἐπόψιον, οὐδὲ θέμιστας.
αὐτὰρ ἐπεὶ νηὸς μὲν ἔσω κίον, ἠδ' ἑκάτερθεν
ὄχθης πείσματ' ἔκοψαν, ὑπ' εἰρεσίῃσι θοῇσιν
πλεῖον ἐπειγόμενοι ποταμοῦ τόμον· οὐδὲ κατ' ἰθὺ

1037. κέλσε δ' ὑπὲρ Schneiderus pro vulgato κέλσεν ὑπὲρ. 1038. ἀλλά οἱ Schneiderus e Voss. Vind. Ruhnk. Vulgo ἀλλ' ἄρα. Idem codd. οὐδὲ θέμιστας. Vulgo ἠδὲ θέμιστας. 1039. ἠδ' ἑκάτερθεν Schneiderus e Voss. Vulgo ἐκ δ' ἑκάτερθεν. 1040. ἔχθης Voss. εἰρεσίαις θοαῖσι idem. ὑπειρεσίῃς Wrat. Vulgo ὑπ' εἰρεσίῃς δὲ θοῇσι. 1041. τόμον Schneiderus e Voss. Vulgo τάμον, οὔτι κατευθύ.

perpetuam consuetudinem etiam nostri poetae corripiatur. GESN.

1037. Quomodo Absyrti corpus e Phasidis ostiis in sinum Adriaticum ad Absyrtidas insulas ferri fluctibus potuerit, ad illa γεωγραφούμενα argonautica pertinet, de quibus sententiam vno loco dicere est commodius. GESN.

1038. (1033) Θέμιστας redditum est per Nemesin in Eschenbachiana. Ad sententiam bene. Sed non inuenio, vbi personae sint θέμιστες, nisi forte Οδ. Π, 403 Εἰ μέν κ' αἰνήσωσι Διὸς μεγάλοιο θέμιστες. Verum hic etiam lectio variat et interpretum sententiae. Hic quidem locus indicat, θέμιστας non de iudicibus modo humanis dici, sed etiam de aeterna lege iustitiae, quam fas dicere solent. GESN.

1039. (1034) Illud ἑκάτερθεν significat ab vtraque ripa, dextra et sinistra, deligatam fuisse navim: neque adeo latum valde ibi fuisse flumen: nisi dicamus ἑκάτερθεν ad nauis duo latera pertinere, vnde aptae orae ad vnam modo ripam alligatae sint. Porro illam oportet fuisse magnam ἀμπλακίην, quod non senserunt se aduerso flumine remigare. Nempe haec prima et maxima poena scelerum atque impietatis apud priscos, quod bonam mentem scelerati amittunt. Itaque ἀφραδέας appellat Minyas v. 1040. Caeterum ab hoc praesertim inde loco conferre qui voluerit, quae disputantur in praelectione 1 de navigationibus Phoenicum etc. §. 3 et hanc partem melius intelliget, et de toto poemate iudicabit rectius. GESN.

1041. Ποταμοῦ τόμον recte Schneiderus de brachio Phasidis interpretatur. Locum Plinii VI. 4. qui vastos amnes, Hippon et Cyaneon e diuerso in Phasin ad oppidum Aeam confluere dicit, non huc traxerim. Neque enim aduerso flumine nauigasse Argonautas manifestum est. Οὔτι in οὐδὲ mutari debuisse, apertum est. Deinde κατ' ἰθὺ pro κατευθύ, quod etiam infra v. 1211. legebatur, scripsi. Epicorum

Digitized by Google

πόντον ἐπ' ἰχθυόεντα διὰ ῥόμα Φάσιδος εὐρὺ
ἱέμεθ'· ἀμπλακίη δὲ φορεύμεθα πολλὸν ὀπίσσω
αἰὲν ἀναπλείοντες· ἐλείπετο δ' ἄχεα Κόλχων
ἀφραδέσιν Μινύαις, ὀνοφερὴ δέ σφ' ἄμπεχεν ὄρφνη.
αὐτὰρ ἐπειγόμενοι θέομεν ῥόον ἀφραδίῃσιν.
μεσσάτιοι πεδίοιο· βροτοὶ δέ μιν ἀμφινέμονται
Γυμνοί, Βεγόμαι τε, καὶ Ἄρκυες ἀγριώπαι,
Κερκετικῶν τ' ἀνδρῶν φῦλον, Σινδῶν τ' ἀγερώχων·
οἳ νάσσαντο μεσηγὺ Χερρονησείων αὐλώνων,

1043. δὲ φορεύμεθα Voss. Ruhnk. Vulgo δ' ἀφορεύμεθα. Comma post hoc verbum sustulit Schneiderus, et post ὀπίσσω collocavit. 1045. σκοτερὴ δέ τε ἄμφεχεν ὄρφνη vulgo. Schneiderus ex Ruhnk. hanc ipsam vulgatam lectionem ἄμφεχεν notavit, vt credibile sit, aliud quid esse in eo codice, fortasse ἄμπεχεν. 1048. Βεγόμαι Voss. Vind. Ruhnk. ἀγριώπαι Ruhnk. 1049. Κερκετικῶν Voss. Vind. Ruhnk. Vulgo Κερκετικόν. Dein Σινδῶν Ruhnk. Vulgo Σιντῶν. 1050. Schneiderus e Voss. κάσσαντο, quod est etiam in Ruhnk. κήσαντο Vind.

est ἰχθύς, quod saepius in εὐθὺς mutarunt librarii. In Dionys. Perieg. 549. Κιμμέριον δ' ὄρος τὸ διὰ Βόσπορον ἰχθὺς ἰόντι e quibusdam codd. legendum. In Batrachomyomachia v. 45. eadem varietas, vbi recte Wolfius ἰχθὺς edidit. Ita etiam in Homerico hymno Mercurii v. 342. ἰχθὺ Πύλονδ' ἐλάων, et v. 355. ἐς Πύλον, ἰχθὺς ἐλῶντα scribendum. Καϊ' ἰχθὺ est apud Aratum Phaen. v. 59. Caeterum Cribellus in versione totum versum omisit.

1045. Ruhnkenius ὀνοφερὴ coniecit, si cui suspecta esset forma σκοτερή. Eam emendationem recipere non dubitaui, licet Schneiderus σκοτερὴ inter singularia nostri poetae numerari velit. Natum vocabulum e glossa σκοτεινή. Hesychius: ὀνοφεῖ. σκοτεινῇ. Praeterea in his verbis ὀνοφερὴ δέ τε ἄμφεχεν ὄρφνη et omissio pronominis, et hiatus, et insuitata forma verbi vitiosam lectionem arguunt. Eam igitur correxi.

1049. (1044) Σιντῶν τ' ἀγερώχων] Σίνδων omnino scribendum cum Strabone lib. XI. et Plinio. ECCH.

1049. (1044) Σινδὸς etiam in regione Pontica collocat Dion. v. 681. Nolui tamen lectionem mutare, cum possit esse διττογραφία. OXON.

1050. (1045) Non dubito quin dederit auctor νήσαντο ex illo

Digitized by Google

Καυκάσιον παρὰ πρῶνα, διὰ σφετέρης Ἐρυθείας.
ἀλλ' ὅτ' ἀπ' ἀντολίης ἐφάνη τερψίμβροτος ἠώς,
ποιανθεῖ νήσῳ πρόσεκέλσαμεν· ἔνθα τε δίσσαὶ
χεύμασιν ἀπλήτοισι περισχίζουσι ῥέεθρα
Φᾶσίς τ' εὐρυμενής, ἀκαλαῤῥείτης τε Σαράγγης·
τὸν ῥα πλημμύρουσα διὰ χθονὸς εἰς ἅλα πέμπει

Dein vulgo χαραυδαίων τ' αὐλώνων. 1053. ποιανθεῖ Ask. Voss. PAIC. ποιανθῇ inde a Stephano. Vulgo ἔνθα δὲ δίσσοί. 1054. Vulgo ἀπλώτοισιν. Schneiderus ἀπλάτοισιν e coni. Pierſoni. 1055. σαραγγῆς Ruhnk.

themate, de quo ad 952 dictum eſt: νέω, νήω, νηνέω, congerendo ſtruere ſignificat: hinc ναὸς et ναίω et ναιετάω. Hinc illud Heſiodeum Ἔργ. 639 Νάσσατο δ' ἄγχ' ἑλικῶνος, *Struxerat ſibi* h. e. habitabat prope Heliconem. GESN.

1050. Ruhnkenius νήσαντο corrigebat; quamquam nullum huius formae exemplum in promptu habens. Attulit tamen ſimilia, νησάντο e Dionyſii Perieg. 549. et ναιήσαντο, ᾤκησαν ex Heſychio. Schneiderus, quod ſatis mirari nequeo, κείσαντο, vt ſingulare et noſtri proprium, tuetur. Ego correxi ad epicorum normam. Τὸ deleri iuſſit Ruhnkenius.

1051. (1046) An ab hac dicti Erythini illi, de quibus Apollo. 2. 943 Σήσαμον, αἰπεινήν τε παρεξενέοντ' Ἐρυθίνας· Add. quae dicentur ad 1054. GESN.

1053. (1048) Ποιάνθῃ] Vide Holſtenium ad Stephanum voce Φᾶσις. ESCH.

1053. (1048) Hanc inſulam, cuius non nomen proprium, ſed epitheton videtur ποιανθής, hirbis florida, efficiunt duo fluuii Phaſis et Saranges, qui findunt circa illam, diuiduntque ſuos fluctus. Phaſin autem hunc ita deſcribit noſter, vt ſit in regione mediterranea coniunctus et continuus cum illo Colchico. Retro enim aduerſo illo primario Phaſide Argonautae remigantes per plures populos, tandem per hunc alterum in Maeotin paludem enauigant. Cf. 1051. GESN.

1053. Δίσσοι non bene dicebatur, nullo ſequente nomine. Neque ἔνθα δὲ hic ferri poterat.

1054. Pierſoni coniecturam ad Moerin p. 25. ἀπλάτοισι probavit etiam Ruhnkenius.

1055. (1050) Ἀκαλαῤῥείτης τε σαράγγαις] Legebatur alias σαρράγγης, ſed H. Stephanus mutauit, forte non adeo neceſſaria correctione. vid. Plin. lib. VI. c. XVI. ESCH.

1055. (1050) Neſcio quid viderit Eſchenbachius. Editum fuit, vt a reliquis, ita ab H. Stephano σαρράγγης. GESN.

1056. (1051) Hinc demum intelligere mihi videor quae modo

Digitized by Google

Μαιῶτις καναχηδὸν ἑλειονόμου διὰ ποίης.
καὶ τόθ' ὑπ' εἰρεσίῃ πλέομεν διὰ νύκτα καὶ ἦμαρ·
δισσαῖς δ' ἐν τριμόροισι Βοὸς πόρον ἐξικόμεσθα,
λίμνης ὄντα μεσηγύ, βοοκλόπος οὗ ποτε Τιτὰν

1058. εἰρεσίῃσι Ruhnk. τότε ὑπειρεσίη Wrat. 1060. λιμνησσὸν Voss. λίμνης, ὄντε ante Gesn. Dein quod alios omnes habere dicit Gesnerus, ὅποτε, pro eo certe in Crat. scriptum οὗ ποτε. vt ipse Gesnerus dedit.

dicta sunt ad v. 1048. Secundum hanc poetae descriptionem Saranges e palude Maeotica in terram infunditur: intus iungitur cum Phaside, et illius vndis mixtus exit in Pontum Euxinum. Vtrum hoc hodie etiam verum sit, vtrum aliunde etiam constet, iam non habeo dicere: sed hanc versuum, quos tractamus, sententiam esse, non dubito. GESN.

1059. (1054) Multum de hoc loco laboraui, fateor: vtrum aliquid effecerim, videre lectoris est. Primo, quae essent δισσαὶ τρίμοροι, non caret difficultate. Sed si recte Budaeus de asse p. 17 quem solum adhuc laudare auctorem possum, τρίμορον s. τρίμοιρον est dodrans $\frac{3}{4}$, vti δίμοιρον (De quo etiam Sa. Tenulius ad Iamblich. in Nicomachi Arithmet. p. 101 et al.) bes, $\frac{2}{3}$. Fuerint igitur δισσαὶ τρίμοροι ἡμέραι duo dodrantes diei s. dies integer cum dimidio. Porro βοὸς πόρον hic esse Bosporum Cimmerium, non est dubium. Hic Bosporus medius est inter Maeotida paludem et Pontum Euxinum, quos commercio aquarum iungit. Iam rationem adfert Poeta, vnde illud fretum Bospori nomen habeat. Fidit ibi aperuitque πόρον, transitum paludis in mare Euxinum, boui robusto insidens, Titan βοοκλόπος. Sed hic quis est? Herculem, et Geryonae boues huc aduocare non licet. Titan quidem vocatur ille ab ipso nostro Hym. 11, 1: verum κλέπτειν non solet Hercules, furari illum pudet: rapit potius. Βουκλόπος θεὸς Porphyrii de antro Nymph. p. 119 Barn. ὁ τὴν γένεσιν λεληθότως ἀκούων (s. ἀνύων) plane huc nihil facit. Inter Titanas proprie dictos, Gigantes certe Terrae filios, est Alcyoneus: de quo Apollod. Bibl. 1, 6 p. 19 Οὗτος τὰς Ἡλίου βόας ἐξ Ἐρυθίας ἤλασε. Verum boues Solis stabulabantur in Erythia insula Gadibus vicina. Stabulabantur etiam in Sicilia (vid. Bochart. Phal. 1, 27 p. 570). Quis vero in his fabulis antiquissimis consensum et constantiam requirit? Noster quidem certe Erythian in hac ipsa regione agnoscit v. 1046 et Erythinos habet Apollo. Argon. 2, 943. Ab Erythia illa Hispanica Hercules Geryonae boues abduxit: quamquam in hoc etiam variatur. Vid. Eustath. ad Dionys.

Digitized by Google

ταύρῳ ἐφεζόμενος βριαρῷ πόρον ἔσχισε λίμνης.
καί ῥα παγημερίῃσι πονεύμενοι εἰρεσίῃσιν,
Μαιώτας πρώτους ἀφικάνομεν ἀβροχίτωνας·
ἠδὲ Γελωνὸν ἔθνος, Βαδυχαίτων τ' ἄπλετα φῦλα,
Σαυρομάτας τε, Γέτας, καὶ Γυμναίους, Κέρκυφάς τε,

1063. πρώτους ἀφικάνομεν Voss. Vind. Paris. πρώτας ἀφικάνομεν PAIC. Ask. Wrat. πρώτους ἱκάνομεν Ruhnk. πρῶτ' εἰσαφικάνομεν vulgo. Lectionem Vossianam habuit iam Dionysius. Ibidem ἀκροχίτωνας Voss. Vind. 1064. Voss. Vind. Ruhnk. ἠδὲ γελωνῶν ἔθνος βαδυάγρων τ'. 1065. Γέτας τε καὶ Ask. Voss. vt Gesnerus notauit. Parisiensem addit Schneiderus. Sed Ruhnkenius in Voss. et Paris. Γέτας τε ις, in Vind. γαίας τε ις. in Ruhnk γαίτας τε ις esse dicit. γέτας τε ις etiam PAIC. Vulgo Γέτας καὶ Γυμναίους.

v. 558. Maneat, dum quis adferat certius, Cimmerius Bosporus de poetae nostri sententia nomen et ortum debet Titani, boue per illum inuecto, quem Alcyonea gigantem vocat Apollodorus. Plura disputata sunt in praelect. cit. §. 3 quae vel ideo reponi, qualia erant, placuit, vt appareat certe, me hoc egisse, vt loco obscuro lucem vndecunque quaererem. OESN.

1059. Vitium latere in vulgata lectione putat Schneiderus.

1063. (1058) Cum totus remotioris antiquitatis tenor, ita tum forte etiam haec appellatio ἀβροχιτώνων indicat, antiquissimos, quos Graeci norant, harum regionum homines, non fuisse ab omni cultu molliori et humaniori (indifferenter enim vtimur his nominibus) remotos. Sed nec negauerim, posse ἀστειμόν fuisse in tali appellatione: illud modo monendi interdum videntur lectores, vt cogitent, non in fera barbarie, sed in culta olim Phoenicum, Aegyptiorum, Graecorum commerciis et coloniis, regione, ac felici sub caelo, se versari. OESN.

1063. Vossianam lectionem merito iam Schraderus probauit in Obseru. p. 78.

1064. (1059) Βαδυχαίτων proprium gentis nomen esse debet, quod non magis miror, quam Galliam *comatam* aut braccatam, aut Langobardos e. i. g. a. Sed alias nondum obseruaui. Forte erit tempus, cum regiones, nimium hodie vel neglectas eruditis peregrinatoribus, vel inaccessas, monumenta e profundo eruta illustrabunt. OESN.

1065. Consensus librorum, τὰ post Γέτας inserentium, facit vt suspicari possis, pro Γυμναίους reponendum esse Τλαίους. Τλαίη memorata Herodoto IV, 9.

Digitized by Google

Ἀρσωπάς τ', Ἀριμασπά τ' ἔθνη, πολυπάμονα λαόν,

1066. Vulgo Ἀρσοπάς τ' Ἀριμάσδας, ἔθνη πολυπήμονα λαῶν. Ask. ἀριμάδας. Voll. Viad. Ruhnk. Ἀριμάσπας.

18. 54. 55. 76. et Stephano Byzantino. Hylaeos habet Plinius IV. 26. qui per eos Hypanin fluere dicit. Schoenemannus in Geogr. Argon. p. 17. male corrigit Γυμναίους τε Γρύπας τε. Melius Thunmannus in epistola Schneideri, quae est in noua bibliotheca philologica, Germanice scripta, Lipsiae 1778: vol. IV. p. 299. populum intelligi putat, quem Λιμναίους vocat Ephorus in fragmentis Scymni Chii post Holstenii notas ad Stephanum p. 578. Vnde Ephoro recentiorem esse nostrum coniicit.

1066. (1061) Ἀρσώπ.] Pro ἀριμάσδας sunt qui ἀριμάσπας reponendum putant: (licet ἀριμασποὶ potius vocentur) sed ego multa hic et alia nomina populorum deprauata esse existimo, sicut et paulo post. H. STEPH.

1066. (1061) Ἀριμάσδας] Ἀριμάσπας hoc loco reponendum esse, nullum est dubium. Sed et pleraque in hoc auctore, quae ad Geographiam spectant, adeo sunt obscura, adeo forte etiam corrupta, vt impossibile sit ea loca vel explicare feliciter, vel corrigere sine Manuscriptorum codicum ope. Quamobrem Tuam, Lector, circa talia nonnulla veniam petere et plane ἀπέχειν satius esse duco, quam me non optime fundatis coniecturis cauillatorum petulantiae exponere. Hoc tantum hic monendum ratus sum, me cum Holstenio (in Ἀριμάσποι) ἄρσωπας in hoc versu non agnoscere nomen gentis, quod facit H. Stephanus, sed arbitrari Epitheton esse Arimasparum *monoculorum* et *torue tuentium*. ECKH.

11. Ob duplicem sexum διφυεῖς vocari Deos, monui ad Argon. 14: Pro ἄμβροτος, ἄφθιτος est apud Eusebium. Ceterum hic versus, itemque 13 et 14 absunt apud hunc pariter et Proclum, atque in solidum debentur libro de mundo et Stobaeo MS. GESN. Omittit etiam Steuchus.

Digitized by Google

13. 14. Omittit hos versus etiam Steuchus. Pro eo, quod v. 13. legebatur, Ζεὺς πνοιὴ πάντων, reposui Ζεὺς πνοιὴ ἀνέμων. Vide Odyss. II. 148. Hom. hymn. in Solem v. 14.

15. Pro ἀρχιγένεθλος apud Aristotelem ἀρχιπέραννος ex v. 9 repetitum temere. GESN.

16. Apud Clem. Alex. Strom. 5 p. 726, 14 est μέγας ὑρανὸς εἶδων, Ἐν δὲ τὰ πάντα τέτυκται, ἐν ᾧ τ. π. κ. Procl. in Tim. 3 p. 174, 1 Δαίμων καὶ ὁ Δημίουργὸς ὠνόμασαι παρ' Ὀρφέως, ἐν οἷς φησιν, Ἐν πράτος, εἷς δαίμων ἐγένετο μέγας ἀρχὸς ἀπὸ πάντων, quae emendare licet, μέγας ἀρχὸς ἐγένετ' ἀπὸ πάντων. GESN.

17 et 18. Etiam tanquam Orphei citantur a Stobaeo Ecl. Phys. 1, 13 pr. p. 25, nisi quod vitiose editum Ἐν δαίμας. GESN

19. Quae hinc sequuntur, sunt ex Eusebio Praep. 3, 9, nisi quod hunc versum habet etiam Proclus in Tim. 2 p. 102, 40 et lib. 3 p. 156, 2. Videtur autem masculino genere posuisse Μῆτιν, quae alias Dea est, non modo Platoni, qui Pori matrem facit eius, qui ex Penia Amorem progenerauit, Sympos. p. 328, A; sed, quod magis huc pertinet, Hesiodo, qui primam Iouis vxorem facit, quam ex se grauidam Minerua coniux deuorauit etc. Vid. Theog. 886; atque ipsis adeo Orphicis, Minerua, Ἀθηνᾶ, eadem, si credimus Eschenbachio Epig. p. 49. Mihi quidem non contigit in testem antiquum huius rei incidere. Nam Hesychiana συνωνυμία, σύνεσις, βυλή, τέχνη, γνώμη, δόλος, ἀπάτη, καὶ ἡ θεός, potest ad Hesiodeam Platonicamque Metin referri. Sed Μῆτιν non minus quam Φάνητα et Ἡρικαπαῖον esse masculina Dei nomina apud Orphicos, ex MSS. Damascii et Procli locis apparet, quos laudauit Bentleius in epistola ad Millium de Ioanne Malela p. 2 sq. vbi inter alia felici emendatione restituit versum, Μῆτιν σπέρμα φέροντα θεῶν κλυτὸν Ἠρικεπαῖον. Et p. 4 ex Procli MS. Ἄβρὸς Ἔρως, καὶ Μῆτις ἀτάσθαλος. Cf. Fr. 8, 1. Locum e Proclo in Timaeum, citatum Eschenbachio Epig. p. 55 Μῆτίς τε πέλομαι καὶ πέρθεσι, nondum obseruaui. GESN. Versus 19 non est apud Steuchum, sed qui sequitur, apud eum est vltimus.

20. Procl. in Tim. 2 p. 94, 16 Orpheo tribuit hunc versum Πάντα γὰρ ἐν Ζηνὸς μεγάλω τάδε σώματι κεῖται, καί, Ζηνὸς δ' ἐν γαστέρι συμπαπφύκει. Leg. μεγάλῳ σώματι. De altero vid. hic v. 8. GESN.

21. Eodem pertinet Procl. in Tim. 1 p. 50, 2 Ὀρφεὺς τῶν δυνάμεων τάξιν ἐνδεικνύμενος, Τῶδ' ἤτοι κεφαλὴ μέν, φησίν, Οὐρανὸς αἰγλήεις, Ὄμματα δ' ἠέλιός τε καὶ ἀντιόωσα σελήνη. Itaque hic rescribam, τῷ δή τοι κεφαλὴ μέν, ἰδεῖν, π. κ. π. vel sola interpunctione mutata, κεφαλὴ μέν, ἰδεῖν καὶ κ. π. et *pulchri adspectu vultus*. Vigerius ad Eusebium coniicit ἴδοις· sed sic sequi deberet Οὐρανὸν etc. Ceterum similis plane Orphica Ia-

Digitized by Google

vi est Sarapis, qui de se apud Macrob. Sat. 1, 20 ita respondit Nicocreonti,

Εἰμὶ θεὸς τοιόσδε μαθεῖν, οἷόν τ' ἐγὼ εἶπον·
οὐράνιος κόσμος κεφαλή, γαστὴρ δὲ θάλασσα,
γαῖα δέ μοι πόδες εἰσί, τὰ δ' ὦτ' ἐν αἰθέρι κεῖται,
ὄμμα τε τηλαυγὲς λαμπρὸν φάος ἠελίοιο. GESN.

26. Ἀντιόωσα Lunae epitheton respectu Solis: quam non videmus, nisi quatenus Soli opposita et velut obuia, radios illius ad nos reflectit, vt aiunt philosophi, refert, reiicit. Nescio vnde sit apud Cl. Heringam ἀνταυγοῦσα, nam Stobaei locus refert ἀντιόωσα. GESN.

27. Νοῦς — ἀψευδὴς apud Proclum in Tim. 3 p. 164, 29 tum Eusebium et Stobaeum ll. cc. legitur sine varietate. Interea non sine veri similitudine Heringa dedit Οὗς ἀψευδές, βασιλῆιον, quod suadere videtur v. 30, et laudatum ad v. 21 Sarapidis oracului, τὰ δ' ὦτ' ἐν αἰθέρι κεῖται. Mutare tamen nolui tres voces, in quibus libri consentiunt: cum etiam νοῦς huc pulchre conuenire, quin vnice conuenire videatur, h. e. intelligendi facultas. Etenim ὁ νοῦς etiam audit, videt: solus νοῦς est, non ὄς, qui φράζεται, intelligit, cogitat. Νοῦς vocari potest βασιλῆιος, qui etiam in homine sit τὸ ἡγεμονικόν. Illa deinde tam verbose inculcata αὐδή, ἐνοπή, πτύπος, ὅσσα ad ὦας referuntur. His versibus poterat vti Clarckius ad naturam spatii sui declarandam, quatenus illud sensorium quoddam Dei dici posse putauit. Qui hic νοῦς est, ille v. 31 νόημα vocatur. GESN. Apud Eusebium νοῦς δέ γε ἀψευδὴς.

28. Pro κλύει, κυκλεῖ est apud Eusebium. GESN. Ἐστὶν abest apud Eusebium.

29. Οὔτ' ἐνοπή, οὔτε πτύπος, οὔτε μὲν ὅσσα; Euseb. Αὐδή, οὔτ' ἐνοπή, οὔτε πτύπος ἐδέν, Οὐ μένος λήθει Stobaeus MS. Vnde fecit Heringa, οὐδὲ πτύπος, οὐ μένος οὐδέν, Ὃ λήθει. Scilicet non adhibuit Vir doctus locum Procli. GESN. Αὐδά, οὐδ' ἐνοπή, οὐδ' αὖ πτύπος apud Proclum.

30. Ἡ λήθει legendum, pro Ἠλύθει, quod est apud Proclum, iam viderat H. Stephanus. Pro ὦας apud Eusebium legitur υἷας. Vigerius suspicabatur ὦτα. Nempe sententiam vidit: ὦας praeferat Criticus, etiam si absque Proclo et Stobaeo esset. GESN.

31. Ἔχει Heringa. Bene, puto: sed nec alterum damnem. Stobaeus MS. pro ἠδὲ νόημα habet ἡ δ' ἕνι σῆμα Σῆμα δέ οἱ κ. τ. λ. Vnde effinxit Heringa, ἠδ' ἐπίσημον. Σῶμα δέ οἱ. Scilicet Eusebium non contulit Vir eruditus, solo vsus praestanti ingenio. GESN. Legebatur ἔχεν.

32. Partem horum versuum ita refert Proclus in Tim. 3 p. 153, 3 Ταῦτα οὖν ὁ θεολόγος εἰδὼς (elementa omnium rerum πρώτως, et per causam suam esse in opifice mundi) περὶ τῦ δημιουργῦ φησι, Σῶμα δέ οἱ πυριφεγγὲς (sic ille pro Eusebiano περιφ.

Digitized by Google

recte, puto) ἀπείριτον, ἀσυφέλικτον, et ſtatim, Ὧμοι μὲν — εὐρυβίης. Et ceteris omiſſis Μέσση δὲ ζώνη βαθυηχέος (ſic pro meliori βαρυηχ.) οἴδμα θαλάσσης. Πυμάτη δὲ βάσις χθονὸς ἔνδοθι ῥίζαι. GESN.

33. Dedi lectionem H. Stephani, niſi quod ille habet ὀμβριμόγυιον. Apud Euſebium eſt Ὄβριμον pro Ἄτροπον. Sed Stob. MS. Ἄτροπον ὀμβρόγυιαν, vnde ὀμβριμόγυιον fecit Cl. Heringa. Sed illud μ ante β ſemibarbaris librariis deberi, non dubito, in voce Homero Heſiodoque frequentata. Vid. Euſtath. ad Od. A, 101 de Minerua ὀβριμοπάτρῃ, p. 26, 21. GESN.

36. Ποτᾶται et mox παμμήτειρα editum negligentius apud Euſebium, παμμήτωρ Stob. MS. παμμήτης lectionem H. Steph. tuetur Δημήτης. Sed παμμήτειρα eſt in Hymno Homerico 29, 1. GESN.

39. Πυμάτη — χαίης habet Proclus etiam in Tim. 3 p. 211, 2 et inde conficit in Demiurgo προϋπάρχειν τὰ αἴτια. GESN.

41. Legebatur αὖθις. Steuchus hos duo verſus affert p. 427. vbi ſic ſcripti inueniuntur:

πάντα τάδε κρύψας αὖθις φάος ἐς πολυγηθὲς
μέλλεν ἀπὸ κραδίης προφέρειν παλινθέσκελα ῥέζων.

42. Hos duo verſus habet Proclus in Tim. 2 p. 99, 14 ita, Πάντα τάδε κρύψας, αὖθις παλιθέσκελα ῥέζων. Vltimum ſic Procl. in Tim. 2 p. 64, 3 ἤμελλεν ἀπὸ κραδίης προφέρειν πάλιν θέσκελα ἔργα. Πάλι pro πάλιν eſt etiam H. 2, 10. Apud Ar[illegible]otelem l. c. ad v. 9 ita eduntur, Πάντας γὰρ κρύψας αὖτις φ. εἰ. π. Ἐξ ἑσπῆς κραδίης ἀνενέγκατο μέρμερα ῥέζων. Eodem modo Clem. Alex. Stro. 5 p. 722, 23, niſi quod hic eſt π' αὖθις. Ro. Stephanus in Euſebio ſic vt dedimus, niſi quod παλιθέσκελα, vna voce ſcriptum. In Stobaeo MS. Πάντα δα . . . κρύψας αὖθις φάος εὐπολύγηθε Μέλλε ἀπὸ κραδίης πάλαι θέσκελος ῥέζων. vnde Heringa, Πάντα δ' ἀποκρύψας, αὖθις φάος ἐς πολυγηθὲς Μέλλε ἀπὸ κραδίης ἀνενέγκαι θέσκελα ῥέζων. Cogitet lector hic etiam, quod de magna illa varietate ad v. 9 monuimus. GESN.

VII.

Ex Macrobio Sat. 1, 18
De Phanete h. e. Sole ac Dionyſo.

Τήκων αἰθέρα θεῖαν, ἀκίνητόν περ ἐόντα,
ἐξανέφηνε θεοῖς ὥραν κάλλιστον ἰδέσθαι,
ὃν δὴ νῦν καλέουσι Φάνητά τε καὶ Διόνυσον,
Εὐβουλῆά τ' ἄνακτα, καὶ Ἀνταύγην ἀριδηλον·

Digitized by Google

ἄλλοι δ' ἄλλο καλοῦσιν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων.
πρῶτος δ' ἐς φάος ἦλθε, Διώνυσος δ' ἐπεκλήθη,
οὕνεκα δινεῖται κατ' ἀπείρονα μακρὸν Ὄλυμπον·
ἀλλαχθεὶς δ' ὄνομ' ἔσχε, προσωνυμίας τε ἕκαστον
παντοδαπὰς κατὰ καιρόν, ἀμειβομένοιο χρόνοιο.

Et quibusdam interiectis,

Orpheus Liberum atque Solem vnum esse Deum eundemque demonstrans, de ornatu vestituque eius in sacris Liberalibus ita scribit:

Ταῦτά γε πάντα τελεῖν ἱερᾷ σκευῇ πυκάσαντα,
σῶμα θεοῦ πλάττειν ἐριαυγοῦς Ἠελίοιο.
πρῶτα μὲν ἀργυφέαις ἐναλίγκιον ἀκτίνεσσιν
πέπλον φοινίκεον πυρὶ εἴκελον ἀμφιβαλέσθαι.
αὐτὰρ ὕπερθε νεβροῖο παναιόλου εὐρὺ καθάψαι
δέρμα πολύστικτον θηρός, κατὰ δεξιὸν ὦμον,
ἄστρων δαιδαλέων μίμημ' ἱεροῦ τε πόλοιο.
εἶτα δ' ὕπερθε νεβρῆς χρύσεον ζωστῆρα βαλέσθαι,
παμφανόωντα, πέριξ στέρνων φορέειν, μέγα σῆμα
εὐθὺς ὅτ' ἐκ περάτων γαίης φαέθων ἀνορούσων
χρυσείαις ἀκτῖσι βάλῃ ῥόον ὠκεανοῖο,
αὐγὴ δ' ἄσπετος ᾖ, ἀνὰ δὲ δρόσῳ ἀμφιμιγεῖσα
μαρμαίρῃ δίνῃσιν ἑλισσομένη κατὰ κύκλον
πρόσθε θεοῦ, ζώνη δ' ἄρ' ὑπὸ στέρνων ἀμετρήτων
φαίνετ' ἄρ' ὠκεανοῦ κύκλος, μέγα θαῦμ' ἐσιδέσθαι.

Et 1, 23

Solem esse omnia et Orpheus testatur, his versibus:

Κέκλυθι τηλεπόρου δίνης ἑλικαυγέα κύκλον
οὐρανίαις στροφάλιγξι περίδρομον αἰὲν ἑλίσσων,
ἀγλαὲ Ζεῦ, Διόνυσε, πάτερ πόντου, πάτερ αἴης,
Ἥλιε παγγενέτορ, Πὰν αἰόλε, χρυσεοφεγγές.

Digitized by Google

Et 1, 17 p. 195.

Apollinem πατρῷον cognominauerunt, vt auctorem progenerandarum omnium rerum — vt ait Orpheus:

πατρὸς ἔχοντα νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν.

1. Quis sit ille τήκων αἰθέρα, ex ipsa re intelligitur, nempe primus Opifex rerum et Demiurgus. Sed quid sit τήκειν τὸν αἰθέρα, solus forte redux ab inferis Orpheus dixerit. Metuo enim, ne, si omnia denuo conducam et componam, quae conduxit Pauli Leopardi Eschenbachiique diligentia, et ex MSS. protulit Bentleius (Epist. ad Millium sub Io. Malela p. 5) de Phanete illo Orphico, de quo, e quo ille prosiliit etc. tamen nihil ad hanc rem proficiam. Itaque contentus ero apposuisse solum hoc, quod e MS. Damascio dedit Bentleius, Οὐχὶ δὲ καὶ Ὀρφεὺς ἀπὸ τοῦ Ὠοῦ, παράγει καὶ τῆς Νεφέλης ἐαγείσης τὸν πολυτίμητον Φάνητα κ. τ. λ. Τήκειν αἰθέρα et ῥήσσειν νεφέλην illo quidem videntur mihi synonyma: mirum fuerit, si hodie sic loquatur Philosophus. Sed cogitemus, quas notiones antiquum vulgus et hodiernum nomini *caeli* adiunxerit. Phaneta, *aetheris filium*, statim videbimus. Quae alioqui sunt in Orphicis carminibus, ea commodius leguntur ad Argon. 15 et ad H. 5. et mox Fr. 8. GESN.

2. Ἐξανίφηνε θεοῖς conuenit cum verbis Damascii de principiis apud Wolfium Anecd. 3 p. 209 pr. Ὅ, τε γὰρ Ἑλλήνων θεολόγος Ὀρφεὺς πρῶτον ἐποίησε τὸν Φάνητα καθορώμενον ὑπὸ τῶν θεῶν. Procl. in Tim. 2 p. 132, 25 cum dixisset nomine χρὼς (color) significari τὸ ὁρατόν, addit exemplum, Θαύμαζον καθορῶντες ἐν αἰθέρι φέγγος ἄελπτον, Τοῖον (sic leg. pro τὸ ὄν) ἀπέστιλβε χρόος ἀθανάτοιο Φάνητος. Pro ὥραν reponere cogitabam Ὦρον, quod Solis apud Aegyptios, praeceptores Orphei et discipulos, nomen esse, ipse docet Macrob. 1, 21. Sed retinui, quod Orphicam esse hanc appellationem nondum obseruaui, et quod commode et Graece dicitur Φάνης ὥραν κάλλιστος. De illa pulchritudine Phanetis Procl. in Tim. 2 p. 132, 8. Διὸ καὶ παῖδα Ὀρφεῖ — ὁ Φάνης περικαλλὴς αἰθέρος υἱὸς ὠνομάζεται, καὶ ἄβρὸς Ἔρως — διὸ καὶ κάλλιστος ὀνομάζεται. Aetheris igitur filius est Phanes. Ad eum refert Lactantius 1, 5, 5 versum Orphei Πρωτόγονος Φαέθων περιμήκεος ἠέρος υἱός. Addit, *Aliud enim amplius quod diceret, non habebat. Hunc* ait esse omnium Deorum parentem, quorum causa caelum condiderit — Ἔκτισεν ἀθανάτοις δόμον ἄφθιτον. GESN.

3 et 4. Τε ac τ' reposui pro δὲ et δ' sententia postulante, et antiquis exemplaribus. Εὐβυλέας quos alias vocet, ostendit Index. Ἀντουγεῖς sidera generale epitheton H. 6, 6 v. v. Ita-

Digitized by Google

que etiam hic malim αὐταυγῇ. GESN. Versum tertium ex Orpheo affert Diodorus Siculus I. 11. ita scriptum: τοὔνεκά μιν καλέουσι Φάνητά τε καὶ Διόνυσον.

10. Operosa praeceptio de ornatu et vestitu sacerdotis, remotae antiquitatis et pene Mosaicae indicium. GESN.

14. 15. Παναιόλον δέρμα malim, et πολυστίκτου θηρός. GESN.

17. Νεβρῆ est pellis hinnulei, νεβρῦ, vt λεοντῆ, e. i. g. a. Vsitatius νεβρὶς, νεβρῆ puto adhuc Lexicis exsulat. Supra hinnuleam pellem a dextro humero suspensam balteus induendus est aureus. Hunc ζωστῆρα fert circa ipsa praecordia, πέριξ στέρνων. Alia est ζώνη v. 23 ὑπὸ στέρνων. GESN. Νεβρῆ Argon. 451.

18. Hic habitus debet symbolum esse Solis orientis, et praecedentis eum aurorae. GESN.

23. Ἀμετρήτου malim, vt ad Oceanum referatur. GESN.

28. Πὰν αἰόλε pro vitioso παναίολε scripsi.

VIII.

De Phanete ac Titanibus ex Proclo et aliis. Conf. ad Fr. 6, 19 et 7, 3.

In Tim. 2 p. 102, 37.

Πάλαι ὁ Θεολόγος ἔν γε τῷ Φάνητι τὴν δημιουργικὴν αἰτίαν ἀνύμνησεν. Ἐκεῖ γὰρ ἦν τε καὶ προῆν, ὥσπερ ἔφη καὶ αὐτός,

— Βρόμιός τε μέγας, καὶ Ζεὺς ὁ πανόπτης.

Et paucis interiectis habet versum, (de quo ad Fr. 6, 19)

καὶ Μῆτις πρῶτος γενέτωρ, καὶ Ἔρως πολυτερπής,

αὐτός τε ὁ Διόνυσος καὶ Φάνης καὶ Ἠρικεπαῖος συνεχῶς ὀνομάζεται.

Et p. 99, 9.

ὡς τότε πρωτογόνοιο χανὸν μένος Ἠρικεπαίου
τῶν πάντων δέμας εἶχεν ἑῇ ἐνὶ γαστέρι κοίλῃ,
μίξε δ' ἑοῖς μελέεσσι θεοῦ δύναμίν τε καὶ ἀλκήν.
τοὔνεκα σὺν τῷ παντὶ Διὸς πάλιν ἐντὸς ἐτύχθη.

Ex Athenagora apol. p. 72.

ἂν δὲ Φάνης ἄλλην γενεὴν τεκνώσατο δεινὴν

Digitized by Google

νηδύος ἐξ ἱερῆς, προσιδεῖν Φοβερωπὸν ἔχιδναν,
ἧς χαῖται μὲν ἀπὸ κρατός, καλόν τε πρόσωπον
ἦν ἐσιδεῖν, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη Φοβερσῖο δράκοντος
αὐχένος ἐξ ἄκρης.

Proclus in Tim. 3 p. 137, 11.

Ὁ θεολόγος μόνον παράγει * τὸν Φάνητα,
σπέρμα Φέροντα θεὸν κλυτόν. —
Οὐρανὸς μὲν γὰρ μετὰ τῆς γῆς πρόεισιν,
ἡ δὲ πάλιν γαῖάν τε καὶ ἠέρα εὐρὺν ἔτικτε. —
Κατὰ τὴν τρίτην γονὴν ἡ γῆ προήγαγεν (conf. v. 21)
ἑπτὰ μὲν εὐειδεῖς κόρας, ἑλικώπιδας, ἁγνάς,
ἑπτὰ δὲ παῖδας ἄνακτας ἐγείνατο λαχνήεντας.
— Ὁ δέ γε Φάνης μόνος τε πρόεισιν, καὶ ὁ αὐτὸς
ἀνυμνεῖται θῆλυς καὶ γενέτωρ —
αὐτὸς ἔης γὰρ παιδὸς ἀφείλετο κόριον ἄνθος.

Et ibid. p. 137, 26.

Τὰ λόγια τὸν μέγιστον τῶν θεῶν (Φάνητα) πηγὴν πηγῶν προσαγορεύει, καὶ μόνον ἀπογεννῆσαι τὰ πάντα φησίν.

ἔνθεν ἄδην θρώσκει γένεσις πολυποικίλου ὕλης,
ἔνθεν συρόμενος πρηστὴς, ἀμυδρὸς πυρὸς ἄνθος,
πάσμων ἐνθρώσκων κοιλώμασι. πάντα γὰρ ἔνθεν
ἄρχεται εἰς τὸ κάτω τείνειν ἀκτῖνας ἀγητάς.

Et L. 5 p. 295, 30 conferenda cum v. 14 sq.

Τίκτει ἡ γῆ λαθοῦσα τὸν οὐρανόν, ὥς φησιν ὁ θεολόγος,
ἑπτὰ μὲν εὐειδεῖς κόρας, ἑπτὰ δὲ παῖδας ἄνακτας.
Θυγατέρας μὲν, Θέμιν καὶ εὔφρονα Τηθύν,
Μνημοσύνην τε βαθυπλόκαμον, Θείαν τε μάκαιραν.
ἡ δὲ Διώνην τίκτεν, ἀριπρεπὲς εἶδος ἔχουσαν,

Digitized by Google

Φοίβην τε Ῥείην τε, Διὸς γενέτειραν ἄνακτος.
Παῖδας δὲ ἄλλες τοσέτες,
Κοῖόν τε Κρεῖόν τε μέγαν, Φόρκυν τε κραταιόν,
καὶ Κρόνον, Ὠκεανόν θ', Ὑπερίονά τ', Ἰαπετόν τε.

Deinde, in fine paginae, de Caelo f. Vrano,

ὡς ἐνόησ' αὐτὲς ἀμείλιχον ἦτορ ἔχοντας,
καὶ φύσιν ἐκνομίην·
ξίπτε βαθὺν γαίης ἐς τάρταρον.

Et ſtatim p. 296, 1.

Τῶν ἄλλων Τιτάνων εἰς τὴν κατὰ τὸ πατρὸς ἐπιβυλὴν ἰεμένων, ὁ Ὠκεανὸς ἀπαγορεύει τε πρὸς τὰς τῆς μητρὸς ἐπιτάξεις, καὶ ἐνδοιάζει περὶ τῆς τάξεως.

ἔνθ' ἔμ' Ὠκεανὸς μὲν ἐνὶ μεγάρισιν ἔμιμνεν,
ὁρμαίνων, ποτέρωσε νόον τρέποι, ἢ πατέρα ὃν
γυμνώσῃ τε βίης, καὶ ἀτάσθαλα λωβήσαιτο
σὺν Κρόνῳ ἠδ' ἄλλοισιν ἀδελφοῖς, οἳ πεπίθοντο
μητρὶ φίλῃ, ἢ τές γε λιπὼν μένοι ἔνδον ἕκηλος.
πολλὰ δὲ πορφύρων, μένεν ἤμενος ἐν μεγάρεσσι,
σκυζόμενος ἦ μητρὶ κασιγνήτοισι δὲ μᾶλλον.

Idem in Tim. 1 p. 57 extr. de Titanibus, victos eſſe ab Olympiis,

καὶ κρατερὸι περ ἐόντες ἀμείνονος ἀντιάσαντες,
ὕβριος ἀντ' ὀλοῆς καὶ ἀτασθαλίης ὑπερόπλου.

Athenag. apol. p. 66.

κέρως δ' ἐρανίωνας ἐγείνατο πότνια γαῖα,
οὕς δὴ καὶ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέουσιν,
οὕνεκα τισάσθην μέγαν ἐρανὸν ἀστερόεντα.

Procl. in Tim. 2 p. 100, 3.

οἳ Ζηνὶ βροντήν τε πόρον, τεύξάν τε κεραυνόν.

Digitized by Google

πρῶτοι τεκτονόχειρες, οἱ Ἥφαιστον καὶ Ἀθήνην
δαίδαλα πάντ' ἐδίδαξαν, ὅσ' ἐρανὸς ἐντὸς ἐέργει.

Procl. in Tim. L. 3 p. 184, 47.

ἑπτὰ δὲ πάντα μέρη κόρε (Bacchi) διεμοιρήσαντο,
φησὶν ὁ θεολόγος περὶ τῶν Τιτάνων.

Id. L. 1 — apud Eſchenb. Epig. p. 55.

Τιτῆνες κακομῆτοι, ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντες.

Contulimus huc Stephani exemplo pluſcula de Phaneta ac Titanibus: non quo cohaerere ea putemus, aut vllo modo in vnum velut corpuſculum coire poſſe: qua in re fruſtra laborarunt Chryſippus, Proclus, Eſchenbachius: ſed vt hoc ipſum, ſi cui lubeat, eo facilius queat inquirere et cognoſcere. GESN.

3. De famoſo hoc Orphicorum Ericapaeo vid. ad Hym. 5, 4. Nempe pro ἤρικεπαῖον, reſcripſi Ἠρικεπαῖον. GESN.

4. Legebatur τῶν πάντων τε δέμας εἶχεν ἐνὶ γαστέρι κοίλῃ. Apud Proclum δὲ pro τέ, et mox μίξε δ' οἷς.

6. Eſt hoc initium eius fragmenti, quod dedimus n. 6. Vnde etiam hic poſuimus σὺν τῷ παντὶ, pro inepto σὺν τῷ πάρα. GESN.

8. De hac ἐχίδνῃ ſ. dracone plura Athenag. p. 65. GESN.

* Orpheus *inducit* in carmine ſuo Phaneta ſolum fine coniuge generantem omnia. Sed mox Οὐρανὸς μετὰ γῆς πρόεισιν, *procedit* ad generandum: rurſus ἡ γῆ προήγαγεν, Terra *produxit*, genuit, filias. Et v. 16 ὁ Φάνης μόνος πρόεισιν. GESN.

14. Eſchenbachius haec et quaedam e ſequentibus recte ſic concinnauit in Epigene p. 100.

ἑπτὰ μὲν εὐειδεῖς κούρας, ἑλικώπιδας, ἀγνάς,
ἑπτὰ δὲ παῖδας ἄνακτας ἐγείνατο λαχνήεντας·
Θυγατέρας μὲν τίκτε Θέμιν, καὶ εὐφρονα Τηθύν,
Μνημοσύνην τε βαθυπλόκαμον, Θείάν τε μάκαιραν,
ἠδὲ Διώνην τίκτεν, ἀρίπρεπες εἶδος ἔχουσαν,
Φοίβην τε, Ῥείην τε, Διὸς γενέτειραν ἄνακτος.
κούρας δ' Οὐρανίωνας ἐγείνατο πότνια Γαῖα,
ὅς δὴ καὶ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέουσιν·
οὕνεκα τισάσθην μέγαν Οὐρανὸν ἀστερόεντα·
Κοῖόν τε, Κρεῖόν τε μέγαν, Φόρκυν τε κραταιόν,
καὶ Κρόνον, Ὠκεανόν θ', Ὑπερίονά τ' Ἰαπετόν τε.

Sed quaedam ille ſcripturae vitia retinuerat.

16. Κύριον Schneiderus pro κύριμον, ad Argon. 1336.

Digitized by Google

17. Ἄδην θρώσκει legendum, i. copiose, affatim prosilit, pro ἀδηθρώσκει, quod hic est, aut ἄρδην θρώσκει, vt habetur in eod. versu apud Procl. in Tim. 2 p. 118, 22. Bentleius in epistola ad Mill. sub Io. Malela p. 5 ex Damascio MS. dedit Ἔνθεν ἀποθρώσκει γένεσις πολυπιδάκι ὕλῃ. Πολυποίκιλον ὕλην habet ter Proclus. GESN.

21. Εὐώδεις est in Procl. Sed sine dubio praeferendum quod ex eodem dedimus v. 17. Non puto voluisse virum hic etiam versus ipsos Orphei referre, quos reconciunare facile alioquin fuerit: sed verba, omissis quibusdam, posuisse e memoria. Caeterum in hac genealogia Hesiodus quaedam mutauit Theog. 134 sq. Nec per omnia conuenit Apollod. Bibl. 1, 1, 3, qui tamen easdem septem Titanidas habet. Qui hic est Κρεῖος, apud Hesiodum Κρεῖος, et apud Apollodorum Κρῖος scribitur. GESN.

26. Κραταιὸν reposui versus causa pro πρατερόν. GESN.

32 et 33. Corrupti videntur duo versus: restituantur, si legere placeat, ἠὲ πατέρ' ὃν Γυμνώσῃ. Sic τέρ' produci possit propter literam asperam et asperum, qui statim sequitur, spiritum. Γυμνοῦν βίης est viribus, tanquam armis, nudare. GESN. Legebatur ἠὲ πατέρα ὃν γνώσῃ.

34. Oceanum etiam ab illa coniuratione liberat Apollod. 1, 1, 3. GESN.

36. Legebatur ἤμερος.

37. Legebatur τῇ μητρί apud Gesnerum. In Procl o.

IX.

Procl. in Tim. 4 p. 283, 11
Luna ἀντίχθων.

Μήσατο δ' ἄλλην γαῖαν ἀπείρατον, ἥντε σελήνην
ἀθάνατοι κλῄζουσιν, ἐπιχθόνιοι δέ τε μήνην·
ἣ πολλ' ὄρεα ἔχει, πολλ' ἄσεα, πολλὰ μέλαθρα.

Addit Eschenb. Epig. p. 160 ex eod. libro

ὄφρ' ἐν μηνὶ τρέπῃ, ὅπερ ἥλιος εἰς ἑνιαυτόν.

Hunc versum Eschenbachius e IV. libro Procli, tres priores e III. affert. Horum duo priores tantum in loco, quem Gesnerus indicauit, leguntur.

Digitized by Google

X.

Procl. in Tim. 2 p. 63, 49 Dei Opificis cum Nocte deliberatio.

Ὁ τῷ παντὸς ποιητὴς — πρὸς τὴν Νύκτα τῷ Θεολόγῳ πεποίηται λέγων·

Μαῖα, θεῶν ὑπάτη, Νὺξ ἄμβροτε, πῶς τάδε, φράζε,
πῶς δεῖ μ' ἀθανάτων ἀρχὴν κρατερόφρονα θέσθαι;

καὶ ἀκούει παρ' αὐτῆς,

αἰθέρι πάντα πέριξ ἀφάτῳ λάβε, τᾷδ' ἐνὶ μέσσῳ
οὐρανῷ —

καὶ περὶ πάσης ἑξῆς ἀναδιδάσκεται τῆς κοσμοποιΐας.

Πρὸς δὲ τὸν Κρόνον πάλιν, μετὰ τὰς δεσμὰς ἴ, μόνον ἐκ εὐχόμενος, φησίν·

ἔρθω δ' ἡμετέρην γενεήν, ἀριδείκετε δαῖμον.

Similis dialogiſmus eſt apud eundem in Tim. 2 p. 96, 2.

πῶς δέ μοι ἔν τι τὰ πάντ' ἔσαι, καὶ χωρὶς ἕκαστον;
αἰθέρι πάντα πέριξ ἀφάτῳ λαβέ· τῷ δ' ἐνὶ μέσσῳ
οὐρανόν, ἐν δέ τε γαῖαν ἀπείριτον, ἐν δὲ θάλασσαν,
ἐν δέ τε τείρεα πάντα, τά τ' οὐρανὸς ἐξεφάνωται.

Καὶ δὴ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὑποθεμένη δημιουργημάτων, ἐπήνεγκεν,

αὐτὰρ ἐπεὶ δεσμὸν κρατερὸν ἐπὶ πᾶσι τανύσσῃς,
* σειρὴν χρυσείην ἐξ αἰθέρος ἀρτήσαντα.

1. Apud eundem Proclum in Tim. 4 p. 294, 16 hic verſus ita finitur, πῶς τάδε φράζεις; Ceterum quod Μαῖα hic vocatur Nox, videri poteſt, eam velut obſtetricem intelligi rerum omnium genitarum, vt in H. 2 pr. θεῶν γενέτειρα καὶ ἀνδρῶν, et v. 2 γένεσις

Digitized by Google

πάντων appellatur. GESN. Scripsisse videtur: πῶς τάδε φρεζεις, ὡς δεῖ.

3. Etiam haec paullo aliter referri alias, mox videbimus v. 7. GESN.

†) Postquam in vincula Saturnum coniecerat Iupiter, qui hic Demiurgus s. Opifex mundi est, ipsius consilium, quasi suppliciter precans, sibi expetit. GESN.

5. Apparet, etiam hic consuli a Demiurgo *Noctem*, quam forte ex hac ipsa fabula *consilii matrem* fecere iuniores; nisi potius hoc ipsum quoque hac fabula innuere voluit Orpheus, noctis silentium consiliis agitandis accommodatum esse. V. ad H. 8, 8. GESN.

6. Secundum haec Aether extremum continens omnium rerum: intra hunc Caelum: in hoc denique Terra, Mare, Sidera. Vid. ad 19, 4. GESN.

8. Legebatur ἐτεφάνωτο.

9. Scripsisse videtur περὶ πᾶσι.

10. Hunc versum adieci ex Proclo in Tim. 3 p. 146, 43. Huc etiam pertinet Procl. in Tim. L. 3 p. 173, 52. Κρατερὸς μὲν γὰρ καὶ ὁ δεσμὸς ὁ ἀπὸ νῶ καὶ ψυχῆς, ὡς καὶ Ὀρφεύς φησιν, ἀλλὰ μείζων ἡ τῆς χρυσῆς σειρᾶς ἕνωσις, καὶ μειζόνων τοῖς πᾶσιν ἀγαθῶν αἰτία. Aurea talis catena Homero quoque placuit Il. Θ, 19, quam irridere solet Lucianus. GESN.

XI.

Stobaeus Serm. 77 (LXXIX.) p. 455, 28. Iustitia Dei.

Ζεὺς δ' ἐφορᾷ γονέων ὁπόσοι τίσι θέμισας,
ἠδ' ὅσοι ἐκ ἀλέγουσιν, ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντες·
καὶ τοῖς μὲν πρόφρων τε καὶ ἤπιος ἐσθλὰ δίδωσι,
τοῖς δὲ κακὰ φρονέων νεμεσίζεται Εὐμενίδεσσι.
δειναὶ γὰρ κατὰ γαῖαν Ἐριννύες εἰσὶ τοκήων.

4. Durius culus hic versus. Εὐμενίδεσσιν (vid. H. 68 et 69) debet esse Dativus instrumenti vel modi adeo, hac sententia, Iupiter malis irascitur per Furias h. e. Furiis immittendis eos punit. Iupiter poetarum ethicus iniurios in parentes liberos vlciscitur, physicus ipse patrem deiicit etc. GESN. Gesnerus ediderat ἐνεχῇ et πρόφρων καὶ ἤπιος. Reposui scripturam Stobaei.

Digitized by Google

XII.

Sextus Empir. contra Math. 2, 31 et 9, 15.
Vita ante leges.

Ἦν χρόνος, ἡνίκα φῶτες ἀπ' ἀλλήλων βίον εἶχον σαρκοδακῆ· κρείσσων δὲ τὸν ἥττονα φῶτα δάϊζε.

Dixit, quae debent et possunt dici, ad vtrumque locum Fabricius. GESN.

XIII.

Plato Philebo extr. p. 94, H. et Plutarch. p. 391, C.

Ἕκτῃ δ' ἐν γενεᾷ (φησὶν Ὀρφεὺς) καταπαύσατε κόσμον * ἀοιδῆς.

Prouerbii instar vtroque in loco poni videtur, vt post quinque genera vel gradus adeo, nihil superesse sextum indicetur. Sed an eadem sententia posuerit auctor, non dixerim. Seuerior Neander in Theognidem p. 292 med. Operis aurei, putat Orphea hunc versum posuisse, de nobilibus illis VI millenorum annorum aetatibus, de quibus multa Iudaei et ex his Christiani. Vid. Fabric. Cod. Pseudepigr. V. T. p, 1079 sq. GESN.

* Plut. θυμόν. GESN.

XIV.

Plato Cratylo p. 265, A, vbi Orphicam et Heracliticam Philosophiam comparat.

Λέγει δέ πε καὶ Ὀρφεύς, ὅτι

Ὠκεανὸς πρῶτος καλλιῤῥόε ἦρξε γάμοιο,
ὅς ῥα κασιγνήτην ὁμομήτορα Τηθὺν ὄπυιεν.

Io. Stobaeus Ecl. Phys. 1, 13 p. 25 repetit emendatius, vt videtur,

Ὠκ. πρώτιςα καλιῤῥόος κ. τ. λ. et addit,
Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ
Οὐρανὸν ἀςερόενθ', ἵνα μιν περὶ πάντα καλύπτοι,
ὅς ῥ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.

Digitized by Google

GESN. Fallitur Gesnerus. Platonis lectio vera est. Versus, qui apud Stobaeum sequuntur, Hesiodi sunt e Theogoniá 126. seqq. HERM.

Sequuntur apud Stobaeum aliquot Iambici, quos his subnexuit et pro Orphicis dedit Elchenbachius: quos nos quoque referemus, non pro Orphicis quidem: videntur enim Tragici antiqui potius esse: sed quod omniscientiam diuinam, licet formulis incommodis et parum exquisitis, describunt, et quod paullo emendatiores qui legantur, digni sunt; puto autem sic:

Οὐ ὐδὲ εἷς λέληθεν, ὐδὲ ἓν ποιῶν,
οὐδ' ἂν ποιήσων, ὐδὲ πεποιηκὼς πάλαι,
οὔτε θεὸς, ὐδ' ἄνθρωπος, ὅστός εἰμ' ἐγώ,
ἀέρ' ὃν ἄν τις ὀνομάσειε, καὶ Δία,
ἐγώ, ὃ θεῦ 'στιν ἔργον, εἰμὶ πανταχῦ,
ἐνταῦθ' ἐν Ἀθήναις, ἐν Πάτραις, ἐν Σικελίᾳ,
ἐν τοῖς πάλεσσι πάσαις, ἐν ταῖς οἰκίαις
πάσαις, ἐν ὑμῖν πᾶσιν· ὐκ ἔστι τόπος,
οὗ μή 'στιν αὴρ· ὁ δὲ παρὼν ἁπανταχῦ
πάντ' ἐξ ἀνάγκης οἶδε πανταχῦ παρών.

GESN. Versus hi sunt Philemonis. Vide Heeren. ad Stob. Ecl. p. 70.

XV.

Dio Chrysost. Corinth. p. 458.

Ἐγένετο δὲ καὶ τῶν νεῶν ἄμιλλα· καὶ Ἀργὼ ἐνίκα· καὶ μετὰ ταῦτα ἐκ ἔπλευσεν, ἀλλ' αὐτὴν ἀνέθηκεν ὁ Ἰάσων ἐνταῦθα (Corinthi) τῷ Ποσειδῶνι, καὶ τὸ ἐπίγραμμα ἐπέγραψεν, ὃ λέγουσιν Ὀρφέως εἶναι·

Ἀργὼ τὸ σκάφος εἰμί, θεῷ δ' ἀνέθηκεν Ἰάσων,
Ἰσθμια, καὶ Νεμέοις ξεψάμενον πίτυσιν.

Vltimum actum fabulae Argonauticae, et Medeae furores Corinthum vulgo referri a Tragicis, notum. Noster Orpheus Argon. 1366 Iolcum reducit Iasonem et Argo. Consentit alter Sophista Aristides, qui in Isthmiaca, To. 1 p. 24 Iebb. tribuit Corintho aedificationem Argûs, causam coniecturae interferens, ὁ γὰρ ἡγεμὼν αὐτῆς — φαίνεται δεῦρό τε καταγόμενος αὐτὴν, καὶ δεῦρο ὁρμισάμενος· ponit vt certum, appulisse Iasonem Corinthi, et navem ibi subduxisse. GESN.

Digitized by Google

2. Στεφάμενον media voce et ad σκάφος relatum hoc indicare videtur, nauem a se ipsa, h. e. a suis vectoribus, coronatam esse: et solet sic Pindarus de sacrorum certaminum victoribus. conf.

XVI.

Clemens Alex. Cohort. p. 17 extr. et hinc Euseb. Praepar. 2, 3. Baubo Cererem exhilarat.

Παραθήσομαι δέ σοι αὐτὰ τῷ Ὀρφέως τὰ ἔπη, ἵν' ἔχῃς μάρτυρα τῆς ἀναισχυντίας τὸν μυσαγωγόν.

Ὡς εἰποῦσα πέπλους ἀνεσύρατο, δεῖξέ τε πάντα
σώματος ὕστι πρέποντα τύπον· παῖς δ' ἦεν Ἴακχος,
χειρί τε μιν ῥίπτασκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλποις.
ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἐνόησε θεά, μείδησε δ' ἐνὶ θυμῷ,
δέξατο δ' αἰόλον ἄγγος, ἐν ᾧ κυκεὼν ἐνέκειτο.

Arnobius aduersus gentes L. 5 p. 175.

Ipsos in medio ponemus versus, quos Calliopes filius ore edidit Graeco, et cantando per saecula generi publicauit humano.

Sic effata, sinu vestem contraxit ab imo,
obiecitque oculis formatas inguinibus res:
quas caua succutiens Bacchi manu': nam puerilis
olli vultus erat, plaudit, contrectat amice.
Tum Dea defigens augusti luminis orbes,
tristitias animi paullum mollita reponit:
inde manu poclum sumit, risuque sequenti
perducit totum cyceonis laeta liquorem.

Orpheo tribuunt sine dubitatione hos versus Clemens et Arnobius, et Eleusiniorum sacrorum, quorum ille Mystagogus, partem faciunt. Quantumuis leues sunt et turpiculi, multum tamen et forte plus satis elaborarunt viri docti in illorum vel lectione

Digitized by Google

vel sententia constituenda, Paulus Leopardus emendatt. 6, 25, Dz. Heinsius ad Clementem, Salmas. ad Soli. p. 527 sq. et Io. Corn. de Pauw ad Anacr. p. 181: quem suo more et iure hic exagitavit Doruillius Vanni Crit. p. 397 sqq. quae potest, cui volupe est, excutere. Nobis Orphica ista ex Orphicis explicare visum est iam nuper ad Claudia. 33, 16: sed paucis, et quantum sufficiat τοῖς μεμυημένοις. Ex Hymno 41 constat, λύσιον (Lyaeo cognatum nomen) et θεσμοφόρον Διόνυσον Eleusine coli: et H. 49, 7 it. 51, 9 non λύσιον ληναῖον modo dici; sed, quod vnice huc pertinet, παυσίλυπον, φιλάπονον, et statim ἐπάφιον, a verbo ἐφάπτομαι. *Tagen* a tangendo feliciter reddidit Scaliger: simplicior aliquis vocaret *contrectatorem*. In his versibus, vt illos proposui, Iacchus s. Bacchus, per id ipsum quod ἐπάφιος est, fit παυσίλυπος et φιλάπονος. Potuit in illa infantia et nuditate corporum ac verborum generis humani tam absurdum, vt nobis nunc videtur merito, commentum probari, potuit religiosas in cerimonias irrepere, non minus quam φαλλοφορίαι illae antiquorum et ritus alii, quos nemo non rideret vel despueret, nisi religione et vsu saeculorum consecrati essent. GESN.

1. Greg. Naz. in Iulia. 1 s. Orat. 3 p. 104, 6 sic dedit Ὡς εἰπῦσα θεὰ δοιὺς ἀνεσύρατο μηρούς. Sed aperte iniquus est et calumniator, cum Deae tribuit factum Baubûs, et cum addit, fecisse hoc Deam, ἵνα τελέσῃ τοὺς ἐρατὰς etc. GESN.

2. Legebatur οὐδὲ πρέποντα.

3. Χειρί τε μιν ῥίπτασκε legunt apud Clementem et Eusebium viri docti, et interpretantur puerum Iacchum a sua matre in sinum et complexum Baubûs missum: de qua re tamen nihil Arnobius: et quid sibi vult γελῶν, masculini generis Participium, quod verbo iungendum esse nemo, puto, dubitat. Hic audaciorem me fuisse fateor, quod cogitabam, a librario Iotacista eam mutationem inter dictandum fuisse inductam. GESN. Gesnerus edidit χεῖρά θ' ἑὴν ῥίπτεσκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλπος. Apud Clementem et Eusebium est χειρί τε μιν et κόλποις. Μὶν ad τύπον referendum censuit Doruillius.

4. Μείδησε bis in hoc versu vulgatum est. Sed sic nihil in Graecis respondet versui, *Tum Dea defigens augusti luminis orbes*, et quid sibi vult ignaua repetitio verbi μείδησε; Et iam Salmasius in Soli. p. 528, a A εἴδησε reposuit. GESN. Vulgo ἡ δ' ἐπεὶ ὖν μείδησε. Pro eo ἐνόησε scripsi.

7. *Formatas inguinibus res* videtur interpres Latinus, siue est ipse Arnobius, siue antiquior, dixisse, vt exprimeret nomen τύπον. GESN.

8. Heinsius coniiciebat; *Quas caua succutiens Baubûs manus*. GESN.

Digitized by Google

9. *Olli* legebatur apud Arnobium olim, quod ex MS. in *Ollis* mutauit Heraldus. *Baubo* et *Bacchi* tenuissimo discrimine distare, apertum. Casum mutauit, qui *Baubus* hic nomen esse debere, praesumserat. ORSN.

XVII.

Clemens Alex. Cohort. p. 15, 8.
Symbola quaedam mysteriorum Bacchi s. Dionysi.

Ὁ τῆς τελετῆς ποιητὴς Ὀρφεύς φησιν ὁ Θρᾴκιος·
Κῶφος καὶ ῥόμβος καὶ παίγνια καμπεσίγυια,
μῆλά τε χρύσεα καλὰ παρ' Ἑσπερίδων λιγυφώνων.

Arnobius adu. Gentes L. 5 p. 169.

— vt occupatus puerilibus ludicris distractus ab Titanibus Liber sit — Cuius rei testimonium — suis prodidit in carminibus vates Thracius, *Talos, speculum, turbines, volubiles rotulas, et teretes pilas, et virginibus aurea sumta ab Hesperidibus mala.*

Non voluit, puto, Arnobius versus Orphicos interpretari: sed sumsisse videtur hanc rerum ludicrarum enumerationem ex Alexandrino Clemente, qui statim post versus, quos damus, ita pergit, Καὶ τήνδε ὑμῖν τῆς τελετῆς τὰ ἀχρεῖα σύμβολα ὡς ἀχρεῖον εἰς κατάγνωσιν παραθέσθαι, ἀσφάγαλος, σφαῖρα, τροχίλος, μῆλα, ῥόμβος, ὕσοπτρον, πόπος. Quid sibi singula illa symbola voluerint, quaerere hodie, credo, serum est. ORSN.

XVIII.

Clemens Alex. Strom. L. 6 p. 738, 10.
Orphei versus ab Homero vsurpati.

Ὀρφέως ποιήσαντος,

Ὡς ἐ κύντερον ἦν καὶ ἰΐγιον ἄλλο γυναικός·

Ὅμηρος ἀντικρυς λέγει (Od. Λ, 426)
ὡς ἐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός.

Digitized by Google

Et p. 751, 22.

Εὕροις δ' ἂν καὶ Ὁμηρου, τὸν μέγαν ποιητήν, ἐκεῖνα τὰ ἔπη,

Οἷον δὲ τρέφει ἔρνος ἀνὴρ ἐριθηλὲς ἐλαίης,

(Il. P, 53) καὶ τὰ ἑξῆς, κατὰ λέξιν μετενηνοχότα παρ' Ὀρφέως ἐκ τῆ Διονύσε ἀφανισμῦ· ἔν τε τῇ θεογονίᾳ ἐπὶ τῦ Κρόνε Ὀρφεῖ πεποίηται·

κεῖτ' ἀποδοχμώσας παχὺν αὐχένα, καὶδ δέ μιν ὕπνος

ᾕρει παναδμήτωρ.

Ταῦτα δὲ Ὅμηρος (Od. I, 372) ἐπὶ τῦ Κύκλωπος μετέθηκεν.

Athenag. Legat. c. 15 p. 64 Dechair.

Ὁμήρε μὲν λέγοντος (Il. Ξ, 201. et 302)

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν.

Ὀρφέως δὲ, — ᾧ καὶ Ὁμηρος τὰ πολλά, καὶ περὶ θεῶν μάλιστα ἕπεται, —

Ὠκεανός, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.

Iusti. M. Cohortat. c. 16 p. 81 extr. Hutchini.

Τῦ Ὀρφέως

5 Μῆνιν ἄειδε Θεὰ Δημήτερος ἀγλαοκάρπε

ἐν ἀρχῇ τῆς ποιήσεως εἰρηκότος, αὐτὸς

Μῆνιν ἄειδε Θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος

γέγραφεν.

Clem. Alex. Strom. L. 5 p. 718, 30.

Υἱὲ Διὸς μεγάλοιο, Πάτερ Διὸς αἰγιόχοιο.

1. Vide Mitscherlich. ad Hom. h. Cer. p. 143.

5. Quam μῆνιν Δήμητρος cecinerit Orpheus, colligitur ex locis Clementis Alex. et Arnobii, quae damus ad Argon. 17. GESN. Vide infra fragm. ined. 33.

7. Locus Clementis corruptus, aut truncatus, aut perturbatus videtur, quod hic persequi non licet. Sed hoc apparet, voluisse efficere, in Deo esse Patrem et Filium etiam de Orphei et Homeri sententia. GESN.

Digitized by Google

XIX.

Physica quaedam et Geographumena.

Proclus in Timaeum L. I p. 29, 29.

Καὶ φύσεως κλυτὰ ἔργα μένει, καὶ ἀπείριτος αἰών.

Clemens Alex. Strom. L. 6 p. 746, 11.

Ὀρφέως ποιήσαντος,

ἔστιν ὕδωρ ψυχῇ θάνατος δ' ὑδάτεσσιν ἀμοιβή.
ἐκ δ' ὕδατος γαίη, τὸ δ' ἐκ γαίης πάλιν ὕδωρ.
ἐκ τοῦ δὲ ψυχή, ὅλον αἰθέρα ἀλλάσσεσθαι.

Ἡράκλειτος ἐκ τούτων συνισάρεσνος τὰς λέξεις. ὧδέ πως γράφει, ψυχῇσι θάνατος, ὕδωρ γενέσθαι· ὕδατι δὲ θάνατος, γῆν γενέσθαι· ἐκ γῆς δὲ ὕδωρ γίνεται, ἐξ ὕδατος δὲ ψυχή.

Idem Strom. 5 p. 672 extr. e Dionysio Thrace Grammatico mentionem facit symboli τῶν θαλλῶν (ramorum) τῶν διδομένων τοῖς προσκυνοῦσιν, additque,

Φησὶ γὰρ Ὀρφεὺς ὁ Θρᾴκιος,

Θαλλῶν δ' ὅσσα βροτοῖσιν ἐπὶ χθονὸς ἔργα μέμηλεν.
οὐδὲν ἔχει μίαν αἶσαν ἐπὶ φρεσίν, ἀλλὰ καὶ κλεῖται
πάντα πέριξ· εἶναι δὲ καθ' ἓν μέρος ἃ θέμις ἐστίν.
ἀλλ' ἔχει, ὡς ἤρξαντο, δρόμῳ μέρος ἶσον ἕκαστος.

οἱ θαλλοὶ ἤτοι τῆς πρώτης τροφῆς σύμβολον ὑπάρχουσι κ. τ. λ.

Ibid. p. 673, 25.

Βέδυ τὰς Φρύγας τὸ ὕδωρ φησὶ καλεῖν, καθὸ καὶ Ὀρφεύς,

καὶ βέδυ νυμφάων κατεπαλίβετο ἀγλαὸν ὕδωρ.

Digitized by Google

Procl. Tim. 1 p. 38, 7 Οὐ μόνοι οἱ Μαθηματικοὶ λέγουσι περὶ τῆ μὴ πᾶν κλίμα πρὸς ἀνθρώπων οἴκησιν σύμμετρον, ἀλλὰ καὶ Ὀρφεὺς ἔτεσι διορίζων. Διώρισε δ' ἀνθρώποις

χωρὶς ἀπ' ἀθανάτων ναίειν ἕδος, ἦ μέσος ἄξων
ἠελίῳ τρίπεται, πρωτινεύμενος, ἔστε τι λίην
ψυχρὸς ὑπὲρ κεφαλῆς, ἔστ' ἔμπυρος, ἀλλὰ μεσηγύς.

Ad hos versus alludere videtur Sextus Emp. Pyrrh. 3, 30. Ὁμολόγηται ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν principia rerum omnium dixit. Repetit adu. Math. 9, 361. GESN.

2. Abrupta breuitas obscurum reddit versum. Sed quod Heracliticum dogma continere dicitur, facile est illum supplere, adhibita praesertim illa etiam obseruatione, in quam frequentissime incidimus de vna voce duas velut personas sustinente, h. e. semel posita, bis intelligenda, nunc eodem intellectu, nunc diuerso. Nempe hoc dicit Orphicus versus, *Aqua mors est animae* h. e. aeri, dum in illam densatur, sed *mors* etiam *aquis* sunt *vices*, dum illae rursus in aera extenuantur. Non immoramur hic in Heraclitico dogmate illustrando: sed monemus, his versibus firmari, quae de illo disputauimus in Comm. Acad. Scientt. Gotting. T. I. vbi de animabus Hippocratis h. e. Heracliti. GESN.

3. Versum vacillantem fulcias, si pro τὸ legas τότε. GESN. Gesnerus edidit, τὸ δ' ἐκ γαίης. Apud Clementem est τὸ δὲ ἐκ γαίης.

4. Ψυχὴ ὅλον αἰθέρα ἀλλάσσει significare videtur, aer omne spatium circumfusum telluri (hic enim est aether) mutat in suam naturam, vt pro aqua, vaporibus, nubibus nihil nisi aer esse videatur. Iam 10, 6 αἰθὴρ videtur ita poni, vt non tam elementum fluidum, quam spatium, quo continentur omnia, notet. GESN.

5. Aenigmatis instar hic locus habet. Vniuersim quidem inconstantiam illam et illum fluxum omnium rerum Heracliticum explicari his versiculis, videtur. Sed quid proprie sibi voluerit symbolum θαλλῶ, siue *rami*, neque Grammaticus Dionysius, neque Clemens satis docent; multo minus quae sint ἔργα θαλλῶν. Si interpretari verbotenus locum velis, ita fuerint verba ordinanda, Ὅσα ἔργα θαλλῶν βροτοῖσιν ἐπὶ χθονὸς μέμηλεν, ἐκείνων (hoc enim pronomen supplendum est) Οὐδὲν ἔχει, μίαν αἶσαν ἐπὶ φρεσίν. Aut nihil dicit, aut θαλλὸς intelligit ipsos homines, quatenus virent, vigent, procedunt, sed etiam arescunt, abscinduntur subito. Secundum haec fuerit talis sententia: Quaecunque curant

Digitized by Google

agitantur homines, illorum nihil ne in animis quidem illorum vnam conſtantemque ſortem vel rationem habet etc. Caeterum inter antiquiſſimos Orphicorum ritus fuiſſe θαλλοφορίαν, Dionyſo propriam, credibile eſt: cuius ritus imitationem etiam Iudaeis placuiſſe, putat Spencerus de Legib. Ebrr. ritual. 4, 5 et Lakemacherus Obſeruatt. 1, 2 de ritibus quibusdam Bacchicis. Dionyſius et Clemens tamen, cum διδομένους τοῖς πρασινοῦσι θαλλοὺς memorant, ſpeciatim ramos illos olivae, ſupplicantium geſtamen, intellexiſſe videntur. GESN.

9. De voce Βέδυ, aquam notante, plura ſunt ex Didymo Grammatico apud Clem. l. c. GESN.

XX.

Proclus in Platonis Theol. 6, 8 p. 363, 20. Dice f. Iuſtitia.

Ὁ Ὀρφεὺς — ἤδη βασιλεύοντι [τῷ ὅλων δημιουργῷ] καὶ διακοσμεῖν ἀρχομένῳ τὸ πᾶν ἕπεσθαί φησι τὴν ὅλην Δίκην·

τῷ δὲ Δίκη πολύποινος ἐφείπετο πᾶσιν ἀρωγός.

Hunc verſum ſic reſtituit Aem. Portus, cum eſſet πολύπονος ἐφέπετο, quomodo etiam legitur in Tim. 5 p. 310, 32 Ἔστι γὰρ ὀπαδὸς τοῦ Διὸς κ. τ. λ. Ceterum hoc, puto, voluit auctor carminis, operibus diuinis omnibus adiutricem adfuiſſe Δίκην, Iuſtitiam, aequis omnia ponderibus librantem, eandem quae poenas exercet etc. GESN.

XXI.

Scholia ad Apollo. Argon. 3, 1. Muſae.

Ὅτι θαλιῶν εἰσι προσάτιδες αἱ Μοῦσαι, ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς δεδήλωται.

Οὐδέ τι λήθονται Μουσέων βροτοί, αἵ γὰρ ἔασι κούρανοι, αἷσι μέμηλε χορός, θαλίαι τ' ἐρατειναί.

Et mox, Ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς εὑρέτις ἐρχήσεως ἡ Ἐρατὼ παραδίδοται.

1. Pro edito λήγοντες recepi emendationem Ruhnkenii ad Hom. fragm. h. in Bacchum p. 3. Tum Geſnerus edidit Μουσῶν

Digitized by Google

Apud Schol. est Μουσάων, sed Μουσέων e codice notauit Schneiderus.

XXII.

Schol. Apollo. 3, 26.

Ἐν τοῖς εἰς Ὀρφέα (in his quae ad Orpheum auctorem referuntur) Κρόνε [παῖς ὁ Ἔρως] γενεαλογεῖται.

Αὐτὰρ Ἔρωτα Κρόνος καὶ πνεύματα πάντ' ἐτέκνωσε.

vid. Arg. 14.

Πνεύματα poni in praedicamento substantiae, ὡς σχολαστικὸν ἔπος εἰπεῖν, et subolem ea assignare Saturno, mirabor si sit Orphicum. GESN.

XXIII.

Procl. in Plato. Polit. p. 380, 6.

Species quibus se videndos praebent Dii.

Οἱ θεοὶ πολλὰς ἑαυτῶν προτείνουσι μορφάς, πολλὰ δὲ σχήματα ἐξαλλάττοντες φαίνονται — Καὶ ταῦτα καὶ ἡ θεοπαράδοτος * μυσταγωγία παραδίδωσι. Ταῦτα γάρ φησιν ἐπιφωνήσασα,

Πῦρ ἴκελον σκιρτηδὸν ἐπ' ἠέρος οἶδμα τιταῖνον,
ἢ καὶ πῦρ ἀτύπωτον, ὅθεν φάνην προθέουσαν,
ἢ φῶς πλησίον ἀμφὶ γύην ῥιζαῖον ἑλιχθέν.
ἀλλὰ καὶ ἵππον ἰδεῖν φωτὸς πλέον ἀστράπτοντα,
ἢ καὶ παῖδα θοοῖς νώτοις ἐποχούμενον ἵππου,
ἔμπυρον, ἢ χρυσῷ πεπυκασμένον, ἢ πάλι γυμνόν,
ἢ καὶ τοξεύοντα καὶ ἑστηῶτ' ἐπὶ νώτοις,

καὶ ὅσα τούτοις ἐφεξῆς τὰ λόγια προστίθησιν, οὔτε ἀλλοίωσιν, οὔτε ποικιλίαν, ἀλλὰ τὰς μεθέξεις αὐτοῦ (int. Θεοῦ) διαφόρους ἐπιδεικνύοντα.

* Mihi non est dubium, quin eam intelligat Proclus, quam Theol. Plat. 6, 8 p. 363 med. τὴν Ὀρφικὴν μυσταγωγίαν appellat,

Digitized by Google

ac de qua in Tim. 2 p. 97, 6 οἱ ἐκ τῆς θεοπαραδότου θεολογίας ὁρμώμενοι· et p. 124, 35 ἡ θεοπαράδοτος θεολογία· quam mox τὰ λόγια vocat, quae λόγια, qualiacunque sint, ex eadem certe officina cum antiquis illis Orphicis videntur prodiisse. Sententiam illorum vtcunque expressi h. m.

Qualem ignem subsultim per fluctus aeris se extendentem,
Aut etiam ignem informem, indeque splendorem procurrentem,
Aut lucem prope claudum illum streperum volutam,
Sed etiam equum adspectu luce plenum, fulgentem,
Aut etiam puerum velocibus tergis inuehentem equi,
Igneum, vel auro tectum, vel rursus nudum,
Vel etiam sagittantem, et insistentem in tergis. GESN.

2. Φάνας ἐλλάμψεις interpretatur Hesychius. Euripides, apposite ad hanc rem Rheso v. 943 Μυστηρίων δὲ τῶν ἀποῤῥήτων φάνας Ἔδειξεν Ὀρφεύς. GESN.

3. Πλούσιον, quod, quid sibi vellet, non comminiscebar, mutaui in πλησίον· et ῥιζαῖον simili causa in ῥοιζαῖον. Puto autem intelligi ignem, qualis circa Vulcanum cum stridore voluitur. GESN. Perinepta est Gesneri explicatio. Retineri debebat ῥιζαῖον, et diuisim scribi ἀμφὶ γύην, i. e. ἀμφὶ γῆν. Vide interpp. Hesych. ad γύας et γύης.

5. Θοοῖς νώτοις melius intelligebam, quam θεοῖς, et

6. Ἔμπυρον quam Ἔλπυρον. Itaque sic interea mutaui: quod in tali re sine fraude esse debere arbitror. Sic πάλι γυμνὸν diuisis vocibus dedi, et

7. Ἑστηῶτ' pro ἑστιωτ'. Sententiam huius loci, quem Proclus tractat, concinne expressit Eustath. Prooem. in Iliada p. 1, 31, vbi de fabulis poeticis ἐννοιῶν εὐγενῶν σκιαί εἰσι καὶ περιπετάσματα. GESN.

XXIV.

Proclus iu Timaeum L. 2 p. 124, 33.
Deus pater animarum.

— Γλυκερὸν δὲ τέκος Διὸς ἐξεκαλεῖτο.

Et mox, cum prouocasset ad τὴν θεοπαράδοτον θεολογίαν,

Λέγοι γοῦν ἡ ψυχὴ περὶ τοῦ Διὸς — τοῦ δημιουργήσαντος τὸ πᾶν,

— — — μετὰ δὴ πατρικὰς διανοίας
ψυχὴ ἐγὼ ναίω, θέρμῃ ψυχῶσα τὰ πάντα.

Digitized by Google

Κατέθετο γὰρ

νῶν μὲν ἐνὶ ψυχῇ, ψυχὴν δ' ἐνὶ σώματι ἀργῷ,
ἡμέας ἐγκατέθηκε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

1. Illud ἐξεπαλεῖτο forte aliquis comparet cum illa noſtrorum formula, vbi Deus καλεῖν, καλεῖν ἐξ οὐκ ὄντων dicitur, quae iubet exſiſtere. OESN.

3. Eſt apud Proclum ita: διερρήχυσα τὰ πάντα, vacillante verſu, et verbo mihi ignorabili. Verba κατέθετο γὰρ ſunt Procli ad lucem ſententiae addita: quorum vis eſt etiam in vltimo verſu, in quo Animae plurium numero loquuntur. Secundum hanc philoſophiam ψυχή, Anima eſt, qua viuunt, ſpirant, aluntur τὰ ἔμψυχα· Νῦς, Mens eſt diuinius quiddam, quibusdam animabus ſuperadditum, ſiue inditum adeo. Sed aliter id Procl. in Tim. 3 p. 208, 29 de Anima, Ψυχή, Μένουσα κατὰ τὸ θειότατον αὐτῆς, καὶ ὡς φησιν Ὀρφεύς, τὴν ἑαυτῆς κεφαλὴν ἐνιδρύσασα τῷ νῷ, πρόνοιαν ἐντεῦθεν. OESN. Geſnerus infelici coniectura ediderat διερπτὰ ψυχῶσα τὰ πάντα. Pro eo dedi, quod probabilius videbatur.

5. Geſnerus ἡμᾶς. Apud Proclum recte ἡμέας.

XXV.

Procl. in Tim. L. 1 p. 4, 32.

De natura, φύσει, loquens ait,

Τοιαύτη δὲ ἔσα προελήλυθεν ἀπὸ τῆς ζωογόνου θεᾶς.

Νώτοις δ' ἀμφὶ θεᾶς φύσις ἄπλετος εἰλύφηται. —

ἄρχει δ' αὖ φύσις ἀκαμάτη κόσμων τε καὶ ἔργων,

φησὶ τὸ λόγιον,

οὐρανὸς ὄφρα θέῃ δρόμον αἰθέριον κατασύρων.

Hunc verſum habet etiam, et τοῖς λογίοις tribuit in Tim. 5 p. 323, 17. Et ibid. p. 308 extr. de Sole:

Τοῦτον γὰρ ἐπέσησε τοῖς ὅλοις ὁ Δημιουργός,

Digitized by Google

καὶ φύλακ' αὐτὸν ἔτευξε, κέλευσέ τε πᾶσιν ἀνάσσειν,

ὡς φησιν Ὀρφεύς.

Orphica haec esse, non dubito. Sed quae esset illa ζωογόνος θεά, mater naturae, quaerere distuli. Nisi fallor, Μῆτις est, de qua, vel quo, ad Fr. 6, 19 dictum. GESN.

XXVI.

Proclus in Tim. L. 5 p. 336, 7.

Εἴτε περὶ τῆς μονάδος τῶν νέων θεῶν ὁ Ὀρφεύς,

Κραῖνε μὲν ἓν Ζεὺς πάντα πατήρ, Βάκχος δ' ἐπέκραινε.

Et mox, φησὶ δὲ καὶ τὸ λόγιον,

ταῦτα πατὴρ ἐνόησε, βροτὸς δέ οἱ ἐψύχωτο.

Ex Proclo etiam adfert H. Steph. p. 107 hos duo:

τῷ πυρὶ γὰρ βροτὸς ἐμπελάσας θεόθεν φάος ἕξει.

Et

δηθύνοντι βροτῷ κεραπτοὶ μάκαρες τελέθουσι.

XXVII.

Procl. Theol. Plat. 4, 16 p. 206.

Adraſtea.

Παρ' Ὀρφεῖ φρυρεῖν λέγεται (Ἀδράστεια) τὸν ὅλων * δημιουργόν, καὶ

Χάλκεα ἰύπτρα λαβοῦσα, καὶ τύμπανον αἴγηκες **

ἵπως ἠχεῖν, ὥσε πάντας ἐπιστρέφειν εἰς αὐτὴν τὰς θεάς.

Id. in Tim. 5 p. 323, 24.

Καὶ γὰρ ὁ Δημιουργός, ὡς ὁ Ὀρφεύς φησι, τρέφεται μὲν ἀπὸ τῆς Ἀδραστείας, σύνεστι δὲ τῇ ἀνάγκῃ, γεννᾷ δὲ τὴν εἱμαρμένην.

* Sic leg. pro ὅλον. GESN.

** Αἴγηκες editum est, quod neque versum explet, neque explicari a me quidem potest. In mentem venit, si sit forte epi-

Digitized by Google

theron tympani de αἰγείῃ h. e. pelle caprina, in quo duae ſyllabae poſteriores eam vim habeant, quam in illo Homerico gladii epitheto τανύηκες, ſimilem productioni ηνεκης in nominibus διηνεκής, δυρηνεκής, πεντρηνεκής, ποδηνεκής. In quibus omnibus extenſionem quandam et productionem notare videtur. Sed eſt etiam alia coniectura, αἰγειηχές, vt ſignificetur tympanum ab intenta αἰγείῃ ſonorum: vt ἁλιηχὲς eſt quod in mari ſonat, ὑψηχὲς altiſonum. GESN. Geſnerus, haec verba omnia Orphei eſſe, vnumque hexametrum efficere ratus, αἰγείηκες edidit. At e diverſis ſumpta ſunt verſibus.

XXVIII.

Io. Diac. Allegor. in Heſiod. p. 305, 2. Nomenclaturae Deorum.

Μαρτυρεῖ καὶ ἐν τῷ μικροτέρῳ κρατῆρι Ὀρφεύς, τάδε λέγων·

ΕΡΜΗΣ δ' ἑρμηνεὺς τῶν πάντων ἄγγελός ἐϛιν·
ΝΥΜΦΑΙ ὕδωρ· πῦρ ΗΦΑΙΣΤΟΣ· σῖτος ΔΗΜΗΤΗΡ·
ἡ δὲ θάλασσα ΠΟΣΕΙΔΑΩΝ μέγας, ἠδ' Ἐνοσίχθων·
καὶ πόλεμος μὲν ΑΡΗΣ, εἰρήνη δ' ἐϛ' ΑΦΡΟΔΙΤΗ·
οἶνος, τὸν φιλέουσι θεοί, θνητοί τ' ἄνθρωποι,
ὄντε βροτοῖς εὗρεν λυπέων κηλήτορα πασέων
ταυροφογενὴς ΔΙΟΝΥΣΟΣ, ἐὐφροσύνην πόρε θνητοῖς
ἡδίϛην, παύϛῃσι τ' ἐπ' εἰλαπίνῃσι πάρεϛι.
καὶ ΘΕΜΙΣ, ἥπερ ἅπασι θεμιϛεύει τὰ δίκαια,
ἥλιος, ὃν καλέουσιν ΑΠΟΛΛΩΝΑ κλυτότοξον,
ΦΟΙΒΟΝ ἑκηβελέτην, μάντιν πάντων ἐπάεργον,
ἰητῆρα νόσων, ΑΣΚΑΗΠΙΟΝ· ἓν τάδε πάντα.

Ὅτι δὲ ἐκ τῆς Μνημοσύνης αἱ Μοῦσαι γεννῶνται, καὶ ὅτι ὁ Ζεὺς καὶ Αἰθὴρ λέγεται, ἄκρα τῷ εἰρημένῳ Ὀρφέως·

Digitized by Google

ΖΕΥΣ δέ τε πάντων ἐσὶ θεός, πάντων τε κεραοσής,
πνεύμασι συρίζων, φωνῇσιν τ' ἠερομίκτοις.
Ἦ γὰρ ὁ θῆλός ἐσι τὸν αἰθέρα καλῶν ἔτως;
ταὐτὸ καὶ ἁρμονίη Μεσέων, ταῖς τ' ὄργανα πάντα
μνημοσύνη πάντων πρῶτον πόρεν, ἔτ' ἀνεφάνθη.
ἀλλὰ χρόνος λήθῃ κατεχρήσατο καὶ κατέκρυψε.
νῦν δὲ τέχναι τε, λόγοι τε, νόμοι θ', ὅσα τ' ἔργα τέτυκται,
πάντα διὰ μνήμην διασώζεται ἀνθρώποισιν.

6. Legebatur λυπῶν et πασῶν.

7. Pro θνητοῖς ed. Trinc. θανᾶσιν.

10. Conf. Procl. in Platonis Theol. 6, 12 p. 376, 24 Καὶ αὐτός, ὥσπερ Ὀρφεύς, τὸν ἥλιον εἰς ταυτόν πως ἄγει τῷ Ἀπόλλωνι, καὶ εἰς τὴν κοινωνίαν περιβεύει (alloquitur tanquam coniunctos) τούτων τῶν θεῶν. Ἐκεῖνος (Orpheus) μὲν γὰρ διαῤῥήδην λέγει, καὶ διὰ πάσης ὡς εἰπεῖν ποιήσεως. Caeterum similes Deorum nomenclaturas et synonymias damus Fr. 34. De Sole Apolline speciatim v. 10. GESN.

12. Ἐν τάδε ex ed. Trincau. pro ἐνθάδε recepi.

13. Non dubito, quin haec sit Iouis, quem et Pana vocabant (τὸ πᾶν) descriptio. Vid. H. 10, 12, vbi Pan est ἀληθὴς Ζεὺς ὁ κερασής. Nomen illud, cum doriuarent a κεράννυμι misceo, tempero, et κρατῆρα quendam fingerent, naturae, deinde symbolo cornuum, quae Pani dedere (κεράων, vnde κεραίζειν) occultarunt. GESN. Κεράσης ed. Trinc. et Heins.

14. Eodem pertinet illud συρίζειν, sibilo vocare: quorsum data Pani σύριγξ sua, qua concordem illam rerum discordiam, illam pugnantis secum naturae harmoniam pingunt. Nec tamen Proclus non ingenioſe vtrumque hoc, τὸ κεράσαι et τὸ συρίζειν ad aethera refert et ventos, qui πανσπερμίαν illam, illum thesaurum seminum omnium miscent, et quocunque versus transferunt. Difficile interdum est non μυθολογεῖν et ἀλληγορεῖν· sed infinitum, et fluctuans nimis, et ab instituto nostro alienum. GESN. Legebatur φωναῖσί τε ἀερομίκτοις.

15. Pro πάντων vid. leg. πασῶν· refertur enim ad Μουσῶν. GESN. Legebatur ἁρμονία Μουσῶν· tum τότε ὄργανα πάντων.

17. Λήθῃ editum in Heinsiana, quod turbat sententiam. Λήθη aliquamdiu oppressit et occultauit Musicam s. eruditionem.

Digitized by Google

GESN. Gesnerus edidit χρόνου λήθη. Ego reuocani lectionem ed. Trincau. et Heins. χρόνος λήθη.

XXIX.

Procl. in Tim. L. 1 p. 41, 17 de Minerua.

Ἥδε γὰρ ἀθανάτων προφερεστάτη ἐστὶν ἀπασέων
ἶσον ἐποίχεσθαι, φησὶν Ὀρφεύς.

Id. in Tim. L. 1 p. 51, 34 Mineruam e capite Iouis nascentem facit

ὅπλοις λαμπομένην χαλκήϊον ἄνθος ἰδέσθαι.

Ibid. p. 52 plusquam de eadem, et v. 17 Λέγει δὲν ὁ Θεολόγος, ὅτι παρήγαγεν αὐτὴν ὁ πατήρ,

ὄφρ' αὐτῷ μεγάλων ἔργων κράντειρα γένοιτο.

Et v. 34 de eadem Minerua, ἀρετῆς δ' ἄνομα ἐσθλὸν κλήζεται, φησὶν Ὀρφεύς.

De ead. in Plato. Polit. p. 377, 30.

δεινὴ γὰρ Κρονίδαο νόῳ κράντειρα τέτυκται.

Et p. 387 extr. Καὶ γὰρ οἱ πρώτιστοι Κυρῆτες τάγε ἄλλα τῇ τάξει τῆς Ἀθηνᾶς ἀνεῖνται *, καὶ περιεσφθαι λέγονται τῷ θαλλῷ τῆς ἐλαίας, ὥς φησιν Ὀρφεύς.

Io. Stobaeus Ecl. Phys. Ser. 3 p. 38, 13 ex Prooemio de Gemmis laudat versum, quem ibi non inuenio:

ἀλλὰ Θεοὶ σοφίης ἐριλαμπέος ἡγεμονῆες
κέκλυτε.

In his Mineruam esse, non est dubium.

Cf. cum his fragmentis H. 31. GESN.

1. Legebatur ἀπασῶν.

* Ἀνῆνται, et mox περιεσθθαι editum erat. GESN.

6. Proeli esse haec verba ex hymno Musarum v. 30. monuit Tyrwhittus ad Lith. 91.

Digitized by Google

XXX.

Falso adscripta Orpheo.

Gregor. Nazianz. in Iulia. I. Or. 5 p. 104, A.

Ὀρφεὺς παρίτω μετὰ τῆς κιθάρας, καὶ τῇ πάντα ἑλκύσης ᾠδῇς, ἐπιβρεμέτω Διὶ τὰ μεγάλα καὶ ὑπερφυῆ τῆς θεολογίας ῥήματα καὶ νοήματα·

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε Θεῶν, εἰλυμένε κόσμῳ,
ὅση τε μηλείη, ὅση τε ἵππων, ὅση τε ἡμιόνων· ἵν' ἐντεῦθεν, οἶμαι, δειχθῇ τὸ ζωογόνον τε θεῦ καὶ φερέσβιον.

Sed verius forte, certe emendatius Philostratus Heroic. 2, 19 p. 693 pr. vbi Homerum praefert Orpheo, Musaeo, Pamphο, Καὶ μὴν καὶ Παμφὼ σοφῶς μὲν ἐνθυμηθέντος, ὅτι Ζεὺς εἴη τὸ ζωογονεῖν, ὃς ἐξ ἀνίσατο ἐκ τῆς γῆς πάντα, εὐηθέστερον δὲ χρησαμένη τῷ λόγῳ, καὶ καταβεβλημένα ἔπη ἐς τὸν Δία ἆσαντος· ἔστι γὰρ τὰ τῆ Παμφὼ ἔπη,

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε Θεῶν, εἰλυμένε κόσμῳ
μηλείῃ τε καὶ ἱππείῃ, καὶ ἡμιονείῃ· κ. τ. λ.

Sic Geoponic. 2, 35 ex Didymo, Φέρεται καὶ Ὀρφέως ταῦτα ἔπη,

δειλοί, πάνδειλοι, κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθε,
καὶ
ἴσόν τοι κυάμους τε φαγεῖν κεφαλάς τε τοκήων.

Quos versiculos ad Empedoclem auctorem refert Gell. 4, 11. GESN.

1. 2. Legebatur εἰλυμένε ex Gregorio et εἰλημένε ex Philostrato.

XXXI.

Ioh. Tzetzes ad Hesiodi Ep. 504 p. 125, a.

Τὰ δὲ ἔπη ἐκ τῶν Ὀρφέως μετεβλήθη· φησὶ γὰρ Ὀρφεύς·

Digitized by Google

Πολλαὶ δ' ἐρανόθεν καὶ ἐπαρτέες ἐκ νεφελάων
τῆμος ἐπόρνυνται φηγοῖς καὶ δένδρεσιν ἄλλοις,
οὔρεσί τε, σκοπέλοις τε, καὶ ἀνθρώποις ἐριθύμοις
πηγυλίδες, καὶ ἔσονται ἀμειδέες· αἶδε γὰρ ἔντως
τρύθσιν καὶ θῆρας ἐν ὄρεσιν, οὐδέ τις ἀνδρῶν
προβλώσκειν μεγάρων δύναται κατὰ γυῖα δαμασθεὶς
ψύχει λευγαλέῳ· πάχνη δ' ὑπὸ γαῖαι μέμυκε.

3. Ed. Trincauelli: ὄρεσι καὶ σκοπέλοις καὶ ἀνθρώποις ἐριθύμοις.

4. Editum ἀμειβίες. Sed ἀμειδέες legi voluerunt Heinlius et Graeuius, Hesych. ἀμειδές, ἀγέλαστον. ομεν. Heinsio etiam ἔσονται corruptum videbatur. At hoc de hominibus intelligendum. Ἀμειδέες est in ed. Trincau.

5. Τρύσσιν cum ed. Heinsii dedit Gesnerus. Ed. Trincan. τρύξουσιν.

7. Gesnerus cum ed. Heinsii dedit πάχνη δ' ὑπὸ γυῖα μέμυκεν. Propius ad veram lectionem ed. Trinc. πάχνη δ' ἐπὶ γαῖα μέμυκεν. Frigore terram findi constat.

XXXII.

Io. Malela Chronographiae p. 88
(ed. Oxon. 1691. 8)
ex θεογονίᾳ Orphei has illius preces refert,

Ὦ ἄνα, Λητῦς υἱ', ἑκατηβόλε, φοῖβε, κραταιέ,
πανδερκές, θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσων,
ἠέλιε χρυσέῃσιν ἀειρόμενε πτερύγεσσιν,
δωδεκάτην δὴ τήνδε παραὶ σεο ἔκλυον ὀμφήν,
σεῦ φαμένου, σὲ δέ γ' αὐτόν, ἑκηβόλε, μάρτυρα θείην.

Idem p. 91 de conditione hominum, qui brutis animalibus non sint meliores, istos de pluribus versus ponit:

θῆρές τ' οἰωνοί τε, βροτῶν τ' ἀλιτήρια φῦλα,
ἄχθεα γῆς, εἴδωλα τετυγμένα, μηδαμὰ μηδὲν

Digitized by Google

εἰδότες, ὅτε κακοῖο προσερχομένοιο νοῆσαι
Φραάδμονες, ὅτ' ἄποθεν μάλ' ἀποτρέψαι κακότητος,
οὔτ' ἀγαθῷ παρεόντος ἐπιτρέψαι τε καὶ ἔρξαι
ἴδριες, ἀλλὰ μάτην ἀδαήμονες, ἀπρονόητοι.

Habetur vtrumque hoc fragmentum etiam apud Ge. Cedrenum, qui se debere illud ait Timotheo Chronographo, quo Malela quoque vsus est. Hunc porro sequi placuit, tum quod Cedreno antiquior est, tum quod commodius sic adhibere licebat Bentleianas obseruationes, quas ille suae ad Io. Millium epistolae, Chilmeadianae editioni adiectae, intexuit. Dedi igitur vtrumque fragmentum, vt a Bentleio restitutum est. Locum Cedreni totum posuit Eschenbach. in Epig. p. 87 sqq. GESN. Vide Theod. Cant. Var. Lectt. II. 26. Χρυσέαισιν in χρυσέῃσιν mutaui ex Io. Tzetzae exeg. Hom. MS. in quâ χρυσῆσιν legitur. Affert is fol. 14. a. tres priores huius fragmenti versus.

3. Conf. Hy. 5, 2. GESN.
6. Ἀλιτώσια editum erat. GESN. Et βροτῶν δ'.
7. Μήτε τι ἐσθλόν. GESN.
9. Ἐπιόν. GESN. Ἄποθε editum.

XXXIII.

Procl. ad Euclid. Elem. 2 p. 43 post med. dum suo more θεολογεῖ de circulo, citat haec Orphei,

— — — Τὸ δ' ἀπειρέσιον κατὰ κύκλον
ἀτρύτως ἐφορεῖτο.

Citat etiam Eschenb. Epigene p. 78 ex Procli in Platonis Parmenidem septimo, MS. GESN.

XXXIV.

Nomenclaturae quaedam et Synonymiae Deorum (cf. Fr. 28) Io. Diac. allegor. ad Hesiodi Theog. p. 268 med.

Εὑρίσκω, τὸν Ὀρφέα καὶ τὴν ΤΥΧΗΝ ΑΡΤΕΜΙΝ προσαγορεύοντα (Hymno 71, 3) ἀλλα καὶ τὴν ΣΕΛΗΝΗΝ ΕΚΑΤΗΝ

Digitized by Google

Εἰνοδίην Ἑκάτην κλήζω, τριοδῖτιν ἐραννήν.

Procl. Theol. Plato. 5, 11 p. 267, 43 Κατ' Ὀρφέα τῷ μὲν Κρόνῳ συνοῦσα — ΡΕΑ καλεῖται· τὸν δὲ Δία παράγουσα, καὶ μετὰ Διὸς ἐμφαίνουσα τάς τε ἕλας καὶ τὰς μερικὰς διακόσμους τῶν Θεῶν, ΔΗΜΗΤΗΡ.

Franc. Patric. Diſcuſſ. Peripatt. 3, 5 p. 326 neſcio vnde.

ΡΕΙΗ τοι νοερῶν μακάρων πηγή τε ῥοή τε.
πάντων γὰρ πρώτη δυνάμει κόλποισιν ἀφράστοις
δεξαμένη γενεὴν ἐπὶ πᾶσι προχέει τροχάουσαν.

Procl. in Tim. 2 extr. p. 139, 9:

Καὶ γὰρ ὁ Θεολόγος τὴν κόρην ΜΟΥΝΟΓΕΝΕΙΑΝ εἴωθε προσαγορεύειν. Sic certe H. 28, 2.

1. Pro ἐφαννήν, quod nihili eſſe putarem, poſui ἐραννήν, epitheton, quod, ſi minus Hecatae, certe Lunae ac Triuiae conuenire, nemo temere negauerit. Sed totus verſus ſic, vt coniecteram, legitur in Εὐχῇ v. 45. OESN.

XXXV.

Procl. in Tim. L. 1 p. 53, 29.

Οἱ Θεολόγοι — φασὶ — τὸν Ἄτλαντα ἐν τοῖς πρὸς Ἑσπέραν τόποις ἱδρύσθαι, ἀνέχοντα τὸν οὐρανόν.

Ἄτλας δ' οὐρανὸν εὐρὺν ἔχει κρατερῇς ὑπ' ἀνάγκης
πείρασιν ἐν γαίης.

Idem in Parmenidem Platonis L. 4, vt dedit e MS. Eſchenbach. Epig. p. 78.

αὕτη δὲ, Ζηνὸς καὶ ἐν ὄμμασι, πατρὸς ἄνακτος,
ναίουσ' ἀθάνατοί τε θεοί, θνητοί τ' ἄνθρωποι,
ὅσσα τε ἦν γεγαῶτα, καὶ ὕστερον ὅσσα ἔμελλεν.

OESN. Vide fragm. ined. 12.

Digitized by Google

XXXVI.

Voces quaedam Orphicae.

Tzetz. ad Lycophron. 83.

Δρύκαρπα πᾶσαν ὀπώραν, ὥς πε φησὶν ἐν ταῖς δωδεκαετηρίσιν Ὀρφεύς

Βάλλειν ἔργεα πάντα, τά τε ΔΡΥΟΣ ΑΚΡΑ λέγονται.

Ibid. ad 523 Δείκνυσι δὲ καὶ Ὀρφεὺς τὴν ὑέτων διαφοράν, ἑτῶσι λέγων ἐν ταῖς δωδεκαετηρίσιν,

ἔσαι δ' αὖτις ἀνὴρ ἡ ΚΟΙΡΑΝΟΣ, ἠὲ ΤΥΡΑΝΝΟΣ,

ἢ ΒΑΣΙΛΕΥΣ, ὃς τῆμος ἐς ἠρανὸν ἵξεται αἰπύν.

Procl. in Tim. L. 5 p. 293, 21 Τὴν ἕνωσιν καὶ συμπλοκὴν τῶν δυνάμεων ἀδιαίρετον — αἰῶσι ΓΑΜΟΝ οἱ θεολόγοι προσαγορεύειν — καθ' ἃ φησιν ὁ θεολόγος. ΠΡΩΤΗΝ γὰρ ΝΥΜΦΗΝ ἀποκαλεῖ τὴν γῆν, καὶ ΠΡΩΤΙΣΤΟΝ ΓΑΜΟΝ τὴν ἕνωσιν αὐτῆς πρὸς τὸν ἠρανόν κ. τ. λ.

Id. ibid. L. 1. p. 35, 27 Οἱ θεολόγοι τὴν ἡλιακὴν πρόνοιαν καὶ εἰς τὰ θνητὰ διὰ τῶν ΔΑΚΡΥΩΝ (allegoriam fabulae Phaethontis persequitur) σημαίνεσι·

ΔΑΚΡΥΑ μὲν σέθεν ἐσὶ πολυτλήτων γένος ἀνδρῶν.

In libro Θεολογέμενα ἀριθμητικὰ p. 37 fin.

Τὴν ΕΞΑΔΑ ΟΛΟΜΕΛΕΙΑΝ προσηγόρευον οἱ Πυθαγορικοὶ κατακολουθοῦντες Ὀρφεῖ.

Procl. ad Hesiodi Dies p. 168, b fin.

Ὁ μὲν ἐν αὐτῇ (τῇ ἀρχῇ primus dies mensis) παρ' Ὀρφεῖ προσαγορεύεται ΜΟΝΟΚΕΡΩΣ ΜΟΣΧΟΣ. Ἁπλῶς μὲν γὰρ ὁ ΜΗΝ λέγεται ΒΟΥΣ κ. τ. λ. et add. si tanti est Tò. Protospath. ibid. p. 182, b med.

Digitized by Google

Pollux 2, 39 de cranio,

Τὸ ἔγκοιλον αὐτῆ κορυφή, ὃ καὶ ΜΕΣΟΚΡΑΝΟΝ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ὀνομάζεται μέτροις.

1. Hic versus habetur etiam in carmine Maximi, quod dedit Fabricius B. Gr. To. 8, vbi est 490. Idque, vt cetera in illo carmine, obseruauit Wesselingius Probab. c. 17 p. 136. Sed ibi legitur λίγοιται. Verum λίγεσθαι apud Tzetzen rectum est, et conuenit cum βάλλειν. Quod ibi legitur ἔρνεά τε, et λέγεται, manifestae aberrationes sunt. Non ausim antiquo illum Orpheo tribuere, sed iauenisse tamen illum puto sub hoc nomine Tzetzen, et Maximum, qui illum cum aliis suo carmini intexuerit. Caeterum hoc versu non tam σφύκαφα nomen, quam ἀκρόδρυα declarari, attendentibus apertum est. ORSN. Gesnerus edidit τὰ δὲ et λέγεται. Apud Tzetzen: βάλλειν ἔρνεα τὲ πάντα, τά τε δρυὸς ἄκρα λέγεται. Cod Viteb. βάλλειν ἔγνια πάντα, τά τε δρυὸς ἄκρα λέγεται. Caeterum hi tres versus Maximi sunt, duo posteriores ex ea parte carminis, quae periit. Sic etiam eiusdem carminis versus 422.

ἐσ' ὧν Ἰφίκλοιο θεώτερος αὐγάζοιο

ex Orpheo affertur a Tzetze Chil. II. 42. Vide fragm. ined. 54.

XXXVII.

Tzetz. Chiliad. 12, 150 probaturus, Orphea fuisse Astrologum, ad libros illius prouocat.

Καὶ τῶν μὲν ἐφημερίδων Ὀρφέως ἀρχὴ τόδε·

Πάντ' ἐδάης, Μουσαῖε θεόφραδες, εἰ δέ σ' ἀνώγει
θυμός, ἐπωνυμίας μήνης κατὰ μοῖραν ἀεῖσαι,
ῥεῖά τοι ἐξερέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν.

Τῶν δωδεκαστηρίδων δὲ ἡ καταρχὴ τοιάδε·

Δεῦρό νυν ἔκτά μοι καθαρὰς ἀκοάς τε πεπάσσας,
πέπλυθι τάξιν ἅπασαν, ὅσην τεκμήρατο δαίμων,
ἔκ τε μιᾶς νυκτός, ἠδ' ἐξ ἑνὸς ἤματος αὖτως.

6. Gesnerus ediderat ἐκ δέ.

Digitized by Google

XXXVIII.

Procl. in Tim. 3 p. 155, 48 ex iis, quae vocat λόγια.

Ἔρωτα νοήσας γὰρ πατρικὸς νόος αὐτογένεθλος,
πᾶσιν ἐνέσπειρεν δεσμὸν πυριβριθῆ ἔρωτος,
καὶ τὴν αἰτίαν προσέθηκεν,
ὄφρα τὰ πάντα μένῃ χρόνον εἰς ἀπέραντον
ἐρῶντα,
μηδὲ πάσῃ τὰ πατρὸς νοερῶς ὑφασμένα φέγγει.
διὰ γὰρ τοῦτον τὸν ἔρωτα πάντα ἥρμοσαι ἀλλήλοις,
ὡς ἐν ἔρωτι μένῃ κόσμος στοιχεῖα θέοντα.

1. Apud Proclum ita legitur: τοῦτον δὲ τὸν μέγιστον καὶ τελειότατον δεσμόν, ὃν περιβάλλει τῷ κόσμῳ πανταχόθεν ὁ πατήρ, ὡς Φιλίας ὄντα ποιητικὸν καὶ τῆς εὐαρμονίου κοινωνίας τὸν (f. τῶν) ἐν αὐτῷ δεσμὸν πυριβριθῆ ἔρωτος τὰ λόγια προσείρηκεν ἔργα. Νοήσας γὰρ etc. Atque hic quoque πυριβριθῆ, pro quo Gesnerus ediderat περιβριθῆ.

3. Gesnerus ediderat μένει. Apud Proclum est μένῃ χρόνον εἰς.

4. Fortasse, μηδὲ πάσῃ τὰ πατρὸς νοερῷ ὑφασμένα φέγγει. Apud Proclum μὴ δέ.

5. Apud Proclum est μένει.

XXXIX.

Ioannes Diac. Allegor. ad Hesiodi Theog. p. 278, b med.

Ἔσιν δὴ πάντων ἀρχὴ Ζεύς· Ζεὺς γὰρ ἔδωκε,
ζωάς τ' ἐγέννησεν· καὶ ΖΗΝ αὐτὸν καλέσαι,
καὶ ΔΙΑ τ' ἠδ', ὅτι δὴ διὰ τοῦτον ἅπαντα τέτυκται.
εἷς δὲ πατὴρ ἦτος πάντων, θηρῶν τε βροτῶν τε.

1. Ἔστι δὴ ed. Heinf. ἔστι δὲ ed. Trincau.

2. Apparet etymon indicare voluisse auctorem nominis Ζὴν vel Ζάν, ἀπὸ τοῦ ζῆν· itemque Δία dictum, quia διὰ *propter* illum, sint omnia. *Propter* posui eo sensu, quo Ciceroniana descriptio parentis est, *propter* quem vivit filius. Quam antiquum

Digitized by Google

sit, alludere in nominibus propriis, Plato, et Moses adeo, testantur. GESN.

XL.

Plutar. Sympos. 8, 4 p. 723, E.

Ὁ Φοίνιξ μακρόβιόν ἐσιν ἐν τοῖς μάλιστα τῶν Φυτῶν, ὥς πε καὶ τὰ Ὀρφικὰ ταῦτα μεμαρτύρηκε,

— — Ζῷον δ' ἴσον ἀκροκόμοισι
Φοινίκων ἔρνεσσι.

Reisk. Animaduerss. p. 455 suspicatur ἐβροκόμοισι, vel ἴσα μακροκόμοισι. GESN.

Longaeuitatem aureae aetatis, vel Macrobiorum Orphicorum ita celebratam esse, non dubito. GESN.

XLI.

Ἀστρολόγούμενα quaedam.

Io. Tzetzes ad Hes. Ἔργα καὶ ἡμ. p. 170, b reprehendens Hesiodum, ait illum scripsisse δεινῶς καὶ συγκεχυμένως, ἅτι δὲ ψευδῶς· καὶ ἔχ ὥςπερ ὁ μέγας Ὀρφεὺς διδασκαλικῶς τε καὶ τεταγμένως πρὸς ἀκρίβειαν, καὶ τὸ πλέον τεχνικωτέρως, καὶ ἀληθῶς. Ἐκεῖνος μὲν ἔτω φησί·

Πρῶτον μὲν πρώτῳ ἐνὶ ἤματι φαίνεται Ἄρης.
μήνη δ' εἰς τ' Ἄρηι ἐπιτέλλεται. ἴσχεο δ' ἔργων,
τὴν δὲ γὰρ ἐξανύσασα φύσις δίκερων ἀναφαίνει.
αὐτὰρ ἐπὴν τρίτον ἦμαρ ἀπόπροθεν ἠελίοιο,
πᾶσιν ἐπιχθονίοισι φυτοσπόρῳ αἰτίη ἀλκῆς.
τετραάδι δ' αὐξομένη πολυφεγγέα λαμπάδα τείνει,

καὶ καθεξῆς πάντα, ἕως, μέχρι τῆς λ. κ. τ. λ.

Id. ibid. p. 175, a. Ὀρφεὺς δὲ ἐκεῖνος ὁ Θρᾴκιος ἐν τῇ περὶ γεωργίας ὑ τὴν ἁπλῶς ἡμέραν τῆς σελήνης τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην λέγει λυσιτελεῖν, ᾗ καὶ ἐκτέ-

Digitized by Google

νητον· ἀλλ' ὅταν τοιῶνδε σχηματισθῇ καὶ συντρέχῃ ζωδίοις τε καὶ τοῖς ἀστράσιν.

Et p. 178, b Εἰ δέ, ὥς φησιν Ὀρφεύς, τῇ ἄτῃ ἀνεῖται ἡ ἑπτακαιδεκάτη, καὶ διὰ τοῦτο τῇ τε τομῇ τῆς ὕλης ἐστὶν οἰκεία, καὶ τῇ τῶ καρπῶ γυμνώσει τῶν περικαρπίων.*

Id. ad Εργ. p. 130, b Ὀρφεὺς μαθηματικῶς πάντα παρακελεύεται ὁρᾶν· οἷον σελήνης τρεχούσης περὶ παρθένον, πάντα φυτεύειν πλὴν μόνων ἀμπέλων· μισεῖ γὰρ ἡ παρθένος τὸν ἄμπελον, διὰ τὸν πατέρα Ἰκάριον. Διὸς ὑδροχόϊ (f. ὑδροχόου) περιπαλεύοντος, μὴ πλεύσῃς· χαλεπὴ γὰρ τότε λίαν ἐστὶν ἡ θάλασσα. Τῇ αὐτῇ Διὸς ἐν ἰχθύσιν ὄντος, καλὸν γάμους ποιεῖν, καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως.

* Locus hic eo memorabilior, quod illa dierum electio hodie adhuc calendarios noſtros foedat: licet forte nemo de ratione illa veteri et Orphica cogitet. ΘΕΣΝ. Haec omnia pertinent ad Maximum περὶ καταρχῶν.

1. An, et cur primus vniuscuiusque menſis dies Marti aſſignetur? nec recordor, nec quaerere volupe vel otium eſt. Hoc video, ſecundum menſis diem tribui hic Lunae, quae in Martem, primi dominum illuceſcat. Eadem vocatur δίκερως, bicornis, vt prima μονόκερως. (vid. ad Fr. 39). ΘΕΣΝ.

4. Ἀπόπροθεν ad digreſſum Lunae a Sole pertinet etc. ΘΕΣΝ.

XLII.

De Saturno quaedam.

Procl. ad Heſiodi Ερ. p. 44, b poſt pr. ὁ Ὀρφεὺς τῇ ἀργυρῇ γένες βασιλεύειν φησὶ τὸν Κρόνον.

Ibid. p. 39, a fi. Τὸν Κρόνον ἀεὶ μελαίνας ἔχειν τὰς ἐπὶ τῇ γενείῳ τρίχας, φησὶν Ὀρφεύς.

Et in Plato. Theol. 5, 10 pr, Καὶ ὁ τῶν Ἑλλήνων θεολόγος Ὀρφεὺς — ἀεὶ μελαίνας τὰς τῇ Κρονίῳ προσιβπε τρίχας μυστικῶς λέγει, καὶ μηδαμῶς γίγνεσθαι πολιάς. Deinde refert verſus illius truncatos, de hominibus ſaeculi Iouis (argentei; vt modo)

Digitized by Google

— — — — ὑπὸ Ζηνὶ Κρονίωνι
ἀθάνατον αἰῶνα καμεῖν, καθαροῖο γενέθλης.
— — — διερὰς χαίτας εὐώδεας, ἁδὲ
[f. Γήραος] ἠπεδανοῖο μιγήμεναι ἄϊδηι λευκῷ.
ἀλλ' — — — ἐριθηλέα λάχνην.

GESN.

XLIII.

Hippa

Procl. in Tim. 2 p. 124, 25.

Ἡ μὲν γὰρ Ἵππα τὴν παντὸς ἕξιν ψυχῆς, καὶ ὅτι πεπλημμένη παρὰ τῷ θεολόγῳ — λίνιον * ἐπὶ τῆς κεφαλῆς θεμένη, καὶ δρέποντι αὐτὸ περιστρέψασα τὸ πραδιαῖον, ὑποδέχεται Διόνυσον, — ὁ δὲ ἀπὸ τῆς μηρῆς τοῦ Διὸς πρόεισιν εἰς αὐτήν. — διὸ καὶ συλλαμβάνεσθαι καὶ Ἵππα λέγεται τίκτοντι τῷ Διΐ. Vid. Hym. 48, 1.

* Quid? si λίνιον conueniat cum Latino, aut sit ipsum Latinum *lictum*, pannículus fronti atque capiti, coronae instar vel diadematis circumpositus, et serpente pro taenia alligatus: idem πραδιαῖον, e ficulneis foliis plexum. GESN. Λίνιον coni. Schneiderus.

XLIV.

Eustath. ad Dionys. Perieg. 1.

Καθὰ καὶ Ὀρφεὺς ἐν τῷ περὶ Διὸς καὶ Ἥρας φησὶ λέγων,

Κύκλον ἀκαμάτης καλλιῤῥόου ὠκεανοῖο,
ὃς γαῖαν δίνῃσι περίξ ἔχει ἀμφιελίξας.

ὡς τοῦ ὠκεανοῦ περιειληφότος τὴν γῆν. (cf. fragm. ined. 31.)

Digitized by Google

XLV.

Procl. in Tim. 5 p. 330, 17 de vita beata agens,

Ἧς καὶ οἱ παρ' Ὀρφεῖ τῷ Διονύσῳ καὶ τῇ Κόρῃ τελέμενοι τυχεῖν εὔχονται

Κύκλε τ' ἂν λῆξαι καὶ ἀναπνεῦσαι κακότητος.

Gesnerus negligentissime ediderat sic:

— — Κύκλε δ' ἂν [vid. leg. αὖ] καὶ ἀναπνεῦσαι κακότητος.

Reposui, quod est apud Proclum, nisi quod ibi ἀναπεῦσαι legitur.

XLVI.

Tzetz. ad Lycophr. 275, ubi Poeta memorat Λειβηθρίην δ' ὑπερθε Πιμπλείας σκοπήν· citat versum Orphei

Νῦν δ' ἄγε μοι κέρη Πιμπληΐδες ἔννεπε Μοῦσαι.

Et in fine Scholii addit, Ἑτέρως Ὀρφεύς, ἀρχὴ καὶ πατὴρ ὑπάρχων τῶν ποιητῶν, κατώκει περὶ τὸν Ἑλικῶνα καὶ τὸ Λειβήθριον, ἐμυθολογήθη, ὡς αἱ Μοῦσαι περὶ τὲς ἐκεῖσε τόπες οἰκῶσι.

Idem ad vs. 410. repetit versum: et pro Πιμπληΐδες habet Λειβηθριάδες. Sed Chil. 7, 949 Λειβηθριάς. Rursus Πιμπληΐδες est in carmine Maximi v. 141: de quo Wesseling. Probab. c. 17. p. 135. Vid. ad Fr. 36, 1 et Argon. 50. GESN. Versus est Maximi.

Io. Tzetzes exeg. Hom. MS. fol. 9. a. τοῦτο δὲ Ὀρφεὺς σαφέστερον παραδείκνυσι· Λειβήθριος γὰρ ὢν φησί·

νῦν δ' ἄγε μοι κέρη Λειβηθριάδες ἔννεπε Μοῦσαι.

Idem ib. fol. 13. b. Φησὶ γὰρ ἐκεῖνος (Orpheus) Λειβήθριος ὤν, νῦν δ' ἄγε μοι κέρη Κωκυντιάδες ἔννεπε Μοῦσα.

Digitized by Google

XLVII.

Lactant. 1, 13, 11. Orpheus — aperte Saturnum in terra et apud homines regnasse commemorat.

Πρώτιστος μὲν ἄναξ ἐκ ἐπιχθονίων Κρόνος ἀνδρῶν·
ἐκ δὲ Κρόνου γένετ' αὐτὸς ἄναξ μέγας εὐρύοπα Ζεύς.

a. Videtur scribendum esse ἀπ' ἐπιχθονίων.

XLVIII.

Franc. Patric. Discuss. Peripatt. 3, 5 p. 326.

Τύνη δ' ἐσσὶ πατήρ, καὶ μητέρος ἀγλαὸν εἶδος,
καὶ τεκέων τέρεν ἄνθος, ἐν εἴδεσιν εἶδος ὑπάρχων,
καὶ ψυχή, καὶ πνεῦμα, καὶ ἁρμονίη, καὶ ἀριθμός.

XLIX.

Porphyr. de antro Nymphar. p. 118 Barnes.

Οὕτω παρὰ τῷ Ὀρφεῖ ἡ Κόρη, ἥπερ ἐστὶ παντὸς τοῦ σπειρομένου φόρος, ἰσεργὸς παραδίδοται. — Παρὰ τῷ Ὀρφεῖ ὁ Κρόνος μέλιτι ὑπὸ Διὸς ἐνεδρεύεται. πληθεὶς γὰρ μέλιτος μεθύει καὶ σκοτοῦται, ὡς ἀπὸ οἴνου, καὶ ὑπνοῖ — ἔπω γὰρ οἶνος ἦν. Φησὶ γάρ παρ' Ὀρφεῖ ἡ Νὺξ τῷ Διῒ ὑποτιθεμένη (vt consiliaria V. Fr. 10) τὸν διὰ μέλιτος δόλον,

Εὖτ' ἂν δή μιν ἴδηαι ὑπὸ δρυσὶν ὑψοκόμοισιν
ἔργοισιν μεθύοντα μελισσάων ἐριβόμβων,
αὐτίκα μιν δῆσον.

Ὃ καὶ πάσχει ὁ Κρόνος, καὶ δεθεὶς ἐκτέμνεται, ὡς Οὐρανός.

Digitized by Google

L.

Etymol. M. Voc. Γίγας ex octauo τῆ ἱερῆ λόγῳ.

Οὓς καλέσσι γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μαιπάρεσσιν,
οὕνεκα Γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος Οὐρανίοιο.

LI.

Diodorus Siculus I, 12.

Γῆ μήτηρ πάντων, Δημήτηρ πλειστοδότειρα,

Omisit hoc fragmentum Gesnerus.

LII.

Orus ap. Etym. M. p. 787, 29.

Τὸν δὴ καλέσσι Φάνητα,
ὅτι πρῶτος ἐν αἰθέρι φαντὸς ἐγένετο.

Vide ad Argon. 26.

LIII.

Suidas in v. τριτοπάτορες.

Δήμων ἐν τῇ Ἀτθίδι φησὶν ἀνέμους εἶναι τοὺς τριτοπάτορας. Φιλόχορος δὲ τοὺς τριτοπάτρεις πάντων γεγονέναι πρώτους. τὴν μὲν γὰρ γῆν καὶ τὸν ἥλιόν φησιν, ὃν καὶ Ἀπόλλωνα καλεῖ, γονεῖς αὐτῶν ἡῖσαντο τότε οἱ ἄνθρωποι. τοὺς δὲ ἐκ τούτων τρίτους πατέρας. Φανόδημος δὲ ἐν ἕκτῳ φησὶν ὅτι μόνοι οἱ Ἀθηναῖοι θύουσί τε καὶ εὔχονται αὐτοῖς ὑπὲρ γενέσεως παίδων, ὅταν γαμεῖν μέλλωσιν. ἐν δὲ Ὀρφέως Φυσικῷ ὀνομάζεσθαι τοὺς τριτοπάτορας Ἀμαλκείδην καὶ Πρωτοκλέα καὶ Πρωτοκλέοντα, θυρωρεὺς καὶ φύλακας ὄντας τῶν ἀνέμων. ὁ δὲ τὸ ἐξηγητικὸν ποιήσας Οὐρανοῦ καὶ Γῆς φησὶν αὐτοὺς εἶναι παῖδας, ὀνόματα δὲ αὐτοῖς Κόττον, Βριάρεων, καὶ Γύγην. Hunc quoque locum omisit Gesnerus, adnotauit Schneiderus. Eadem fere leguntur apud Etym. M. p. 768, 1. nisi quod ἐν τοῖς Φυσικοῖς laudatur Orpheus, et Πρωτοκλείαν καὶ Πρωτοκρέοντα, hoc vltimum recte, scribitur.

Digitized by Google

LIV.

Suidas v. Ἵππος Νισαῖος.

Ἐν δὲ Δίκτυϊ Ὀρφεὺς λέγει· ἡ Νίσα τόπος ἐστὶν ἐν Ἐρυθρᾷ κείμενος. Hunc quoque locum adiecit Schneiderus.

LV.

Schol. Pind. ad Pyth. III. 96.

Λέγεται δὲ ὁ Ἀσκληπιὸς χρυσῷ δελεασθεὶς ἀναστῆσαι Ἱππόλυτον τεθνηκότα· οἱ δὲ Τυνδάρεων· ἕτεροι Κατανέα· οἱ δὲ Γλαῦκον· οἱ δὲ Ὀρφικοὶ Τμέναιον. Huius quoque loci indicium debetur Schneidero.

LVI.

Schol. Vict. ad Hom. Iliad. XVIII. 570. apud Heynium vol. VII. p. 803. ἡ δὲ καλέμενη Σφαῖρα τοίχμά ἐστιν εἰς τὸν Λίνον. ἀναφέρεται δὲ εἰς Ὀρφέα. Indicavit h. l. Schneiderus.

Digitized by Google

Monadici verſus, quorum de contexto dicere operae pretium viſum non eſt.

Procl. Tim. 2 p. 121 pr.

1 Ἐς ἂν Ῥείη παῖδα τέκοι Κρόνῳ ἐν φιλότητι.

Verſus eſſet, ſi liceret Ῥεῖα legere: quod bonum auctorem an habeat, dubito. GESN. Scilicet legebatur τέκοι παῖδα.

Procl. in Tim. 1 -- ap. Eſchenb. Epig. p. 99.

2 Ἡ δὲ πάλιν Γαῖάν τε καὶ Οὐρανὸν εὐρὺν ἔτικτε.

Athenag. Legat. p. 79, 26.

3 Ἡνίκα κόσμον ἅπαντα ἑαῖς ϛηρίξατο βελαῖς.

In fragm. Eſch. p. 245, 1.

4 Καὶ τὸ δικαιοσύνης τε καὶ εὐσεβίης μέγ' ὄνειαρ.

Non debebat Geſnerus hunc verſum hic collocare, qui ſumptus eſt ex Εὐχῇ πρὸς Μουσαῖον 14.

Ibid. ex Iuſtino M.

5 Πᾶσιν γὰρ θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις.

Vide fragm. I, 15.

Ex Apollo. Schol. ad 3, 467. Eſchenb. Epig. p. 105. GESN.

6 Καὶ τότε δὴ Ἑκάτην Δηὼ τέκεν εὐπατέρειαν.

Ex Procl. Tim. 1 -- Eſch. Epig. p. 55.

7 Μῆτίς τε κέλομαι, καὶ κέρδεσι.

8 Οἷσιν ἐπεμβεβαὼς δαίμων μέγας αἰὲν ἐπ' ἴχνη

ex Proclo MS. Bentl. ad Mill. p. 4 pr. (cf. Frag. ined. 15.) GESN.

9 Κρίας, ταυρείης, ὄφιος, χαροπῆ τε λέοντος

[καφαλᾶς] fert Φάνης Orphicus Procli ap. Eſchenb. Epig. p. 77.

Digitized by Google

10 Τῷ λαμπρῷ βλέπομεν, τοῖς δ' ὄμμασιν οὐκ ἐσορῶμεν.

Stob. Ecl. Phyſ. 1 p. 121 pr.

11 Τὸ γὰρ Ὡρμήθη δ' ἀνὰ κύκλον ἀθέσφατον, περὶ τούτης εἴρηται τῷ Θεολόγῳ τῆς θεότητος Procl. in Tim. 3 p. 160, 40 de figura mundi ſphaerica agens.

12 Ἠδ' ὕλην πρώτις αἰσχρῶν δώτειραν ἁπάντων, pro Orphico laudat Fr. Patric. Diſcuſſ. Peripatt. 2, 6 p. 238.

Digitized by Google

ORPHEI

FRAGMENTA INEDITA.

1. Hermias Commentario MS. in Platonis Phaedrum.

Οὐδένα γὰρ ἐνθουσιασμὸν ἄνευ τῆς ἐρωτικῆς ἐπιπνοίας συμβαίνει γίνεσθαι. Ὁρᾷς πῶς ὁ Ὀρφεὺς πάσας ἐπιτηδεύσας φαίνεται, ὡς δεομένας καὶ ἐχομένας ἀλλήλων; τελεσικώτατον μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ μαντικώτατον παρειλήφαμεν, καὶ ὑπὸ τῦ Ἀπόλλωνος κινέμενον, ἔτι ποιητικώτατον, ὅν γε δι' αὐτὸ τῦτο καὶ Καλλιόπης υἱὸν γενέσθαι φασίν. Ἐρωτικώτατός τε ἐστὶν, ὡς αὐτὸς λέγων φαίνεται πρὸς τὸν Μουσαῖον καὶ προτείνων αὐτῷ τὰ θεῖα ἀγαθὰ, καὶ τελειῶν αὐτόν.

2. Ibid.

Καὶ τριῶς δὲ λέγονται Ὀρφεῖς παρὰ Θραξὶ γενέσθαι.

3. Ibid.

Οὐ πρῶτος δὲ ὁ Πλάτων ἡνίοχον καὶ ἵππους παρέλαβεν, ἀλλὰ πρὸ αὐτῦ οἱ ἔνθεοι τῶν ποιητῶν, Ὅμηρος, Ὀρφεὺς, Παρμενίδης.

4. Ibid.

Αὐτῷ δὲ τύτῳ πρώτῳ τῷ δεσπότῃ Φάνητι καὶ πτέρυγας δίδωσι· Χρυσέαις πτερύγεσσι φορευμένος ἔνθα καὶ ἔνθα.

5. Ibid.

Τετρὰς δὲ ὁ Φάνης, ὡς Ὀρφεὺς φησὶ, Τέτρασιν ὀφθαλμοῖσιν ὁρώμενος ἔνθα καὶ ἔνθα.

Digitized by Google

6. Ibid.

Ὁ γάρ τοι Ὀρφεὺς περὶ τῆς νυκτὸς λέγων, θεῶν γὰρ ἔχει φησὶ (sic), καὶ μαντοσύνην δέ οἱ δῶκεν ἔχειν ἀψευδέα πάντῃ. Pro πάντῃ alio loco legitur πάντων. GESN.

7. Ibid.

Ἔξω γὰρ προῆλθον πρῶτοι ἀπὸ Φάνητος ἐρανὸς καὶ γῆ δεῖξαί τ' ἐξ ἀφανῶν φανερὸς οἵτ' εἰσὶ γενέθλην. καὶ πρῶτος καταλάμπεται ὁ ἐρανὸς ὑπὸ τῆ θείᾳ φωτὸς τῆ Φάνητος. τὴν γὰρ νύκτα ἡνῶσθαι αὐτῷ φησι πρωτόγονή γέ μεν ὄσις ἐσέδρακεν ὀφθαλμοῖσιν, εἰ μὴ νὺξ ἱερὴ μένη, οἱ δ' ἄλλοι ἐθαύμαζον καθορῶντες ἐν αἰθέρι φέγγος ἄληπτον· τοῖον ἀπέςραπται χροὸς ἀθανάτοιο Φάνητος. Binos posteriores versus, paulo aliter scriptos, citat Bentleius Epist. ad Millium p. 3. GESN.

Schneiderus pro ὄσις correxit ἕτις. Tum idem οἱ δέ τοι ἄλλοι θαύμαζον. Et ἄληπτον in ἄληκτον mutauit, pro quo apud Bentleium est ἄελπτον. Pro ἀπέςραπται scripsit ἀπαςράπτει, pro quo ἀπέςιλβε e Damascio est apud Bentleium.

8. Ibid.

Τριῶν γὰρ παραδεδομένων νυκτῶν παρ' Ὀρφεῖ, τῆς μὲν ἐν αὐτῷ μενούσης τῆς πρώτης, τῆς δὲ τρίτης ἔξω προελθούσης τῆς μέσης τούτων, τὴν μὲν πρώτην μαντεύειν φησὶν, ὅ ἐστι τῆς ἐπιστήμης, τὴν δὲ μέσην αἰδοίην καλεῖ, ὅ ἐστι τῆς σωφροσύνης, τὴν δὲ τρίτην ἀποτίκτειν φησὶ τὴν δικαιοσύνην.

9. Ibid.

Ἀδράσεια κεκλημένη, διὰ τὸ τὰ ὑπ' αὐτῆς τεθέντα καὶ νομοθετηθέντα ἀναπόδρασα εἶναι. διὸ καὶ πρὸ τοῦ ἄντρου τῆς νυκτὸς ἠχεῖν λέγεται· παλάμῃσι δὲ χάλκεα ῥόπτρα Δῶκεν Ἀδρασείη. ἐν τοῖς προθύροις γὰρ τοῦ ἄντρου τῆς νυκτὸς κάθηται ὁ Φάνης· ἐν μέσῳ δὲ ἡ νύξ, μαντεύουσα τοῖς θεσπεσίοις θεσμοῖς. (cf. Fr. 27.)

Digitized by Google

10. Proclus Commentario in Platonis Parmenidem.

Αὐτὸν τὸν Δία καὶ τὸν Διόνυσον παῖδας καὶ νέας ἡ θεολογία καλεῖ, καίπερ ὄντε γέω., φησὶν ὁ Ὀρφεύς.

11. Ibid.

Ὁ μὲν γὰρ Ὀρφεὺς μετὰ τὴν κατάποσιν τὴν Φάνητος ἐν τῷ Διὶ τὰ πάντα γεγονέναι φησί. ἔπειδὴ πρώτως μὲν καὶ ἡνωμένως ἐν ἐκείνῳ, δευτέρως δὲ καὶ διακεκριμένως ἐν τῷ δημιουργῷ τὰ πάντων ἀνεφάνη τῶν ἐγκοσμίων αἴτια. ἐκεῖ γὰρ ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη, καὶ ὁ ἐρανὸς αὐτὸς, καὶ τὰ στοιχεῖα, καὶ ὁ ἔρως ὁ ἐνοποιὸς, καὶ πάντα ἁπλῶς ἓν γεγονότα. Ζηνωνὸς (sic) δ' ἐνὶ γαστέρι σύῤῥα πέφυκε. v. Bentl. Ep. ad Mill. p. 3. (cf. Fr. 6, 8.) GESN.

12. Ibid.

Οὐκ ἂν θαυμασάμεθα τῶν Ὀρφέως ἀκούοντες ἐπῶν, ἐν οἷς φησιν ὁ θεολόγος·

Αὕτη δὲ Ζηνὸς καὶ ἐν ὄνμασι (sic) πατρὸς ἄνακτος

καίσσ' ἀθάνατοί τε θεοὶ, θνητοί τ' ἄνθρωποι,
ὅσσα τε ἦν γεγαῶτα, καὶ ὕστερον ὅπως ἔμελλε.

Scr. ἐπόσ. vel sic leg. vt ante ὅσσα. (cf. Fr. 6, 7. et Fr. 35.) GESN.

13. Ibid.

Χρόνος δὲ ὑπὸ Ὀρφέως ὀνομάζεται, κατὰ δή τινα θαυμασὴν ἀναλογίαν. γενέσεις γὰρ ὁ θεολόγος τῶν ἀγεννήτων μυστικὰς παραδὺς, καὶ τὸ αἴτιον τῆς ἐκφάνσεως τῶν θείων χρόνων συμβολικῶς ὠνόμασεν. ὅπου γὰρ γένεσις, ἐκεῖ καὶ χρόνος.

14. Proclus Comm. in Alcibiadem I.

Ὁ θεολόγος ὁ παρ' Ἕλλησιν, ἀνόμματον ἀποκαλεῖ τὸν ἔρωτα ἐκεῖνον· Ποιμαίνων παραπίδεσσιν ἀνόμματον ὠκὺν ἔρωτα.

Digitized by Google

15. Ibid.

Καί μοι δοκεῖ καὶ ὁ Πλάτων, εὑρὼν παρ' Ὀρφεῖ τὸν αὐτὸν τοῦτον θεὸν καὶ ἔρωτα καὶ δαίμονα μέγαν ἀποκαλούμενον. ἀγαπήσειαι καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῦ ἔρωτος τὸν τοιοῦτον ὕμνον. περὶ μὲν γὰρ τοῦ νοητοῦ νοῦ λέγων ὁ θεολόγος, ἁβρὸς ἔρως φησὶ, καὶ μῆτις ἀτάσθαλος, καὶ πάλιν, οἷσιν ἐπεμβεβαὼς δαίμων μέγας αἰὲν ἐπίσχνη· (sic duo MSS. cf. p. 404, 8.) περὶ δὲ τοῦ νοεροῦ νοῦ καὶ ἀμεθέκτου, καὶ μῆτις πρῶτος γενέτωρ, καὶ ἔρως πολυτερπής (cf. Fr. 8, 2). καὶ πάλιν, ἓν κράτος, εἷς δαίμων γένετο μέγας ἀρχὸς ἁπάντων. v. Bentl. Ep. ad Mill. p. 3. 4.

16. Ibid.

Παρὰ τῷ Ὀρφεῖ λέγει που πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα τὸν Κρόνον ὁ Ζεύς· Ὄρθου δ' ἡμετέρην γενεὴν ἀριδείκετε δαίμων. (cf. Fr. 10, 4.)

17. Ibid.

Καί μοι δοκεῖ, καθάπερ Ὀρφεὺς ἐφίστησι τῷ βασιλεῖ Διονύσῳ τὴν μονάδα τὴν Ἀπολλωνιακὴν ἀποτρέπουσαν αὐτὸν τῆς εἰς τὸ Τιτανικὸν πλῆθος προόδου, καὶ τῆς ἐξαναστάσεως τοῦ βασιλείου θρόνου, καὶ φρουροῦσαν αὐτὸν ἄχραντον ἐν τῇ ἑνώσει, τοιαῦτα δὴ καὶ ὁ Σωκράτους δαίμων περιάγειν μὲν αὐτὸν εἰς τὴν νοερὰν περιωπὴν, ἐπέχειν δὲ τῶν πρὸς τοὺς πολλοὺς συνουσιῶν.

18. Ibid.

Πάρεδρος ὁ νόμος τοῦ Διὸς, ὥς φησιν ὁ Ὀρφεύς.

19. Olympiodorus Comm. in Alcibiadem I.

Ἀλλὰ μὴν καὶ ὑλῶοι λέγονται, οἱ τήνδε τὴν ὕλην ἐξάπτοντες τῆς τῶν οὐρανίων, καὶ διὰ τούτου φρουροῦντες αὐτὴν, καὶ μὴ συγχωροῦντες ῥευστὴν οὖσαν, πάντῃ φθείρεσθαι. φησὶ γὰρ καὶ ὁ Ὀρφεύς· Ὕλης οὐρανίης καὶ ἀστερίης καὶ ἀβύσσου.

Digitized by Google

20. Olympiodorus Comm. in Phaedonem.

Καὶ ἔστι τὸ μυθικὸν ἐπιχείρημα τοιοῦτον παρὰ τῷ Ὀρφεῖ. τέσσαρες βασιλεῖαι παραδίδονται. πρώτη μέν, ἡ τοῦ Οὐρανοῦ, ἣν ὁ Κρόνος διεδέξατο, ἐκτεμὼν τὰ αἰδοῖα τοῦ πατρός. μετὰ δὲ τὸν Κρόνον, ὁ Ζεὺς ἐβασίλευσεν καταταρταρώσας τὸν πατέρα. εἶτα τὸν Δία διεδέξατο ὁ Διόνυσος, ὃν φασι κατ' ἐπιβουλὴν τῆς Ἥρας τοὺς περὶ αὐτὸν Τιτᾶνας σπαράττειν, καὶ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἀπογεύεσθαι· καὶ τότε ὀργισθεὶς ὁ Ζεὺς ἐκεραύνωσε, καὶ ἐκ τῆς αἰθάλης τῶν ἀτμῶν τῶν ἀναδοθέντων ἐξ αὐτῶν, ὕλης γενομένης γενέσθαι τοὺς ἀνθρώπους.

21. Ibid.

Διόπερ καὶ παρῳδεῖ ἔπος Ὀρφικὸν τὸ λέγον, ὅτι ὅσις δ' ἡμῶν ἀτέλεστος, ὥσπερ ἐν βορβόρῳ κείσεται ἐν ᾅδου.

22. Ibid.

Καὶ ὅτι τὸ ζῶν καὶ τὸ τεθνεὸς ἐξ ἀλλήλων, κατασκευάζει ἡ λέξις, ἐκ τῆς μαρτυρίας τῶν παλαιῶν ποιητῶν, ἀπὸ Ὀρφέως φημὶ λέγοντος· Οἱ δ' αὐτοὶ πατέρες καὶ υἱέες ἐν μεγάροισιν ἠδ' ἄλοχοι σεμναὶ νεδυαί τε θύγατρες. πανταχοῦ γὰρ ὁ Πλάτων παρῳδεῖ τὰ Ὀρφέως.

23. Ibid.

Ὁ Διόνυσος λύσεώς ἐστιν αἴτιος. διὸ καὶ λυσεὺς ὁ θεός. καὶ Ὀρφεύς φησιν·

— Ἄνθρωποι δὲ τελείσσας ἑκατόμβας
πέμψουσιν πάσῃσιν ἐν ὥραις ἀμφιέτῃσιν *
ὄργια ἐκτελέσασι, λύσιν προγόνων ἀθεμίστων
μαιόμενοι· σὺ δὲ τοῖσιν ἔχων κράτος, ὅς κ' ἐθέλῃσθα
λύσεις ἔκ τε πόνων χαλεπῶν καὶ ἀπείρενος οἴτου.

* — τέσσιν alter MS.

Digitized by Google

24. Ibid.

Ὅτι παλαιὸς ὁ λόγος, Ὀρφικός τε γὰρ καὶ Πυθαγόρειος, ὁ πάλιν ἄγων τὰς ψυχὰς εἰς τὸ σῶμα, καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀνάγων, καὶ τοῦτο κύκλῳ πολλάκις.

25. Ibid.

Ὅτι οἱ παραδιδόμενοι τέσσαρες ποταμοὶ κατὰ τὴν Ὀρφέως παράδοσιν, τοῖς ὑπογείοις ἀναλογοῦσι δ' ϛοιχείοις τε καὶ κέντροις, κατὰ δύο ἀντιθέσεις. ὁ μὲν γὰρ Πυριφλεγέθων, τῷ πυρὶ καὶ τῇ ἀνατολῇ, ὁ δὲ Κωκυτὸς, τῇ γῇ καὶ τῇ δύσει, ὁ δὲ Ἀχέρων, ἀέρι τε καὶ μεσημβρίᾳ. τούτους μὲν Ὀρφεὺς οὕτω διέταξεν, αὐτὸς δὲ τὸν Ὠκεανὸν, τῷ ὕδατι καὶ τῇ ἄρκτῳ προσοικειοῖ.

26. Olympiodorus Comm. in Philebum.

— ἐν δέ γε τῷ φανερῷ ὁ νοῦς βασιλεύει· διὸ καὶ Ὀρφεὺς φησί· νοῦς δὲ οἷα ψευδὴς βασιλήϊος.

27. Ibid.

— εἴτε (μνήμη) ἡ θεὸς αὐτὴ, ἀφ' ἧς πᾶσα ἡ ἰδιότης ἐπιγίνεται, εἴτε ἡ παρὰ τῷ Ὀρφεῖ Μνημὼ, εἴτε καὶ ἄλλη τις οὖσα τυγχάνει.

28. Ibid.

Καὶ μὴν ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ἐν τῷ μυθευομένῳ ᾠῷ, τὰς τρεῖς ἐκφανῆναι μονάδας φησίν.

29. Orion Thebanus περὶ ἐτυμολογιῶν, MS. in Bibl. Reg.

Χεῖρες ἀπὸ τῆς χρήσεως, ὡσανεὶ χρήσιες οὖσαι, ἢ χρεῖαι. οὐδεμία γὰρ τέχνη προκόπτει δίχα χειρῶν. Ὀρφεύς· Χειρῶν ὀλλυμένων ἔῤῥεν πολυεργὸς Ἀθήνη.

30. Etymologicum MS. Bibl. Regiae.

Μίνθη, ἥν τινες ἡδύοσμον καλοῦσιν. ἔϛι δὲ καλάμινθος ἄγριον ἡδύοσμον, ὅπερ λυπουμένη ἡ Δημήτηρ ἰδοῦσα ἐμίσησε καὶ ἄκαρπον ἐποίησε. Ὀρφεύς· Τὸ πρίνιον μέγα δένδρον ἐπὶ χθονὶ καὶ φερέκαρπον. Locus est mutilus. GESN.

Τὸ πρὶν ἐὸν ex Etymol. Gud. corrigi a Kulenkampio notauit Schneiderus.

Digitized by Google

31. Scholiastes MS. in Dionysium Periegef. vf. 1.

Καὶ Ὀρφεὺς ἐν τῷ περὶ Διὸς καὶ Κόρης φησίν· Κύκλον τ' αἰέναον καλλιρρόου ὠκεανοῖο, γαῖαν δίχθσι περί νιν ἔχει ἀμφιέλισσε. Hoc fragmentum aliter legitur apud Eustathium l. c. (cf. Fr. XLIV.)

32. Scholiastes MS. in Aphthonii Progymnasmata.

Ὀρφεὺς δ παῖς Οἰάγρε τε φησὶν ἐν λόγοις·

Ἐν θήρεσσι λέοντες ὀρειλεχέες χαμαιεῦναι
γίνονται, δάφναι δ' ἐν δένδρεσιν ἠυκόμοισι.

33. Io. Tzetzes Exeg. Hom. MS. fol. 8.

Εὑρίσκω γὰρ αὐτὸν (Homerum) ἃ μέν τινα τῶν Ὀρφέως ἐπῶν καθ' ὁλοκληρίαν πρὸς τὴν αὐτῆ μετοχετεύσαντα ποίησιν, ἕτερα δὲ πάλιν καθ' ἡμίσειαν παρασπάσαντα· ἔστι δ' ἃ καὶ μεταφράσαντα ἢ καὶ ἀλληνάλλως μετασκέψαντα ποίησιν· ὡς τὸ

σηκάζειν πυρσάς τε καὶ ἀσάχυας κατ' ἀλωάς,
ἀνδρῶν λικμώντων ὅτε τε ξανθὴ μήτηρ
κρίνῃ ἐπειγομένων ἀνέμων καρπόν τε καὶ ἄχνας.

καὶ τὸ,

ἕκτον ἔτος· τὸ μὲν ὕτις ἐπέφρασεν ἠδ' ἐνόησεν.

καὶ τὸ,

μῆνιν ἄειδε θεὰ Δημήτερος ἀγλαοκάρπε.

πρὸς δὲ καὶ τὸ,

ἕκτῃ ἐνήριγεν εἰροδοδακτύλῳ ἀργυροπέζῃ.

καὶ τὸ,

ἰσὸν ἐποιχομένην ἀτελῆ πόνον ἀνθεμόεσσαν.

καὶ τὸ,

σμήνεα δ' ἐργάζεο μελισσάων ἀδινάων.

ὁμοίως δὲ καὶ τὸ,

Ζεὺς Κρονίδης βασιλεὺς ὑψίζυγος αἰθέρι ναίων.

καὶ κατὰ μετάφρασιν, ὡς τὸ,

Digitized by Google

οὐδ' ἢν Ἰφίκλοιο θοώτερος αὐδάζοιο
ὅστε καὶ ἀνθερίκεσσιν ἐπέτρεχεν, οὐδέ τι καρπὸν
σίνετ' ἀήσυρα ἐλαφρὰ γυῖα φέρων ἐπὶ λήϊον αὖον.

καὶ ἕτερα μυρία.

Dedi ſcripturam codicis. Quae verae ſint lectiones, neminem latere poteſt. Vltimum fragmentum in Maximi carmine eſt v. 422.

34. Idem fol. 1. a. b.

Ὁ παλαιὸς γὰρ Ὀρφεὺς ἀφ' οὗπερ ὁ ἐμὸς χρυσοῦς Ὅμηρος πολλὰ ἀνθεμουργὸν μέλισσαν ἄνθη ἐπῶν ἀπεδρέψατο, ἐν ταῖς ἑαυτοῦ δωδεκαετηρίσιν, οὐ νήδυμον φησὶν ἀλλὰ ἥδυμον, λέγων οὕτωσί.

ὧδε γὰρ ἂν μίμνοι καθαρός τε . . ἔμπλεος οἶνος
ἥδυμος εὐώδης τε· καλὸν δ' ἔτος ἐστὶ φυτείης.

καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν φησίν.

ὕπνον ὃς οὐκ ἐᾷ με λιγὺν ἐπὶ βλεφάροισιν ἰαύειν,
ἱστάμενος ἁπαλοῖς ἐν ὀνείρασιν ἂν πᾶσαν ὄρφνην.

τὸ δὲ λιγὺς ταυτὸν ἐστὶν τῷ ἥδυμος.

35. Idem fol. 9. b.

Καὶ ὁ Ὀρφεὺς·

ἡ μὲν γὰρ στείχῃσιν ἐπ' ἀρνειοῖο θεοῖο.

36. Idem fol. 11. b.

Ῥήτωρ ὡς ἤδη εἰρήκειν γεγονὼς ὁ Ἀλέξανδρος (Priami f.) πολλὰ συγγεγράφηκεν, οἶμαι δὲ καὶ ἀρχαιογονίας λόγους ἐξέθετο, πῶς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία, ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα, τίκτουσι πάντα, κἀπέδωκαν εἰς φάος, καθὰ φησὶν Ὀρφεύς τε ὁ παλαιὸς καὶ Ἡσίοδος, Ἐμπεδοκλῆς τε σὺν αὐτοῖς ὁ Ἀκραγαντῖνος, καὶ Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος, καὶ ὁ τοῦ Ἀναξαγόρου τουτοὶ μαθητὴς Εὐριπίδης, οὗτινός εἰσιν ἔπη καὶ οἱ τανῦν ῥηθέντες μοι ἰαμβοί.

Digitized by Google

CRIBELLI
VERSIO ARGONAVTICORVM

I. IOS. SCALIGERI
VERSIO HYMNORVM

Digitized by Google

Digitized by Google

ORPHEI ARGONAVTICA.

O rex et vates Pythonis maxime princeps
Cuique ſacra eſt ſummum Parnaſia petra cacumen,
Virtutem cano Phoebe tuam, tu praemia famae,
Veridicamque mihi toto da *) pectore vocem
Vt teneam dulci mortalia pectora cantu,
Cum iubeant plenis muſae me ſcribere chartis.
Nam mihi Phoebe pater citharae pergrata canenti
Carminibus flagrat mens, nondum dicta referre
Tempus adhuc vllis, tunc cum Bacchique tuique
Percuſſus ſtimulis horrentia tela canebam,
Quaeque iuuent homines, et quae myſteria genti,
Nec non prima chaus antiqui vrgentia fata,
Deinde per innumeras Saturni ſemine vires
Aethera, et excelſum duplex cui robur amorem,
Quique frequens genitae eſt noctis pater inclytus, hunc ſe
Quod prior oſtendit noſtri dixere Phaneta,
Vnde potens fluctu tellus, et bella Gigantum
Impia, qui in ſuperos aciem ſtruxere nefandam,
Ex ipſis hominum mortalis manat origo
Immenſae claudunt quotquot confinia terrae,
Diuinumque Iouis cultum, latriamque parentis
Montanae Cybeles, quaeque illa in montibus olim
Perſephonen patriis docuit iam forte puellam,
Herculis et laceri, famoſaque vulnera Maeli
Sacra quod Idaeis et vis Corybantibus ingens,
Erraritque Ceres, raptaeque exinde dolores,

*) Editum de.

Digitized by Google

Vtque dedit leges, quam splendida dona Cabirûm,
Quaeque canat nullus nocturna oracula Bacchi,
Diuinam Lemnon, et littoream Samothracen,
Sublimemque Cyprum, Veneremque vt amauit Adonis,
Orgia Praxidices, Arines cum Pallade noctis,
Aegypti luctus, et Osiris dolia sacra,
Quid de venturis praecordia visa ferarum,
Et volucrum doceant, quo ritu viscera spectes,
Quanta etiam somno captae pulcherrima rerum
Praedicant animae vatum de mente profunda,
Et quae sit signis, monstris, astroque minaci
Casta hominum generi lustrata perutilis vnda,
Quaeque deos placent, hominumque in funere dona.
Multaque praeterea mihi visa et cognita dixi,
Cum peterem tenebras pallentis Taenaron Orci,
Confisus cithara, chara pro coniuge nostra,
Et cecini qua sacra nitent Aegyptia pompa
Accedens Memphim praeclaram, atque Apide terras
Insignes, rapidi Nili quas vnda coronat.
Vera tibi nostro cuncta haec de pectore manant.
Nunc quoniam flagrans in nobis euolat oestrum,
Corpoream linquens molem, super aethera longe
Non audita prius nostro de carmine disces.
Pieriam vt quondam, Libethraque venit ad alta
Semideûm, pariterque Heroum primus Iason,
Et sibi pro reditu rogat auxiliator vt irem,
Puppe secans altum, crudelia regna petenti
Diuitiis gentem scelerum quoque mole grauatam,
Sole quibus genitus Aeaetes regnat in oris:
Nam timuit Pelias praesagia, ne sibi regni
Auferat Aesonides venturis sceptra diebus.
Fraudibus inde vias fallaci corde struebat,

Digitized by Google

Vellera de Colchis nam iusserat aurea ferri
Thessaliam ad pinguem, sed vox vt perculit aures
Impia, Iunonem manibus vocat ille leuatis,
Hanc colere e cunctis solitus coelestibus vnam.
Illa fauens iustis precibus, pia vota secuta est,
Nanque hominum magis vnus erat dilectus ab illa
Heroum intrepidus super inclytus Aesone natus.
Cogitur hinc ad opus Pallas Iunone vocante.
At dea fagineam celeri struit ordine puppim,
Remigioque aptat, salsum quae prima profundum
Praeterit, et pleno tenuit sua littora cursu.
Ergo vbi magnanimos reges collegit Iason
Impiger ad Thracen celerat vestigia nostram,
Illic me cithara sinuantem plectra canora
Inuenit, vt sacros facerem tibi Delphice cantus,
Qua traherem volucres, serpentes voce, ferasque.
Sed postquam gressus optato fixit in antro,
Protulit e calido mellitam pectore vocem.
Orpheu Calliopes Oeagro nate parente,
Atque in Bistonia Ciconum rex optime salue,
Tu nanque Haemonias princeps das iura per Alpes,
Strimoniasque vndas, Rhodopesque cacumina summa.
Ipse ego sum Minyes regali sanguine cretus
Thessalus Aesonides, hospes tibi certus habendus.
At tu quaeso faue coeptis, et percipe grato
Quae loquar auditu, nec inexorabilis esto.
Euxini pontique sinus, et phasida tutum
Te petere, et monstrare maris, quo nauiget Argo
Indomitis littus votum est Heroibus vnum.
Expectatur ab his tua vox diuina, chelisque
Quem sperant comitem pelago, sociumque laborum.
Nam neque mens dare vela viris in barbara regna

Digitized by Google

Te sine, qui tenebras de tot mortalibus vnus
Accesti horrentes, et quae rudis vltima rerum
Abdita sepolsuit tellus, atque inde rediisti, *)
Hanc igitur molem communis ferre laboris,
Nominaque ipsa velis tua clara nepotibus esse.
Inde ego sum tali respondens voce locutus.
Aesonida, quid tanta mouens hortaris et vrges
Ire procellosas armata puppe per vndas,
Vt veniam Colchon Minyis adiutor ad vrbem.
At mihi iam satis est operum, satis atque laborum,
Ex quo terrarum vidi loca plurima et vrbes
Aegypti, Libyesque viris oracula promens,
Et me sollicito tandem reuocauit ab aestu
Errantem, in patriamque parens veneranda reduxit:
Vt teneam tardos morientis tempore canos.
Sed neque fatales fas est mihi soluere leges:
Parcarum me iussa trahunt, magno mihi consent
Per numerum quaesita Iouis, iam iamque sequemur,
Inter et Heroas nostri numerabimur aeui.
Tunc quoque digrediens antrum peramabile liqui,
Dulcisona comitante lyra, Minyasque secutus,
Alatis pedibus pagasarum ad littora veni.
Hic tum bellaces angusto in littore Graii
Cum fremitu ad ripas condensabantur Anauri.
Atque vbi iam gressus spectant me ferre propinquos
Exultant animis, et gaudia plurima carpunt.
Ipse super tantis quaerens Heroibus ibam,
Herculis ac primum conspexi fortia diui
Pectora, quem peperit de magno Alcmena tonante,
Liquissent triduum solis cum lumina terras,

*) Nullum Iacennae signum.

Digitized by Google

Torpentisque forent gratissima tempora noctis,
Tiphynque Agniaden longe qui lintea puppis
Dirigeret, tunc se exercens confinia iuxta
Thespiaca, et pelago, et Telmisi nauigat vndis.
Is fuit horrisonis, saeuisque obstare procellis
Doctus, et ad tutos Argo perducere portus.
Pollucem atque equitum domitorem Castora noui,
Et te Mopse adii Titaresie, splendida cultu
Chaoniam peperit quem subter Aregonis alnum.
Praeterea Aeaciden illustrem Pelea partu
Aegines Dolopum, Phthia qui regnat in vrbe,
Mercurii generosa patris tria pignora vidi
Aethaliden, sibi quem genitrix tulit Eupolemia
Myrmidonis saxosae Alopes in montibus vrbis,
Euriton, egregiumque Enchiona, quos sibi quondam
Laothoe Mereti genuit commista puella
Merculii soboles Cyllenia regna tenentis.
Tu simul Actoride, Tu Buphage nate Corono,
Iphiclus et Phylaci diuum genus affuit vna.
Tuque etiam Aeneade, Phoeboque simillime Butes.
Transit Abantiades Euripi littora Canthus,
Quem Parcae domuere graues, Libyesque per arua
Immemorem reditus mors intempesta peremit.
Venit et Alconis Aesepo abs amne Phalerus,
Gyrtonem validis muris qui condidit vrbem.
Iphitus hos sequitur de te patre Nabole natus
Phocensis retinens turritae sceptra Tanagres,
Laodocusque Alausque, et Arcius inclyta proles
De Pero geniti, et praeclari germen Abantis,
Iphidamasque Alei venit, nam iussa parentis
Magnanimi vrgebant, Tegees tellure relicta.
Venit et Erginus Branchi, cultissima linquens

Digitized by Google

Et patriam celsis cum moenibus arua Mileti,
Maeandri in sese quae verberat vnda recurrens.
Deinde Periclymenus Nelides affuit vna
Pellenen iuxta linquens, madidamque Lipezon.
Asty suum diues, positasque in monte colonas.
Tu Calidone venis fortis Meleagre relicta,
Quem tulit in roseis Altheae amplexibus Oeneus.
Iphiclus alta secans Atracesia stagna reliquit,
Altheae qui frater erat, praeque omnibus vni
Intentus Meleagre tibi laudanda monebat.
Transit et Asterion genitus de patre Comete,
Piresien linquens, vbi mistus Apidanus vndis
Penei fluctus communes mittit in aequor.
Liquit et Eurydamas properans Boebeidos algam
Peneo illapsae Meliboeae moenia iuxta.
At postquam Elatides Polyphemus prosilit ingens
Viribus, heroasque inter ceu flamma refulgens
Enaeus venit, Caenei quem fama rapacis
Vrgentem Lapithas Centaurica tela tulisse
Transfixum trabibus abiegnis corpora longis,
Sustinuisse tamen genua incuruata furentem,
Et viuum manes, tenebrasque Acherontis adisse.
Venit et ipse Pheris Admetus Apolline quondam
Perfunctus seruo, patrias dum diffugit iras.
Nanque ille indomitis cyclopas morte sagittis
Pro nato impatiens affecerat ante perempto.
Actorionque Ili, qui filius Actorionis,
Saxosam linquens Opoenta. accessit et Idas.
Quique procul longe trans aethera, trans mare Lynceus
Et subter Plutum, terraeque barathra profundae
Solus in humanis visu penetrauit acuto.
Consequitur Telamon, fortis pater Aeacus illi,
Splendida cui nubens Aegina potentis Asopi

Digitized by Google

Nata dedit pulchrum Salaminae in littore partum.
Martius his Idmon nothus annumeratur Abantis,
Quem de concubitu genérauit Apollinis olim
Circum diuinos animoſa Pheretia fluctus.
Huic praeſcire dedit, huic promere voce futura
Phoebus, vt vtiliter genti memoranda loquatur.
Affuit et linquens Opoenta Menoetius agrum.
Vicinus Minyis venit quoque diuus Oïleus.
Inclytus his aderat Phloeas, quem propter amoeni
Aeſapi ripas Baccho eſt enixa puella
Inſignem forma, et prudenti pectore clarum.
Cepheus Arcadia conceſſit et ipſe relicta,
Ancaeusque ſenex Euxini ad littora ponti
Iuſſit ab Arcadia pater vna Heroibus ire
Hic humeris nullos validis induxit amictus
Sed rigidum pellis latus vrſo texit adempta.
Nauplius inſequitur Amymones cara propago,
Quem tulit illuſtri Neptunno ſubdita pulchro
Corpore dis ſimilem, et praeſtanti robore clarum.
Vertice Taenareo venit Maleatidos alto,
Aulonas linquens ſimul, vndiſonasque Therapnas.
Venit et Ancaeus cui cyclos, cuique planetas
Noſſe datum, et ſummis quod iter Pleuronius aſtris,
Vnde quod et praeſens, et quae ventura canebat.
Deinde Palaemonius Lerni nothus, vtraque venit
Laeſus crura licet, pedibusque nec ambulat aequis,
Vulcanoque ideo genitum de patre vocabant.
Venit et Alphaei ripis, Piſisque relictis
Patre ſatus magno Augeas de ſole coruſco,
Quin etiam gemini fortiſſima pectora rami
Amphion ſimul, Aſterius Pellene relicta
Cultibus et patriis alacres in praelia fratres.
Agnoui duplicem Boreae de germine ſpicam,

Digitized by Google

Quos peperit nubens Iliſſi ad fluminis vndam,
Regis Erechthei diuum genus Orithyia,
Quique etiam plumis circum talaria fuſis
Corpore dis ſimiles Zetes, Calaisque volabant.
Venit ab vrbe Pheris Pelia quoque principe natus *)
Anchiſteus, praecelſa duci cui pareat Argo,
Euxinum et Phaſin Minya vt cum remige poſcat,
His ſimul acceſſit dilectus ab Hercule diuo
Pulcher Hylas, nondum cui circuntinxerat ora
Candida flaueſcens roſei lanugo decoris,
Amphitryoniadae intonſus ſic ille placebat.
Sic illi ad puppim, ſic in ſermone frequentes
Circum aderant, aliusque aliud clamore iubebat,
Prandiaque haud parci praebebant hoſpite menſa.
Sed poſtquam ſat cuique fuit potusque cibique,
Ordine quisque ſedens, ad opus iam vota ferebat.
Hinc ſeſe ex alta conſurgens quisquis harena
Adſtantem glomerant ſpatioſo in littore natem,
Certatimque ſtupent omnes, ſed protinus Argus
Subnectens validos alta de puppe rudentes
Artis ope, et trabibus ſubter conuexa dolatis
Roſtra mouere parat, vocat atque hortatur honorans
Inteſſi vt ſubeant, ſtudioſos occupat ardor,
Arma quoque exuti prolixum pectora circum
Succincti funem, ſupremis viribus inſtant,
Et ſtatim ad fluctus ſtrident, propellitur Argo,
Illa ſed exiliens nudas dum calcat harenas
Terram inter fluctusque, in ſicca reſtitit alga,
Nec forti heroum dextra impellente mouetur.
Obriguit gelido tum rurſus pectore Iaſon,
Et me reſpiciens, vt noſtri carmine plectri
Vires atque animos defeſſis innuit addam.

*) Nullius lacunae ſignum.

Digitized by Google

At ego cum cithara meditatus carmina noſtra,
Melliſluasque mea reſonans cum matre camoenas,
Ex imo dulces produxi pectore voces.
Egregii Heroes Minyae generoſa propago
Eia agite inuictis alacres impellite funes
Pectoribus, ſolido et veſtigia figite greſſu
Summa pedum geminis innixi extendite plantis,
Et laeti in fluctus Argo proferte ſerenos,
Quae trabibus quernis compacta eſt, phagincisque.
Pergite voce mea, prius eſt ea cognita vobis
Cum traherem querous nemoroſa in valle Colones.
Et pontum peterent cantus de vertice montis
Saxa ſecuta meos. ſic tu procliuis in undas
Me ſequere aequoreas, moueat fiducia noſtrae
Vt properes citharae, vox et diuina canentis.
Nec mora proſiluit ſtridens, ſenſitque carinae
Subdita concuſſae callenti phagus ab Argo
Palladias artes. ſtetit ocyus illa per vndas,
Congeriemque leuat, vaſto natat ardua ponto
Et trabium denſas deiecit mota phalanges,
Vno protenſae ſubter quae fune iacebant.
Ingreditur portum gaudens, iam littore cedit
Vnda repercuſſo, laetusque exultat Iaſon.
Argus init ſaltu puppim, Tiphyſque ſecutus
Et ſua quaeque viris dant armamenta locisque.
Erigitur malus velum ſuper, hinc quoque clauum
Sub puppim nectunt, et loris fortiter vrgent.
At poſtquam remis inſtructa eſt nauis vtrimque
Accelerare iubent, Minyasque inſidere transtris.
Ad quos tum volucri ſermone locutus Iaſon,
Vos, ait, illuſtres proceres aduertite, nanque
Ipſe ego me nolim regem melioribus eſſe.
Ergo ducem quemcunque animus perſuaſerit vnus
Proferte heroes, illi ſint omnia curae,

Digitized by Google

Qui rebus modus, et quae sit sententia dictis
Cum terrae accedent, et cum tranabimus aequor,
Siue etiam Colchos, alias seu poscimus oras.
Effis enim numero simul, et virtute priores,
Et manet a superis nascendi gloria vobis,
Vt labor hic nulla communis laude canatur.
Sed neque qui superet, vel sit praestantior vllum
Hercule rege putem, simul et cognoscitis ipsi.
Sic ait, et cuncti laudarunt dicta tumultu,
Et clamor sequitur, regem placet esse, ducemque
Alciden, longe socios qui excelleret omnes.
Non tulit Alcides prudens, nanque ille sciebat
Aesonidae per iussa dari Iunonis honorem,
Vt decus in longos illius proroget annos.
Inde ducem clara decernit Iasona voce
Quinquaginta Argus remis terraque, marique.
Tum quoque collaudant Alcidae iussa tumultu
Sublato, et princeps *) his esse videtur Iason.
Sed iam vectus equis cum scanderet aethera Titan
Immensum et tenebras inferret noctis opacae,
Tum secum Aesonides intra praecordia cautus,
Foedera iuratos statuit firmare fidemque
Heroas, stabili seruentur vt omnia voto.
Tunc Musaee patris charum genus Antiophemi
Me properare iubes pulcherrima sacra parantem.
Ipse pyras igitur spatioso in littore struxi
Frugiferae quercus, tum vestes desuper amplas
Ordine composui, dis conuenientia dona.
Tunc quoque mugitu praestantem et robore taurum
Viuentem ad superos dura ceruice reflexa
Occidi iugulans, circum cruor vndique manat,
Impositi super, et confringens corda placentis,

*) Editum *principes*.

Digitized by Google

Vna oleae libans agnae cum lacte liquorem.
Tunc iussi densa proceres adstare corona,
Agglomerare enses, infigere tela iuuenco,
Visceraque et pellem mixu transfigere dextrae.
In medio patulam collectis omnibus vrnam
Constitui, inde manu commiscens omnia docta
In primis adipem Cerealia dona farinae
Et salsos pelagi fluctus, taurique cruorem,
Inde coronatos oleis ad sacra vocaui,
Ipse meis phialam manibus, fuit aurea, sumens
Impleui mistis epulis, atque ordine cuique
Heroum gustare dedi virtute potentum,
Et picis arentis immittere lampada iussi
Ignibus Aesonidem. facis ingens flamma coruscat.
Extendens tum deinde manus resonantis ad vndas. *)

* * *

Sed voco te primum seniorem Nerea cunctis
Quo patre formosae sunt quinquaginta puellae,
Et Glaucen Phocas quae concipit Amphitritem,
Proteaque et Phorcum, et late Tritona sonantem.
Et celeres ventos, quibus aurea iungitur aura,
Splendidaque astra procul, tenebras quoque noctis opacae
Praeque ducem pedibus fulgorem solis equorum
Daemonas amplexus, heroidas vsque marinas,
Littoreosque deos, fluuiorum et salsa fluenta,
Et fusco terras Saturnum crine mouentem,
Extantemque vndis, ad iuramenta venire,

* * * **)

Deserat vt nullus communes ante labores,
In patria rediens donec sit quisque receptus,

*) Ante hunc v. vnius versus vacuum spatium, male; post hunc trium.

**) Spatium vacuum vnius versus.

Digitized by Google

Laeserit at iurisiurandi foedera quisquis,
Numina contemnens superûm, testentur in illum
Vltrix iustitia, et poenas quae praebet Erinnys.
Haec ego. tunc omnes, periuria nanque timebant,
Adspirant nutu, manûbus quoque sic fore signant.
Atque vbi consensere, et iusiuranda dedere,
Prosilit in medium nauis tunc quisquis aduncae,
Ordineque adsedit, iuga subter et arma ligabant,
Aptabantque manus remis, iubet hic quoque Tiphys
Nexilibus longam chordis subnectere scalam,
Vela dare in ventos, portuque *) auellere funem.
Tunc etiam leuibus Iuno Iouis vxor eundum
Significat ventis impulsaque nauigat Argo,
At postquam remos haud fessi mente, manuque
Exercent proceres, et amarum scinditur aequor,
Spumea de prora deferbuit vnda tumescens.
Sed cum mane sacrum surgens aperiret eoo
Oceano terras, iam iamque aurora ruberet,
Dulce hominum generi lumen, superisque reportans,
Tunc sese nobis nemorosa cacumina, et altis
Rupibus, vmbroso de vertice, Pelion offert.
Hic propter terram Tiphys temone remisso
Remigibus lentis impelli iusserat Argo.
Tunc propere littus contingimus. haud mora iacta
Ad terram scala, portis intramus amicis.
Egressi Heroes Minyae dant membra quieti,
Ad quos tunc omneis Peleus eques est ita fatus:
Cernitis excelso collem sub vertice amici
In medio vmbrosum spatio? iustissimus illic
Centaurorum habitat speluncae in margine Chiron.
Quicunque in Pindo aut Pholoe versantur in vrbe,

*) Editum *portaque*.

Digitized by Google

Iuſtitiae ſtudet et morbis medicamina praebet.
Quinetiam Phoebi citharam quandoque canoram
Mercuriiue lyram plectro pertentat amoeno,
Iudicia in rebus mortales edocet omneis,
Vsque adeo Thetis niueis argentea noſtrum
Quemque enixa recens natum, complexa ſub vlnis
Pelion adſcendens, tulerit Chironis ad antrum,
Quo ſciat et prudenter ali, et conſtanter amari.
Sed iam certa tenet pueri me cura videndi,
Antrum igitur poſcamus, vt hic videamus amici
Quis puero cultus, morum quis fulgor in illo.
Sic dicens, callem ingreditur, ſectamur euntem.
Aſt vbi Centauri vaſtae ſucceſſimus aulae,
Ipſe recumbebat tenui prope limina lecto,
Ingens, atque humeros ſuſtentat petra, pedesque
Praepetibus membris extendebantur equini.
Tum prope Pelides, Thetidos quoque filius adſtans
Increpuit citharam, tenuit ſua gaudia Chiron.
Aſt vbi praeclaros reges ad limina vidit,
Excipit adſurgens et laetus ad oſcula quenque,
Inde epulas profert, et plenis vina lagenis,
Subſternensque humiles multa discumbere iuſſit
Fronde thoros, fert exuperans incompta paropſis
Porcorum, atque agiles ceruorum in prandia carnes.
Deinde tulit dulcis gratiſſima pocula Bacchi.
Cum iam menſa hilares animos foecunda dediſſet,
Applauſu ſtrepuere manus, me nanque iubebant
Cum cithara argutos cantus conferre Chironi.
At mihi non ideo perſuaſum eſt, nanque rubore
Perfuſus iuuenis ſenis aemulus eſſe verebar.
Ipſe ſenex donec cupiens cantansque coegit
Inuitum alternis modulis contendere Chiron.

Digitized by Google

Increpuit prior ergo lyra Centaurus eburna,
Quamque suis gestans manibus porrexit Achilles.
Et canit vt fuerint non æquo Marte feroces
A Lapithis iuxta Centauri morte perempti,
Et temere Alciden ausos irrumpere contra
In pholoe pugnasse, mero faciente furores.
Ast ego tum cithara post illum ex ordine sumpta
Mellifluum resonans emisi gutture cantum.
Nigrantis tunc ergo Chaus praedixímus hymnum,
Vt conuersa elementa, polusque apparuit horrens,
Quodque genus vallis terris, pelagique profundum,
Consilio et prudens, atque antiquissimus horum
Cuncta suo generauit amor, secreuit et ipsa
Saturnumque grauem, summoque vt denique coeli
Excepere Iouem regalia sceptra tonantem.
Cantabamque genus iuuenum, et ius omne deorum,
Pugnacem Bacchum, et crudelia facta Gigantum.
Mortalis super haec hominum memorata propago
Est mihi, et angustum veniunt cantata per antrum
Praedulces plectro reddente per atria voces,
Obstupuere apices montisque et vallis opaca
Pelionos, quercusque altae de carmine motae
Conuulsis properant ad eam radicibus aulam,
Auditoque ferae cantu, petraeque strepentes
Speluncae stabant informes, agmine facto.
Quinetiam sellis stabula ad centaurica pennis
Immemoresque sui nidi venere volucres.
Centaurus stupet aspiciens, feriensque trementis
In sese ipse manus terram pede pulsat equino.
Sed venit a puppi Tiphys, Minyasque repente
Imperio cogit, cantus ego deinde remisi.
Consurgunt proceres, sua quisquis et induit arma.
Sed natum Peleus patriis complexus in vnis

Digitized by Google

* * * *)
Arriſit lachrymans, gaudens excepit Achilles.
Ipſe ſuis pellem manibus Centaurus honorans
Hoſpita dona dedit pardi mihi munus habere.
Aſt vbi ſpelunca diſceſſimus inde relicta,
Extendens ſenior tumuli de vertice vtrasque
Phyllirides in vota manus, ſuperosque precatur
Dent reditum Minyis, veniat quoque regibus orat
Gloria magnaminis tardos viſura nepotes.
Ergo vbi iam ad nauem, et littus deſcendimus omnes
Conſedere ſuis in transtris quisque, manusque
Impliciti validis pulſabant aequora remis.
Pelion ex oculis abit, et vis ſpumea vaſto
Exultans pelago canentes fecerat vndas.
Piſaeus latet, et tua Sepia littora verter.
Ante oculos Sciathos veniunt, dolopisque ſepulchrum.
Plana quoque Anchialos, et aquis praeſalſus Enaulus,
Qui rapido vaſtis ſtrepitum dat flumine terris,
Praetereunt valles Minyae quoque montis Olympi
Excelſi obſtruſas, et Athon cum frondibus altis,
Pellenen latam, nec non diam Samothracem.
Hinc quoque mortali nulli dicenda deorum
Sacra meis moniti ſermonibus horrida vitant
Heroes, illinc nanque inſatiabile lucrum
Incola de nautis ſacrorum vindicat vſu.
Inde ad compoſitos vultus appellimus Argo
Diuinae Lemni. ſcelus illic auſa nefandum
Foeminei rabies odii iurata maritos
Exitio dedit. aſt deinde volentibus ipſis
Imperat Hypſipyle cunctis formoſior vna.
Sed tibi quid multis referam dea Cypria quanto

*) Vacuum ſpatium vnius verſus.

Digitized by Google

Fecerit igne graui ſplendentia pectora noſtrum
Lemniadum Minyis ſociare cubilia iunctis?
Reginam Hypſipylen ardens compreſſit Iaſon,
Aſt alias alii, pelagi nec cura manebat,
Donec me tardos animo indignante receſſus,
Et monitis miſcente minas, referuntur ad Argo
Remigio intenti, patriae quoque cura ſubiret,
Sub lucem Zephyro puppim feriente ſereno
Hellespontus habet, nosque arta relinquit Abydos.
Dardanium a dextris, Pityeque erat, Ilion ingens,
Pulcher vbi Aeſepus Percoten, Abarniadanque
Frugiferas terras ſplendentibus alluit vndis.
Laeta ferebatur ventis ſtridentibus Argo.
Atque vbi iam littus compreſſimus, ipſe magiſter
Aemoniae puppis, ſimul et praeceſſus Iaſon,
Atque vna Minyae reliqui monimenta Mineruae
Erecto aedificant ſaxo, pulcherrimus vnde
Manat ab Artaciae nympharum munere gurges,
Dona deae quoniam per concaua littora ponti
Hellespontiacis facies arriſit in vndis,
Et nullo introrſum motis aquilone procellis,
Iactanda in medios non haec fluit anchora fluctus,
Porrectoque illic tentoria littore figunt,
Et pranſi expectant venientis tempora coenae.
Iamque recumbebant venit cum Cyzicus heros,
Imperat hic Dolopum gentique Perictionumque
Aenei charum pignus, quem filia clari
Eudori Aenippe peperit formoſa puella.
Hic igitur menſa Minyas fouet hoſpite cunctos,
Flexipedesque boues, pingueisque dat eſſe iuvencos,
Agreſteisque ſues, et rubri pocula vini,
Et panum cumulos dono dat ferre per altum.
Inſuper et veſtes, tunicas, pictosque tapetas,

Digitized by Google

Fecerat aetatis par illos gratia charos,
Appositisque suum est dapibus testatus amorem.
Sed postquam Oceani latuit sol mersus in vndis,
Lunaque nocturnum stellis induxit honorem,
Prosilit Arctois pubes tunc Martia siluis,
Persimilisque feris facies fuit horrida, quales
Titanas referunt, fortesue fuisse Gigantes.
Nam sex cuique inerant cum duris brachia dextris,
Quos simul vt toruo viderunt lumine reges
In pugnam et duros assumunt arma labores.
Pugnabant illi piceis, hastisque abiegnis,
Et Minyas tenebris inuadunt noctis opacae.
Sed temere instantes natus Ioue fortiter arcu
Stridente occidit, iuuenem quoque perdidit vna
Cyzicon, inuitus licet, atque errasset in illo,
Fata sed vrgebant Alcidae occumbere dextra.
Cum subito in puppim saltu referuntur aduncam
Armati Minyae, atque omnes sua transtra tenebant,
Tiphys ab excelsa dat sibila puppe, iubetque
In nauem scalamque trahi, soluique rudentes.
At non soluuntur funes, sed naue retenta
Arctius haerebant subitae de more procellae
Vincula nodorum. stupuit tum nauita Tiphys
Egregius, iam voce carens et liquerat Argus
Temonem, fluctus expes euadere tantos,
Indignante Rhea populum per vulnera caesum.
Sed cum iam medios cursus nox atra teneret,
Iret et occiduas astrorum fulgor in vndas,
Altior inuasit nautae tum lumina somnus,
Inde deae mandata graui non vana sopore
Horrisonae instantis comprensum Palladis vrgent,
Fataque diuinum sic est ea fronte minaci.
Agniada dormis somno percusse profundo,
Pelle tegens oculos? sed iam consurgito Tiphy,

Digitized by Google

Et tutum ad littus ſaltu de puppe iubeto
Ire duces, informe tenent vbi corpus harenae
Hoſpitis, inferiasque dari, et ſua funera caeſo,
Dis Rhea nanque iubet ſacra et libamina ferri
Infernis, largosque oculis ſtillantibus imbres.
Fasque pium, atque huius ſic hoſpita menſa colatur
Quem iaculo inuitus *) traiecit noctis in vmbra
Alcides, iraque deam concuſſit amara.
Aſt vbi iuſtus honos habitus de more ſepulchri,
Inde deae ad ſedem venietis Dindymon altam.
Hic placanda ſacris Telluris filia pulchris.
Tunc funes trahere, et ventis dare vela iubebat.
Haec vbi fata dea eſt, abiit conuerſa ſagitta
Ocyor ad ſuperos, oculis huic pellis abacta eſt,
Qui propere exiliens populum clamore vocabat,
Hinc atque inde mouens, illos ſopor altus habebat.
At tremor hinc animi, ſed poſtquam voce vocatos
Heroas docuit per ſomnum vera locutus,
Surrexere citi, et ſaltu iam littora poſcunt.
Tum croceas aurora faces iam nocte fugata
Praetendens, rutilo ſpargebat lumine caelum.
Cum celſi proceres Minyae videre cadauer
Puluere foedatum, liuentique ora cruore,
Vtque feras alias, ingentia corpora circum,
Ipſi autem denſa regem cinxere corona
Cyzicon, et ſecto iuuenem ſub marmore claudunt,
Et fodiunt tumulum, factoque ex more ſepulchro
Agglomerant truncos propere. iam magna ſub antris
Viſcera defoſſis condunt, aſt ipſius vmbram
Idem ego perfectis placaui in funere ſacris,
Dulcis aquae, et niuei lactis libamina miſcens

*) Editum *inuictus*.

Digitized by Google

Illimo de fonte, meis et laudibus ornans.
Tum vero Aesonides sociis ad vota vocatis
Esse sepulchrali sua praemia dixit agoni.
Hypsipyle dederat ferri quae munera Lemno,
Ancaeo calicem dedit aurea dona palaestrae
Gibbosum, manibusque grauem. verum tibi Peleu
Victori in stadiis proprii certamine cursus
Insignem, rutilam, textam quoque Pallade vestem.
Et fuit argento Crater grauis, arte superbus,
Alcidae precium pro cestibus. aurea Castor
Dona tulit, phaleras praesignes, victor equestris.
Pollucique dedit splendentes ferre tapetas,
Nam fuit hic pugilum celebri certamine victor.
Ipse autem flexo vi multa strenuus arcu
Sublimem ante omnes emisit in alta sagittam,
Hinc oleam Aesonides Minyis donatus ab ipsis,
Intextam vario tenuit cum flore coronam.
At mihi pro cantu dat munera dius Iason
Ex auro extensis alis vtrinque cothurnos.
Hic pugnae modus. at celer implet fama penates
Cyzicon extinctum, quod postquam sensit et vxor
Infelix, altum resonat, laceratque pectus,
Et, collo inuoluens funem, suspensa pependit.
Suscipiens autem lachrymas has terra perennes,
Emisit latices, saxis fons vitreus inde
E mediis manat, fontem vocat incola Clamen.
Tunc ergo oracli memores tenuere cacumen *)
Diuinum auditi reges, et Dindymon altum
Vt veneranda sacris annosae denique placent
Corda Rheae, sumatque animas regina calentes.
Ipse autem cithara semper comitante sequebar.
Praeuenit hic etiam nos Argus puppe relicta,
Qui pius obliqua intortum cum cortice ramum
E ferro arentem vitem praecidit acuto

*) Nullum lacunae signum.

Digitized by Google

Effigiemque ſacram ſeclis monime
Omnibus egregia ſixit, formauit e
Reginaeque aram ſculpto de marm
Hic igitur properi Minyae, praequ
Aeſonides, ſectis ponunt altare l
Hoc ſuper et tauros libant, et v
Grata fuit, proceresque iuuant I
Nos cultus, laudesque deae cele
Supplicibus reditum quo ſic pla
Ergo vbi deſierant libamina ſacra
Argoam ad nauem deſcendimus
Tiphy
Heroas de puppe vocat, tum p
Irruimus, quo quisque prius per
Ordine, tunc etiam remorum c
Sponte ſua funes terra venere ſ
Velaque tenduntur, nobis Rhea I
Magnipotens miſit ventos de pu
Nos autem rurſum ſpectanda nep
Sacra coronata de naui mittimu
Implicitaeque Argus duri ceſſere
At poſtquam nauis complerunt
Subſiliens ſalſas ponti praeteruol
Et prope Myſorum terrae conſi
Rhindaciumque cito curſu tum p
Hinc iam littus amans gaudenti r
Intrat arenoſos, manibus tunc e
Colligere, et loris ſubnectere ve
Hinc ſcala egredimur ſubducta i
Quisque cibi potusque memor, r
Arganti hic circum praeceſſa cac
Tum vero armatus ſiluas proper
Alcides, arcu teloque tricuſpide
Venando vt praedam ſociis, coe
De ſue vel caprea, cornuta ſiue

Digitized by Google

Dumque ſubit late ſiluas clam puppe relicta,
Pone ſecutus Hylas, prauisque erroribus actus,
Peruenit infelix habitant vbi forte paluſtres
Speluncam nymphae, viſum quae protinus illum
Imberbem ſimilemque deis, rapuere ſub vndas,
Vt ſecum totos ſenii ſit neſcius annos.
Iam medio curſu rapidis altiſſimus ibat
Phoebus equis, reſonant validae de montibus aurae,
Carbaſaque alta petunt, iubet ergo intrare carinam
Exclamans Tiphys, et ſoluere littore funes. *)
At citus Elatides ſyluas Polyphemus inibat
Vt vocet Alcidem, celeremque reducat ad Argo.
Verum haud occurrit. robur nam fata vetabant
Alcidem indomitum contingere Phaſidos vndas.
Ergo vbi telluris infauſtae liquimus oras,
Hic iam Amycus Bebrycenſis habet crudelia regna
Gentis, et aetherium contemnens fasque, Iovemque,
Immane inſtituit contra hoſpita iura duellum,
Vt ſtabulum quisquis vel regia tecta ſubiret
In pugilem duris ineat certamina pugnis.
Hunc igitur ſtrauit vi vaſta robore Pollux
Percuſſa extemplo loris ceruice tremendis.
At Minyae ferro Bebrycenſia corpora caedunt.
Soluimus hinc, vrbemque in lato littore magnam
Remigibus laſſis Bithynia teota ſubimus.
Hinc iam fontis aquas, et ſiluis ligna niuoſis
Poſcimus hoſpitio, et ſub noctem coena paratur.
Perdidit hic geminos vibratis corde tumenti
Infelix Phineus petris ſua pignora natos,
Obiecitque feris inſano vxoris amore.
His autem vitam reddunt et lumina nati

*) Nullum omiſſi verſus indicium.

Digitized by Google

De borea, Phineum grauis eſt iactura ſecuta.
Nanque indignantes oculorum lumine caecant,
Cum ſubito validis borea ſpirante procellis
Curuantur denſae nemoroſa cacumina ſiluae,
Vt lueret Biſtonia lachrymabile fatum, *)
Hinc igitur miſeri crudelia tecta tyranni
Linquimus, et vaſtas pelagi conſcendimus vndas
Cyaneas iuxta petras, quas optima matrum
Annamerans docuit quondam me Calliopaea.
Hic ergo exitii vitandi nulla facultas,
Nanque illae aduerſis ventorum ſi tibus actae
Occurſuque graues allidunt ſaxa gementi.
Hic ſtrepitus late pelago, coeloque gementis
Praecipites reſonant perruptis fluctibus vndae. **)
Aſt ego tum tali ad Tiphym ſermone locutus:
Ad puppim conuerte oculos, et cautius ito.
Senſit vbi haec, gelidus tenuit praecordia ſanguis,
Quidquid agat tamen arcano ſub pectore caelat
Tum ſecum. ſed enim Pallas conſiſtere ſumma
Imperat antenna volucrem, ſic Iuno monebat,
Quae volat, et Minyis ſe triſtis Erodius infert.
Illa dehinc alis circa vltima ſaxa leuatis
Circuit, aſt petras concurſu tautuna horrens
Impetus alliſit; volucris pars vltima candae
Attrita eſt, Minyaeque illam clamoribus vrgent.
Tiphys vbi exitio volucrem iam vidit ademptam
Dat ſignum tacitis heroibus. ocyus omnes
Accenſi fluctus acri tum remige pulſant.
Aſt ego diuinis ingentia ſaxa camoenis
Mulcebam, ſubita illa procul ſecedere viſa.
Tunc erundarunt fluctus, ſublataque noſtro
Carmine tunc Argo vaſti tulit aequoris vnda.
Ergo vbi iam tranſgreſſa freti fuit ora tremendi
Cyaneasque Argo petras, ſe protinus aegre

*) Fortaſſe ſcripſit *in Biſtonia.* **) Nullum omiſſi verſus indicium.

Digitized by Google

Ex imo ſtabiles monſtrant ſuper aequora fundo.
Sic namque e tetrica parcarum lege iubetur.
Tunc igitur laeti fatum exitiale timentes
Ceruleas petimus Rhebani fluminis vndas.
Hinc procul in longum tractae Tyneidos arua
Tembrius irriguis fluuius facit humida ripis.
Sangarius ſubit hinc Euxini littora pulſans.
Aſt vbi remigio adiuti conſedimus oras
Vicinas Lyce magne tibi, quo nomine genti
Imperat, amplexu qui nos in tecta recepit
Rex Lycus, et Minyas fouit ſimul hoſpita menſa.
Ipſe dies noctesque ſuum teſtatus amorem.
Hic quoque parca duos Orco damnauit iniqua
Idmonaque Ampyciden, clarumque per aequora Tiphym,
Illum equidem morbi vis intempeſta peremit,
Aſt aper occidit ferus hunc, nos iuſta ſepulchri
Soluimus, et canas tum deinde repoſcimus vndas.
Credimus Ancaeo puppim. nam quisque magiſtrum
Nauigii, et pulchras callentem dixerat artes.
Suscipit hic igitur temonum lora manuque,
Parthenium, ipſe regens, Argo direxit in amnem,
Incola quem nitidis ſplendentem dicit ab vndis.
Alloquor hunc, Tiphym fueram qua voce locutus.
Emenſa hic apicem ſcopuli tendentis in aequor
Cappadocas praeter, curſu quoque puppis eodem
Acta Carambiacae tenuit confinia terrae.
Illic Thermodoon, et Halys perlabitur ingens,
Qui magno falſos inuadit turbine fluctus,
Lapſus ab Arctoae Boreali vertice plagae.
Longa Themiſcyres regio, et Boeantidos orae.
Hinc et Amazonidum turmae panduntur equeſtres,
Et Chalybes, ſociaeque manus Stybarena frequentant

Digitized by Google

Regna, et Moſynes iunguntur in vrbibus vna.
Conuerſi ad leuam Maurorum acceſſimus orae
Et Mariandinis vicinos vidimus agros.
Hinc Helices longum protenditur aequore collum.
Hinc quoque littoreis ingens vallatur harenis
Campus, et excelſae deſpectant aequora valles.
Mons Symus eſt vrbs his, viridanti gramine pratum
Arua lecant vaſto ſtrepitu deuectus Araxes,
Thermodon, rapidus Phaſis Tanaisque fluentes,
Inclyta vbi Colchi gens, Heniochique et Araxae
Progreſſi extremos portus, populosque videmus,
Vros, Chidnaeosque, Charandaeos, Solymosque,
Et iuxta Aſſyrios, dorſumque immane Sinopes,
Et Philyras, Naetasque, atque oppida denſa Sapeirum,
Byzeras ſuper hos, et inhoſpita rura Sigymnum.
His impulſa locis ventis afflantibus Argo
Fertur in immenſum, tenebris fugientibus orbem,
Euxinum, occiduo dehinc Phaſida ſole videmus.
Admonitos iubet hic Ancaeus candida multo
Stringere demiſſis antennis carbaſa nexu,
Malum aequare rati, puppimque impellere remis.
Fluminis at poſtquam tranquilla per ora recepti
Venimus hinc, muris Aeetae cincta ſuperbis
Regia ſpectatur, nemus et quo vellere pellis
Fuluo glandineae ſago ſuſpenſa nitebat.
Sic illi his cunctis intenti rebus agebant.
At ſecum Aeſonides animo quam multa volutans,
Ad Minyas fidos comi ſic voce locutus.
Praeſtet an Aeetae properare ad moenia ſolum
Ab reliquis, blandoque homini ſuadere laboret,
An ſecum ſociis iunctis heroibus iret.
Tum vero haud placuit Minyis ire omnibus vna.
Iuſſerat hoc etenim Iuno formoſa timentes

Digitized by Google

Contantesque suas fatis permittere habenas,
Quae cito tunc etiam ferri per somnia iussit
Aeetae exitium, vehemens hinc protinus omnem
Regalem cum mente domum concusserat horror.
Visus enim spectare sibi est ex aethere summo
Praefulgens charis occumbere virginis astrum
Medeae in smibus, propria quam nutriat aula.
Illa autem peplo accepto, gàuisaque tota
Mente ferens illud, latum peruenit ad amnem
Phasidos. ast raptum fluuii iam fluctibus astrum
Longius Euxini ponti de littore ferri.
Talia per somnum fuerant vbi visa, repente
Erigitur, Stygiusque tremor iam pectus obibat.
Exiliit strato, famulos iam frena iubebat
Constratis imponere equis, et iungere currus,
Vt veniens placet peramati fluminis vndas
Phasidos, atque ipsi patrias cum gurgite nymphas,
Heroumque animas, quotquot per flumen oberrant.
Inde suis iubet e thalamis accedere natas
Chalciopem et natos Phrixo iam coniuge adempto,
Et teneram forma insignem, vultusque ruboré
Medeam, vt curru vectae comitentur euntem.
Nam media Absyrtus procul hinc habitabat in vrbe,
Aureus vna ipsum currus, natasque ferebat
Aeetem, huic rapido cursu sublimis equorum
Fertur arundinei fauces ad fluminis, illic
Ferre preces patriis vndis, et sacra solebant.
Has autem ad ripas cursu peruenerat Argo.
Hanc ergo Aeetes conspexit, et ordine multos
Heroas vna in mediis considere transtris
Dis similes. nam pectora erant sua splendida cuique.

Digitized by Google

Verum inter cunctos praestans excellit Iason.
Huic etenim Iuno diuinum afflarat honorem,
Et dederat formam, et procero corpore robur.
Cum propius starent, alternaque lumina ferrent
Aeetes Minyaeque, grauem tulit ira dolorem.
At prius Aeetes splendenti Phoebus vt alter
E curru aurato longe radiabat amictu,
Serta caput circum radiis ardentibus illi
Ambibant, sceptrumque manu quatiente mouebat
Ceu fulgur, geminaeque latus cinxere puellae
Praeluſtres, gaudebat enim comitantibus illis,
Terribilis vero, et toruo quoque lumine spectans,
Crudelesque minas clamanti excussit ab ore.

* * * *)

Dicite quinam estis, vel quae vos duxit egestas?
Vnde etiam causae fuerunt mea regna petendi?
Nam neque iura mei regni, nec sceptra timetis
Colchorum, aut studio flagrantia pectora nostri
Qui Marte indomiti quoties ad bella vocantur,
Collatis patriam tutantur fortiter armis.
Sic ait: at cuncti tenuere silentia tristes.
Tum vero Aesonidae fidentia pectora Iuno
Attulit, heroas nanque ingens moeror habebat.
Nos neque latrones vt venimus, vllaue nostra
Saeua lacessitos iniuria reddidit hostes,
Mortales odio quae iam fecere priores
Haud pauci, rapto lucrum sibi turpe parantes.
Sed neque Neptunni brauium clarissima proles
Constituit primus Pelias et vellera nacti
Aurea felices patriam repetamus Iolcon.
At nonnulla tenent socii mihi numina iuncti.
Nam sumus Heroum, aut nati de sanguine diuûm.
Sed neque bellorum ignari, duriue laboris

*) Vnius versus vacuum spatium.

Digitized by Google

Hoſpitio iungi petimus, nam denique praeſtat.
Sic ait, aſt animum concuſſit flamma procellae
Aeetae ſimilis, oculosque intorſit acerbos,
Exitiumque dolo Minyis meditatur iniquo.
Ad quos eſt tandem tali ſermone locutus.
Si tanta in vobis animi vis Martia ſurgit
Vt contra inſtantes pugnaces fundere Colchos
Speretis, vobisque ingens erit inde trophaeum,
Vellera tollentes patrias depoſcite terras.
Sin autem pauci noſtra ſuperante phalange
Cedetis, poenas ſoluet confracta carina.
At mihi ſi qua fides, et erit magis vtile vobis,
Deligere e cunctis qui ſit praeſtantior vnum
Mens erit, vt ſubiens ego quae certamina dicam
Aurea dona ferat, et vos honor iſte manebit.
Sic dicens vrgebat equos, veſtigia retro
Illi iuſſa ferunt, Minyas dolor occupat altus.
Tunc ergo Aeſonides votis depoſcitur, illi
Non inuicta darent Colchorum pectora poenas.
Nunc autem Muſaee tibi praeſtrinxero, moeſti
Qualia pertulerint Minyae, tum regis ab aula
Aeetae rediens pugnax quae dixerit Argus,
Quem Phrixo de patre tulit ſibi iuncta puella
Chalciope in patriis laribus, quo tempore vectus
Arietis in tergo Colchorum ad littora venit,
Nunciat hic Minyis quae ſunt ventura ſuperbi
Stultitia Aeetae ſcelerato et pectore regis,
Vtque puellari infelix vtatur amore
Medaa, atque aſtu Iunonis capta feratur.
Nanque Cupidineo torquet Venus igne medullas,
Proximaque hanc Stygio telo traiecit Erinnys.
Vtque boues ignem ſpirantes ſub iuga miſit
Quadrifida, vt ſulco dederit quae ſemina Phrixus,
Geſſerat Aeetae veniens bellator ad aulam,
Anguigenis dotem bellacem e dentibus actam,

Digitized by Google

Exoſam vt ſegetem ſummas occidit ariſtas
Funeſta Medæa manu, ſed gloria facti
Ceſſerit Aeſonidae, tenebris vt noctis opacae
Venerit infauſtis pullo velamine tecta
Auſpiciis, furtim flammae data virgo furenti,
Et petiit celſam fatis vrgentibus Argo
Cum nullius erat non irae cura paternae
Vt complexa nouas diuerſa per oſcula formas,
Pectoraque attrectans perſonae baſia fixit,
Humectans lachrymis ſtagnantibus ora, pudorque
Omnis abit, cupit heroas, percuſſaque philtris,
Virgineum ſtrauit poſcens hymenaea pudorem.
Plura etiam fient poſthac vbi cognita rurſum.
Ergo vbi tecta ferox Medea paterna reliquit,
Venit et ad puppim greſſu ſuſpenſa latenti,
Tunc multa inter nos quo pacto aut arte locuti
Aurea de ſacra ferremus vellera fago,
Quam facile is menti noſtrae labor. at neque quisquam
Tantum auſus ſperare, noui nam plena timoris
Cuncta videbantur, ſeriesque immenſa malorum.
Nam primum ante domos Phaſis praelabitur ingens,
Deinde nouem denſus paries erectus in vlnas,
Turribus et ſolidis munitus vectibus ambit.
Septeni claudunt orbes, triplicesque tuentur
Aeratae ingentes portae, ſupereminet altus
Murus, et auratae decorant faſtigia pinnae.
Spargit inextinctas portarum limine in ipſo
Sublimis regina faces, atque inde Dianam
Oſtia ſeruantem Colchi coluere, viasque,
Ipſa oculis horrenda viros, atque auribus arcet,
Ni fuerit precibus ſacris placata peractis.
Quae Medea ſciens libamina ſola ſacerdos,
Et ſociae magno celant Cyteides aſtu.

Digitized by Google

Nec ciuis veniens illuc quicunque vel hoſtis
Interiora ſubit mortali limina greſſu.
Nam prohibet quacunque viae dux, et dea cuſtos
Immittens rabiem catulis irata ſerenis,
Interior ſepes murorum circuit hortum
Vmbroſum arboribus late creſcentibus, illic
Cum cornis pulchrae laurus, platanique decorae.
Hic etiam paruis tectae radicibus herbae
Aſphodelus, Clymenusque, et pulchrior his Adiantus
Et Thryon imbellis, Ariſtereonque Cyparonque,
Hormion, Iryſimon, deuotaque Cyclamis aris.
Stoechas, Paeonieque, et ramo diuite ereſcens
Mandragora, et Polion, ſubtilis Dictamus vna.
Hic et odora Crocus, hic Cardamon, hic quoque Cemus.
Cumque Chamaemelo Smilax, Mecon quoque nigra,
Alcyaque, et Panaces, et Capaſon atque Aconitum,
Et quae dira ſuis fert gramina terra venenis.
In medio ſtipes fagi ſacer, arduus altum
Denſatur nemore, et ramis ſpatiantibus exit.
Hic igitur Phrixaea omni de parte refulgens
Aurea pendet ouis, ſerpens hic vellera circum
Peruigilat, dictu monſtrum mortalibus horrens.
Nam tegitur fuluo corio, multisque ſuperbum
Amplexus truncum ſpiris ingentibus ambit,
Infernique Iouis ſignum pro vellere vexat
Indomitus cuſtos, et ſomni neſcius anguis
Sordida conuoluens humenti lumina tabo.
Aſt vbi de cunctis vt erant veriſſima rebus
Nouimus et tenebris Hecates cultode dracone,
Omnia quae nobis prudens Medea reſoluit,
Poſcimus in tanto et ſine ſpe discrimine, ſaeua

Digitized by Google

Quo dea ſit placanda modo, faueatque rogata
Vt ſit iter nemus in vaſtum, tandemque recepto
In patrias laeti redeamus vellere terras.
Tunc Mopſus iubet e cunctis heroibus vnus,
Nam fuit ingenio vates. is doctus et arte,
Vt me ſupplicibus adigant ad munera verbis;
Placantemque deam, monſtrumque immane trahentem.
Sic illi orantes facta cinxere corona.
Iuſſi igitur geminos, fortem quoque Iaſona fratres
Pollucem pugilem, praeſignem et Caſtora equeſtrem,
Mopſonque Ampyciden loca poſcere plena laboris.
At me tum ab reliquis ſolum Medea ſecuta eſt.
Poſt vbi contigimus aras, diuamque Therapnen,
Effodi triplicem campi ſuper aequora foſſam.
Arceuthi truncos, fragmenta quoque arida cedri,
Et Rhamni ſtimulos, et ſtridula ab arbore ramos
Quaque legens, ſtruxique pyras in margine foſſae.
Multa quoque ipſa mihi callens Medea ferebat,
Et ſacri ex adyto capſam geſtabat odoris,
Tum propere ſubter veſtem ſimulacra peregi,
Impoſuique ignem, congeſtaque viſcera, ſacram
Rem faciens, catulos nigra tris pelle locaui.
Sanguine miſcebam calchantum et ſtruthion illo,
Et ſchiſtam Cnecum, deforme his Pſyllion addo
Chalcimon, Anchuſamque rubram, truncique ſubinde
Appoſui ventres ſecto de corpore plenos,

* * * *)

Succinctus pullas, ferrumque hoſtile lacernas,
Pulſabamque rogans, dant illae protinus aures
Lurida rumpentes funeſti clauſtra barathri

*) Vnius verſus vacuum ſpatium.

Digitized by Google

Tisiphone, Allectoque furens, et dia Megaera,
Succenduntque faces in caedem et vulnera tetras.
Inuaditque pyram flammis stridentibus ignis.
Et fumum ingentem flagrans dat in aethera nidor,
Cum subito inferna per flammam sede feruntur,
Crudelis nec visa lues, facinusque stupendum.
Corpora sunt illi de duro immitia ferro
Pandorenque vocant, variis dehinc horrida formis
Immanis nec mente capax monstrosaque Ditis
Nata triceps Hecate, leua nam parte iubosus
Hinnit equus, dextra rabido canis aestuat ore
Exitiale malum, medio fera surgit agrestis,
Ensis vtraque manus acie distringit acuta.
Et circa foueam varios sinuantur in orbes
Pandore atque Hecate, poenarum hinc turba subibat
Quaeque faces custos piceas immunda Dianae
Mittit humi sternens oculos, nec ad aethera tollit.
Lambunt ora canes innati. argentea iamiam
Claustra patent, pulchrasque fores tum sponte recludi
Portarum aspiceres, oculi nemus omne pererrant.
Ast ego tunc ipso gressus in limine fixi,
Medea insequitur, et splendidus Aesone natus,
Tyndaridae, atque vna celerant vestigia Mopsus.
Cum prope iam tanto fagus quaesita labore
Staret, et hic fundus Stygio sacer, araque regi,
Ecce draco, immensos spiris facientibus orbes,
Attollens immane caputque, genasque frementes,
Sibilat horrendum, strepuit conterritus aer,
Insonuitque arbor, radicibus omnis ab ipsis
Hinc atque hinc concussa, strepit nemus vndique densum.
At me tum sociosque simul tremor occupat ingens,

Digitized by Google

Medeae tantum mens vni interrita manſit,
Fruſtaque cum triſti manibus radice revellit.
Tunc ego diuinum modulatus pectine carmen,
Supremamque chelym plectens et pollice chordam,
Dulcia de noſtris emiſi murmura labris,
Et ſomno laudes regique hominumque, deumque,
Molliat vt validi, cecini, fera membra draconis.
Protinus audito venit Cyteida cantu
In patriam, ſopitque hominum mortalia corda,
Ventorum et ſtrepitus vaſtos, fluctusque marinos,
Vndantes fluuios, curſumque e fonte perenni.
Cumque feris volucres, quod viuit, repit, et omne
Collocat in lecto, et pennis praeteruolat aureis.
Hic igitur Colchos, florentiaque arua popoſcit
Somnus, et horrentis inuaſit lumina monſtri.
Haud morti abſimilis, preſſum caput applicat armis,
Subducens ſolles ingentia colla, ſtupetque
Medea infelix, tum protinus Aeſone natum
Incendens propere ex alto iubet aurea ramo
Vellera detrahere. accelerat non ſegnis Iaſon,
Exceptaeque humeris fert pondera pellis ad Argo.
Exultant Minyae heroes, alteque leuarunt
Ad coelum ſuperosque manus et ſydera iunctas.
Vellera ſic illi circunſtant. protinus ergo
Medeam e ſeruis Aeetes audit abiiſſe.
Hinc vocat Abſyrtum, populumque et ad arma vocare,
Germanamque vna dat quaerere iuſſa ſororem.
Phaſidos is rapido greſſu properabat ad vndas,
Heroasque petit, audax vbi virgo reperta.
Et iam nox medias curſu transegerat vmbras,
Cum Medea dolis inſtructa, et amoribus ardens
Exitium fratri Abſyrto meditatur iniquum,

Digitized by Google

Et caesum vasti iaciunt in fluminis vndas.
Gurgite quem mersum, rapiunt Nereides alto.
Illum autem saeuis e fluctibus insula tandem
Allisum excepit, quam nunc Absyrtida dicunt.
Sed neque fas, neque cuncta deum latuere videntem.
Tunc propere insiliunt puppim, ferroque rudentes
Vtrinque abscindunt trepidi, sed deuius errat,
* * * *)
A ponto auertit, nec fluminis ora deorsum
Poscimus, ac scelere obducti contraria duro
Remigio sulcant Colcho tellure relicta
Lymphati Minyae, caecosque profunda premit nox,
Et medios fluxus stulti ignarique locorum!
Currimus. at loca plena colunt ea maxima circum
Gymni, Buonomaeque, et agrestes Arcyes vna,
Cerceticique, ferox ea gens, Sintique superbi,
Sparsa Charandaeas per valles tecta frequentant
Caucasseas iuxta rupes, artamque Erythiam.
Sed cum mane rubens orbis proferret eous
Insula poeanthe fessos excepit, at illam
Aduersos remis circundant flumine cursu
Ingenti Phasis, tranquilloque amne Saranges
Quem stagnante palus Maeotis gurgite latum
Sparsa per irriguos transmittit in aequora campos.
Tunc ergo obnixi remis noctesque diesque
Currimus hinc fauces cogentem Bosphoron arctas,
Transilimus tauro Titan vbi fortiter vsus
Traiecit fluuium facientia stagna palustrem.
Hinc iam remigio longos faciente labores

*) Vnius versus vacuum spatium.

Digitized by Google

Maeotas tunicis primo contingimus altis,
Finibus et vaſtis immenſo crine Gelonos,
Sauromatasque, Getasque, Gymnaeos, Cecryphasque,
Arſõpasque feram gentem, ſaeuosque Arimaſthas,
Qui poſitas habitant circum Maeotida terras.
Aſt vbi inexhauſto contriſtauere labore
Nos ſuperi, et vaſtae vada ſunt transmiſſa paludis, *)
Vix tandem exitio eripimur, pulſantibus Argo
Demiſſis tabulis et iam ſtridente carina.
Inde ſub Arctois anguſto rapta meatu
Finibus oceanum verſus prolabitur Argo,
Defeſſi noctesque nouem, totidem quoque ſoles
Linquimus hinc atque hinc ignotas nomine gentes,
Pacton, Arctaonque genus, Leliosque feroces,
Belligerosque Scythas, deuotaque pectora Marti,
Funeſtos tauros crudelia ſacra ferentes
Diuae Hecatae, humano complent cratera cruore,
Quin et Hyperboreos Nomadas, et Caſpia clauſtra.
Atque vbi diua diem iam clarum aurora reuexit,
Rhiphaeas valles attingimus, inde repente
Proſilit anguſti puppis per littora ponti,
Oceanumque intrat, Saturnius ipſe vocatur
Pontus Hyperboreis a gentibus, et mare mortuum,
Vnde etiam lethum fugiendi nulla fuit ſpes,
Ni puppim validis Ancaeus viribus actam,
Innixus pulchra temonibus arte dolatis
Dextra coegiſſet curſum per littora ferre.
Proſilit hinc geminis ſudanti remige palmis
Sed domitos longo remorum denique pulſu **)
Linquebat iam feſſa manus, iam triſtia corda,

*) Nullum lacunae indicium. **) Nullum lacunae indicium.

Digitized by Google

Brachiaque innexum durata fronte plicamus.
Torquet dura fames, et ſudor multus anhelos,
Tum ſaltu rapitur de puppe Ancaeus, et omnes
Mollibus hortatur heroas fidere verbis.
Qui poſtquam cum puppe locum tenuere paluſtrem,
In mare de ſumma ſaliunt per littora naui,
Funibus ac ſubito longis a puppe reductis
Extremo annexam deducunt molliter Argo
Argus et Ancaeus, Minyis dant deinde rudentes
Tendendos reliquis. rapiunt per littora curſu
Veloces, ſequiturque illos non tarda carina,
Stagnantesque vndas lapidoſo in littore ſulcat.
Nanque illud nulli feriunt ſpirantibus auris
Indomiti pelagus venti. perſtat mare ſurdum,
Dictaque pars Helices, et Tethyos vltima regni.
Aſt vbi ſexta dies roſeo cum lumine venit,
Venimus ad dites, omnique ex parte beatos
Macrobios, facilem, qui vitam in longa trahentes
Secula, millenos implent feliciter annos,
Immunes vitiique omnis, ſortisque malignae.
Verum vbi fatales aequarunt tempore parcas,
Tum ſomno capiunt, et dulci morte quietem,
Non illis hominum ſunt vlla negocia curae,
Sed capiunt dulcesque cibos terreſtribus herbis,
Ambroſiumque bibunt ſuccum de rore perenni.
Pars illos decorat aetatem ſplendor in omnem,
Arridentque illis facies, oculique ſereni
Patribus ac pueris, tum vero menti animoque
Inſtitiae cultus, et ineſt prudentia verbis.
Hos igitur denſos percurrimus, ipſa pedeſtri
Littora transigimus greſſu. tum Cimmeriorum
Velocem ad littus nauem propellimus, hi ſunt
Phoebaeae totos expertes lampadis annos.
Nam mons Rhiphaeus, et vertex Calpius illinc

Digitized by Google

Nascentem auertunt solem, densissima phlegre
A medio vastas consurgens porrigit vmbras
Vsque die, radiosque omnis regionibus illis
Continua immersis adimunt caligine solis.
Digressi hinc igitur, pedibusque ea littora mensi,
Venimus ad scopulum fortem, littusque serenum,
Vorticibus fluuius decurrens inde profundis
Aureus e gelidis Acheron perlabitur oris.
Hunc primum vitreis currentem interfecat vndis
Nigra palus, raucoque sonant hinc murmure ripae.
Densa per has viridi sunt fronde arbusta, feruntque
Assiduos fluctus noctesque diesque per omnes,
Statque humilis circum vesci vtilis Hermionia.
Ornat et hic muris vicos appensa, viasque.
His quoque gens oris hominum iustissima viuit
Ipsa quibus satis est nauis morientibus vna.
Nanque animae tenui vectae per flumina cymba
Traiiciunt ripas, viluntur protinus vrbes,
Infernique fores validae, somnusque profundus.
Ast vbi iamque hominum mores, et nouimus vrbem
Magno infelices ea mensi littore damna,
Tum propere Ancaeus nauem petit ocyus omnes
Defessos, quamuis conscendere iussit amicos,
Ad quos est verbis blandis quoque pauca locutus.
Nunc etiam durate viri, labor vltimus hic est,
Quo nec iam grauior succedet. iamque ego claros
Aspicio Zephyri flatus, stridentque per vndas
Oceani mihi non ignotae fortius aurae.
Sed propere malum media firmate carina,
Soluite vela suis de funibus, arma parantes
Ordine dextra, latus prudens exornet vtrunque.
Sic illi peragunt certatim cuncta, sed imo
E fundo resonans dat vocem concita fagus,

Digitized by Google

Argolica Pallas fecuit quam diua bipenni,
Atque ait. aſt circum ſtupor inde inuaſerat omnes.
Heu me, nanque vtinam colliſa et perdita dudum
Cyaneis petris Euxini in fluctibus eſſem,
Quam nunc ſtultitia regum haec opprobria nunquam
Credita perferrem. nam me fera ſemper Erinnys
Abſyrti effuſo cognati ſaeua cruore
A tergo inſequitur, damnis quoque damna gravantur.
Has igitur caeſi poenas, ſcelerisque nefandi
Perfero fatales nunc huc impulſa per vndas.
Quin vos me ſcopulis ſacris immittite terrae,
Inque ſinus noſtros pelagi deducite noſtri,
Oceanumque extra, atque Atlantica monſtra feratis.
Sic effata premit vocem. tum funditus omnis
Vis animi Minyis obtorpuit, horrida fata
Aeſonidae nimios paſſuri propter amores,
Multaque per ſenſus voluunt in pectore amaros,
An ſaeuam ferro perimant, et piſcibus eſcam
Medeam iaciant, retro et vertatur Erinnys,
Ni cito ſenſiſſet ſuper inclytus Aeſone natus,
Flexiſſetque iram, atque animos cuiusque precando.
Poſtquam Argus vocem vera audiuere loquentis,
Conſedere citi in tranſtris, remosque tulere.
At multa Ancaeus temonem dirigit arte,
Inſulaque ante omnes offertur Iernis, et Argo
Inſequitur metuens atram non ſtulta procellam,
Velaque franguntur. currit tamen illa per aequor
Anxia, nulla iterum fugiendi denique lethi
Spes erat, et duodena dies iam fluxerat, ex quo
Ignari vehimur quibus erraremus in oris.
Sed tamen Oceani extremo nos margine ferri

Digitized by Google

Cognorat Lynceus, conſpecta quoque eminus illi
Inſula Peuceeſſa, Cereris regalia ſunt hic
Ampla deae, et nubes haec circunfuſa coronat,
Quorum quaecunque eſt ex me tibi fabula conſtet.
Perſephonen ſoliti vt teneram dum ſedula flores
Colligit in magno germani fallere luco
Nauigio vectus, ſed equis vbi frena iuboſis
Imponens, vidit parcarum foedere Pluto
Vi flentem rapuit, traxitque Atlantis in aequor.
Nunc deſperatum eſt nos poſſe optata tenere
Littora, ſiue vllos contingi hic denique fines,
Ad quae non vllae vertunt ſua lintea puppes.
Nam neque clauſa palus pontum venientibus offert,
Sed ſcopuli circum, porrectaque ſaxa feruntur
In pelagus, generat fluctus pulcherrima dona.
At non Ancaeum rectorem puppis aduncae
Spes ſua *) deſtituit circum, ſed obambulat errans
Nunc latus in leuum flexo temone, nec illic
Viſo aditu in dextram direxit lintea partem.
Tertia lux tandem perduxit in atria Circes
Lintea, tumque loci petere interiora iubemus.
Nos quoque nos laeto iam littora poſcimus auſu.
Et denſis funes ſaxis conuoluimus, illinc
Emiſit ſocios, et quaerere iuſſit Iaſon
An colat ignotas, ſemotaque littora terras
Gens vlla, et mores hominum cognoſcere et vrbem.
Verum illis propere venientibus obuia ſolis
Filia, quam dicunt proprio de nomine Circen,
Affuit, Aeetae iuſto ſociata iugali,
Quam tulit Aſterope ſplendenti Hyperione mater.
Haec igitur curſu ad puppim peruenit. at omnes
Inſpecta ſtupuere, pares de vertice ſummo,

*) Editum *tuo*.

Digitized by Google

Et radiis similes spargebat nanque capillos,
Emittens gratas splendenti corpore flammas.
Verum vbi Medeam tenui velamine tectam
Inspexit, nanque illa genas perfusa rubore
Velabat, viridisque dolor tunc corda premebat.
Sic fatur, gemitus natae miserata latentes,
O misera, in quantos iecit te Cypria luctus,
Iam facinus vestrum non vlla aboleuerit actas,
Quod senis huc profugos frustra genitoris ab ore
Nunc agit ob caesi fratris crudeliter vmbram. *)
Nam neque vos patriis fas est succedere tectis
Pollutos tetra peccati labe recentis,
Ni prius inuisum Maleae in littore iusta
Purgetis per sacra nefas, libamen et Orphei.
Atque ideo nostras nunquam vos visere terras
Credite turbatos tam tetro crimine sordis,
Hospita dona tamen vobis studiosa parabo,
Et panem, et multas carnes, et dulcia vina.
Sic ait. et retro conuersa est. vasa sed ipsam
In mediam puppim potusque cibique feruntur.
Et tulit hinc ventus properos a puppe secundus.
Soluimus hoc igitur tensos de littore funes,
Sulcantes fluctus Ternesia littora iuxta.
Mox et ad Herculeas peruenimus inde columnas.
At circum scopulos atque alta cacumina Baccho
Sacratos tenuere diu ieiunia tristes.
Tunc quoque sol nitidum cum se proferret eous
Directo pelagus sulcamus remige glaucum.
Sardiniam hinc petimus tandemque sinusque Latinos,
Et quos Ausonium, tyrrhenumque alluit aequor.
At freta Trinacriae tua iam Lilybee tenentes
Aequora sentimus, flammamque per alta videmus
Aetnaei Enceladi nobis infesta minantem.

*) Nullam lacunae indicium.

Digitized by Google

Tum propere ſuper inſultans exaeſtuat vnda,
Ebullens, altoque ſremit torrente Charybdis.
Tunc etiam antennas inuaſit gurgite vaſto,
Sed puppim aduerſus rapit hinc ſimul, et neque curſum
Pone ſequi, nec retro datur ſubducere nauim,
Gurgiteque obducti iam circumuoluimur illo.
Tunc etiam praeceps ſummergi coeperat Argo,
Ni *) veneranda virum ſenis inclyta nata marini
Viuentem optaſſet contingere Pelea magnum,
Blandaque de thalamis veniſſet ad alta paternis,
Argoam et puppem coeno eduxiſſet ab imo.
Haud procul hinc vecti ſcopulo ſuccedimus altum
In mare porrecto, geminis hinc inde recurrens
Vnda, repercuſſo reſonat per littora ſaxo,
Fluctibus et gratae veniunt a cautibus aurae. **)
Illic melliſluam reſidentes ore puellae
Dant vocem, redituque carent per carmina nautae.
Et iam tum Minyas inuaſit gratia cantus
Sirenum, validisque ſonos transcurrere remis
Lethales mens nulla fuit, manibusque remittunt.
Quin etiam Ancaeus temonem ad littora vertit,
Ipſe ego ni citharae verſis in carmina cordis,
Quos mater docuit, miſiſſem pectore cantus,
Pangebamque modis ſuauem reſonantibus hymnum
Vt quondam aëripedum cauſa certarit equorum
Iupiter aſtrorum deus, et Neptunus aquarum,
Vtque Lycaoniam terram deus aequoris aureo
Iratus fratri percuſſerit inde tridente,
Impulſuque illo ſeſe oſtendere per alta
Aequora diuerſae ***), quaeque inſula nomine terrae

*) Vitioſe editum *Hi*. **) Nullum lacunae indicium. ***) Male editum *diuerſa*.

Digitized by Google

Sardinia, Euboea, et Salamis, ventoſaque Cyprus.
Obſtupuere nouo cantu de colle niuoſo
Sirenes, victaeque tacent, et carmine noſtro
Et chelyn, et citharam, ſuſpiria pectore ab imo
Ducentes, iecere manu, ſupremaque lethi
Tempora fatalis veniunt, et ab obice ſaxi
Praecipites ſeſe in pelagus miſere profundum.
Sed formam in petras, generoſaque corpora mutant.
Ergo vbi et haec etiam curſu iam praeterit Argo
Naufragium, latosque ſinus petit aequoris alti.
Iamque per optatos producit carbaſa ventos
Cercyreos petimus portus, ea tecta colebant
Artifices operum pelagi, puppisque regendae
Phaeaces, virtute animi quibus inclytus heros
Imperat Alcinous regum iuſtiſſimus vnus.
Subductis illinc de littore ſacra ferebant
Funibus, aetherioque Ioui, et tibi Delphice Phoebe,
Cum ſubito in portum delati claſſe vehuntur
Remigio Aeetae regis manus alta virorum
Colchorum Erravonque, Charandaeon, Solymonque,
Et Minyas quaerunt, reddant ſibi deinde ferendam
Medeam patris ante oculos, in Phaſide caeſi,
Perferat vt meritas fratris pro ſanguine poenas.
Cum iam igitur portus intraſſent ſtagna profundi,
Alcinoi poſcunt praecones atria regis,
Medeae genua aegra labant, pallorque timorque
Occupat, inuitam retrahant ne vincula Colchon,
Phaeacum et faciat non ante audita tyrannus.
Sed non cuncta mouens fore iuſſerat ordine tali
Parca prius Peliae quam funeſtaſſet et aulam,

Digitized by Google

Regnantique ipsi caedis foret autor Iason, *)
Arete Alcinoi clemens, formosaque coniunx.
Ipse autem Alcinous duci de puppe puellam,
Quam peterent Colchi tanto pro crimine fontem, **)
Restituique suo dicit debere parenti.
Sed mouit pietas reginae viscera mitis,
Admonuitque virum, blandis sermonibus vsa.
Scilicet o coniunx socii data foedera lecti,
Haud dulce, et thalami iunctas diuellere flammas.
Et quoties quinis haec audeat, Alma Dione
Irruit, inque viros vltrix, irataque matres,
Quod si virgineum seruat non tacta pudorem.
Nauiget ad patrem, et patrios Medea penates.
At si concubitu foedauit claustra iugali
Abdita, iure suo ducat quocunque maritus.
Sic ait, ac regis verba haec praecordia tangunt.
Atque ita cuncta suis statuit decernere dictis.
At Minyas non haec latuit sententia, Iuno
Nam subito seruo assimilis deuecta per auras,
Nunciat arcanum reges quodcunque locuti.
Tum subito thalamos Medea, thorosque parare
Excelsa in puppi, circumque aulaea coruscant,
Velleraque affixis dependent aurea setis.
Postquam igitur fulcris nituere cubilia lautis,
Coniugiique pares flammae subiere ***) latentes,
Tunc iam virginei florem Medea decoris
Tristibus infelix hymenaeis nupta reliquit.
Hinc vbi magnanimi regis subiere tribunal
Colchique et Minyae, quicquid voluere locuti,
Traditur Alcinoi decreto iam sua coniunx
Aesonidae, soluunt Minyae de littore puppem,
Ocyus et remis stridens propellitur Argo,

*) Post hunc abest versus. **) Nullum lacunae indicium. ***) Editum *subire*.

Digitized by Google

Ambraciique sinus celeri secat aequora cursu.
Hic tibi quid Musaee canam memorande labores,
Quos dederint iunctae cum Syrtibus vsque procellae,
Et Minyae incolumes quantis erroribus acti,
Quin etiam quantos incussit Creta dolores,
Aereus vt Trigigas accessu horrendus in ipso
In portum vetuit Minyas subducere puppem,
Vt tandem aequoreis vexati tempore longo
Fluctibus, ac subito tristi male nube grauati
Credidimus nauem quoties allidere saxis?
At Paean lucem per nubila saeua coruscam
Montibus e summis superintulit, inde repente
Ex multis quae nos claudebant, insula visa est,
Quam Cranaen dicunt, loca qui vicina frequentant.
At non Aesonidae quamuis contingere terram
Parte licet, redimendus enim defertur, at illum
Mors auersa fugit, vis tanta Hyperionis irae.
Ast vbi transuecti Maleotidos alta tenemus
Admonitu Circes purgent vbi sacra, rogatus
Infaustum Aeetes, quicquidue ingessit Erinnys.
Tunc ego sacrorum Minyis libamina pulchra
Struxi, et Neptunnum suprema voce rogaui
Det reditum fessis, dulcesque videre parentes.
Illi igitur ventis acti referuntur Iolcon
In patriam. sed fronde virens me Taenarus alta
Excipit, vt referam magnis sacra regibus Orci,
Vasta quibus parent immensi claustra barathri.
Inde celer petii Thracen per summa niuosam
Libethras gaudens terram tetigisse paternam.
Hic antrum subii peramabile, protulit hic me
Magnanimi in lectis Oeagri splendida mater.

Digitized by Google

I. IOS. SCALIGERI
VERSIO HYMNORVM.

VTERE AMICE
QVOD FELIX FAVSTVMQVE SIT.

Praei verba sacris operae pretium patrandis
Quae Musaee procul dubio numero omnibus praestant,
Maie Iouis, Tellus, lumen genitabile Solis,
Lunai iubar almum, atque omnia sydera mundi,
Et tu Neptune Ambarualis (4) caerulicrinis
Libera, Lustralis Empandaque (5) Frugiferens Ops,
Deiana arcitenens, et Februe (7) Dis (6) iaculator,
Qui Delporum habitas pomeria: tu quoque honores
Immanes indepte a Diis, Salisubsule Liber
Mauors Nerienes, (8) Volcani purima virtus.
Et Dea Spumigena rerum infinita potestas.
Et tu etiam omnipotens, Rex maxime Summanorum.
Diua Iuuenta parunda, (9) Neronis numina Sangi,
Iustitiam augustam, atque augustam Pietatem,
Obtestor, pusasque viras (10) et numina Fauni,
Iunonemque sacram Iouis omnipotenti maritam,
Mammuriamque (11) almam oro, Nouensilesque (13) Camoenas
Temperiasque Venustatesque, Annique labores,

Digitized by Google

Latonam Cincinnatam oro, et Murtiam amoenam,
Armigeros Salios, Lucumones Grunduliosque (16)
Atque potes Diuos, Iouis immortale propagmen.
Idaique Camillos, et sirempse Deorum
Mercurium accensum, et luritis cortumionem, (17)
Et noctem Maiam obtestor, Lucemque diei.
Tum Fidiam, tum Fas et Fastam (18) iura datantem.
Saturnumque et Opem, pallaque Veniliam (19) amictam.
Oceanumque voco magnum, Oceanique puellas
Et vires Telamonis, et Aeui secula fessa.
Tempusque aeternum, atque paludis lagmina Auernae.
Mulciberosque (20) Deos, lumenque illustre Monetae. (21)
Et Manum (22) Genium, atque Iuuum (23) mortalium homonum
Coelestesque Ioues atque Aërios, et Aquantes
Terrestres etiam, et Summanos Igniuiosque
Et Semelam, et Brumi (24) fauantes rite cohortes
Matutam Albumeam, Portumnumque omnipotentem,
Et Graecam Nemesim (25) et numen victoriae Aiae,
Nec non patrinum coelestem Aesclapium amicum
Et perterricrepae arma Mineruae, et flamina bruta
Fulminaque atque arguta quadri modulamina Mundi
Maesium, (26) Casnarem, Diuum Latiamque parentem,
Coelestemque Lubentiam, et indigetem Deum Adonem
Principium et finem, namque ille est omnibus totum,

Digitized by Google

Hos mitis precor aduentaſſere numine laeto.
Ad mea Februa, et Inferii Libamina lacri
Obteſtor Triuiam Deianam Coeligenamque
Terrigenam, ſirempſe voco, aequoreamque Paludam (26)
Et vitulantem inter nigros Lemures Libitinam,
Quae loca vaſta colit, ceruorum ſanguen adulans,
Omnipotens regina, Canaria, Noctua virgo,
Carnea, perpetui mundi Bupetia ſancta
Dux, vira, Rumia, Diua vagans per ſcrupea ſaxa,
Mitis vti noſtris interſit candida votis,
Numine praeſenti gratans bona fauſta bubulco.

ORPHEI
INDIGITAMENTA DEORVM.

1. *Carneae Limentinae Forculae.*

Adſis o Veneranda Deum Maieſta Camilla
Foetarum tutilina, et Lucina dolentum,
Soſpita foeminei ſexi, ſtudioſa propagis
Nummeria, atque nouis nuptis Dea Forcula praeſes
Carnea, perfacilis, Picumna, eadem omnibus mitis,
Quae cunctorum habitas aedes epulasque frequentas
Cinxia et inuiſa, aſt eadem omnibus parens
Partum aegrum miſerans, numero parientibus gaudens
Dia parunda, luens vterorum aegerrima clauſtra,
Te foetae vocitant, ſolamen dulce laborum,

Digitized by Google

Nam tu foetiparentum vterorum clauſtra reſignas.
O Partuna Diana Palatua Limentina
Suffice prolem almam, titula adſtans parturientum
Et ſerua, omnium vti cluis ſemper ſoſpita Iuno.

2. *Noctis ſuffimen, Torres.*

Te te Diua voco omniparens Diuumque hominumque.
Principium eſt nox omnium et eſt nox Murtia nobis,
Audi Diua parens caligans ſyderiduca,
Quae loca pigra colis ſomnoque habitanda ſilenta,
Iucunda et pernox epulonaque ſomnia gignens,
Curifuga atque optanda quies placidiſſima rerum
Somnidua omnium amica, et equiria Nocti crepuſca
Imperfecta eadem terreſtris coelica rurſus
Vortens omnimodis Dea Moſtellaria ludens,
Quae lucem legas ſub Tartara, rurſus ad Orcum
Manas: nam cogunt rerum inuictiſſima iura.
Adſis o veneranda, optabilis, omnibus grata,
Mitis ſuppliciorum illabere vocibus ſanctis,
Adſis diua fugans Inui ſimulacra crepuſci.

3. *Coeli ſuffimen, Tus.*

Coele Pater rerum Mundi pars irrequiete
Caſce parens, omnium qui principium, exitium omnium es.
Munde pater voluens am terram anfractibus magnis
Coeligenum domus praecipitans vortiginis orbe
Coelice terreſtris, cuſtos cortinaque rerum
Amplectens naturai pollentia iura,
Caerulee indomite et Volturne parens, Vortumne

Digitized by Google

Omnituens, Saturni fatorque ſuperrime Die
Huc ades, atque nouo vitam moderere Camillo.

4. Ignis ſuffimen, Crocum.

Qui Iouis in tectis dominaris peruigil ignis
Stellarum, Solis, Lunaïque omnipotens pars,
Omnidomans, ſpirans, animantum viuidus ardor;
Caerula celſa regens elementum nobile mundi,
Flos ignite iubar genitabile ſiderilune
Cum precibus calo te innocuumque et temperium eſſe.

5. Primigenii ſuffimen, Murra.

Primigenam obteſtor geminum magnum aërimolgum
Indugenam pinnis aureis illuſtribus aptam;
Taurigenium, Diuum atque hominum genitabile ſemen
Antidea in terra celebre et memorabile numen
Inductum, Latium, torrentem nobile germen,
Qui creperam, exterſti coecis caliginem ocellis
Peruolgans mundi nutantibus moenia pennis
Lumina praepandens, huic Lunus diceris eſſe
Mutumusque deus, et Noctilucus crepuſcus.
Sed Voltorne pater, Semo laetiſſimus adſis
Flaminibus ſanctis ad feſtum pandiculare.

6. Siderum ſuffimen, Aroma.

Mundi fignitenentis ouantia lumina flammis
Caſta voce calo, Geniosque volubilis coeli,
Sidera mundi clara minuti Nocti Quirites,
Circitibus magnis coeli caua conficientes,
Fulgentes igniti omnium genitalis origo,
Fatiferi, Mortae ſignantes iura ſeuera
Aptantes diuinum itiner mortalibus primis

Digitized by Google

Septenumque tribuni castrorum aëriuolgi.
Coelica terrestris gens flammiuaga irrequieta,
Nocturni creperi obseruantes pallia furua,
Flammas scintillantes, laeti peruigilesque,
Elicio vos ad festi sacra conscia cultus
Faustum allucentes facem ad omnia adorea facta.

7. Solis suffimen, Libanomanna.

Princeps qui aeternis oculis opera omnia lustras
Titane illustris, praestans Coui omnipotens lux
Indugena irrequies, speculumque animantium amicum
Dextume Matutae pater alme, linistume noctis
Temperias moderans, persultans quadrupedantes.
Gradiue et torrens, ignite, vequste, curulis
Conficiens itiner, rapida vortigine cursus
Atque piis hominum dux fauste, nefantibus hostis,
Et fidicen numerum pinsans modulaminis celsi
Dux faustorum operum genitor bone Temperiarum
Mundiperans, oscen flammans, circaneus ales,
Lucifer, indagator, alebrius, frugifer, alme
Igneus, pure, pater tempestatum, omnipotens Dis
Sude, micans, agilis, mundi stillantis ocelle
Occidue, et rediuiue iterum immortalibus flammis.
Quaestor lustitiaï, aquilustrius, atque here mundi,
Sange, Iouis fidius, supreme atque omnibus praesens,
Iuris Cortumio, vitae lux, Trossule equiri
Quadriiuga arguto instigans foraea flagello
Ted oramus Camillis vitam alluxe beatam.

8. Lunae suffimen, Aromata.

O Regina potens Lucina superrima virgo,
Luna patalis Venus, Noctuuigila, aëriuolga.

Digitized by Google

Pernox taedigerens, ſtellis comitia Luna,
Iana nouella, ſeneſcens femina, maſculus idem.
Luna autumna micans, ſaeclorum mater equeſtris
Succina Vaeiouis, illuſtris, dilucula pernox
Omnituens, leuiſomna cluens ſtipantibus ſignis
Laetitiae locupletis amans, pacisque Vacunae
Percoquifrux, Triuia, Lutetia, Noctis ocelle
Aſtrica, praetextata, obſtita, Minerua virago,
Huc ades o ſtellata lubenter ſplendida, fulgens
Luce tua et tu ſupplicibus, ſtudioſa, faueto.

9. *Naturae ſuffimen, Aromata.*

Natura omniparens doctiſſima daedala mater,
Caeligena et Maieſta, faber, Regina venuſta,
O victrix, inuicta, magiſtra, eadem omnibus lucens
Induperans, et honora et praeſtantiſſima rerum.
Primigena, aeterna, incanaque caſca virago,
Noctua ſignitenens, Lucinaque et omnipotens vis,
Mollia ſuſpenſis pedibus veſtigia librans,
Ornatrix auguſta Deum, infinitaque finis
Nulli communis, communiter officioſa,
Indugena, ſine patre cluens virtutibus magnis
Flora, Venus, Pomona, Volupia, plurima ſaga,
Dux et ſanga potis, Vitunaque Rumia mater
Iuritis, ſatiasque venuſtatumque Suada
Coelica terricola, dans iura potentibus vndis,
Semper amara malis, et ſemper amica piorum,
Saga, cata omnidua, eductrix, regina poteſtas
Aprilis adoleſcentum, indidem adulta reſoluens.
Omnium tu pater et mater, nutrix quoque et altrix,
Nummeria atque beata, Ceres, vis Temperiarum,
Omniparens, ſigula, et multarum perfica rerum
Aeterna et motans, ſapientipotenſque Minerua,
Pilentum rapidum aeterna vortigine torquens

Digitized by Google

Iuno Fluonia, Circinaque et Vortumnifigura
Et maiesta curulis, honoraque iuraque dictans
Semper ouans supra regum caput, induperatrix
Intrepida, omnidomans, parca, flammata Tenira
Flos vitae aeternae, immortalis, Mammuriae vis,
Omnia tu sola es, namque omnia tu paris ipsa,
Quare ted oro cum ditibus Temperiabus
Pacemque atque salutem age, et omnifera augumina rerum.

10. *Fauni suffimen, omnigena odoramenta.*

Faune ades Vpilio, mundi substantia totus,
Caelum, salsa maris, terrai daedala sedes,
Spiritus flammai, namque haec membra omnia Fauni,
Peruage Faune, Sali, collegaque Temperiarum,
Capripes, et fanatice, ouator, sideriuolge.
Vocibus flexanimis mundi concenta figurans.
Laruarum Titule. Humanum remeligo tremorum
Propter aquas gaudens pastoribus atque bubulcis,
Collimans velox Aiae ignis sodalis Virarum.
Omnigena, omnigenens, rerum celebrata potestas,
Mundiperans, Lucine, Iuturne, Autumne nutritor,
Antricola, irritabilis iure Iouis capricornus.
In te nam omnipare terrai stant sola fixa.
Aeterni et cedunt laetantia marmora Ponti
Et terram Oceanus lustrans anfractibus salsis
Portioque aëria, ignipotens alimonia rerum
Et caput ad summum pernicia lumina flammae,
Nam concreta tuo imperio haec aeterna feruntur.
Naturamque tuis mutas pollentibus iussis
Multorum, auctans in terra mortalia saecla.
Ergo pater fanatice, ouator, ad haec tua Liba
Vise et vitai bene dones exita iusta
Externans Inuos terrores finibus terrae.

Digitized by Google

11. *Herculis Sangi Fidii ſuffimen, Tus.*

Sange pater Titane, Nero, Nerien, viriate
Vaſtimanusque inuicte aptus palmaria opima
Volturne auctor temperis, ſempiterne benigne
Indicte agreſtis, bene votite, induperator,
Magnanimum cor habens, fera membra, ſalutifer augur.
Omniuore, omniparens praeſtane, pater Tutane.
Qui Titulus cluis, debellans incicora monſtra,
Semper ouans pacis ſtudiis nutricis honorae,
Nate tuo ingenio, Terraï inuicta propages,
Ignibus primigenis florens o die cluenti,
Matutam capiti geſtans, noctemque crepuſcam
Sex bis ad occaſum abſoluens certamina ab ortu,
Diis experte et inexperte inconcuſſe lacertos
Adſis morborum auerrunca piamina portans,
Et portenta moue, quatiens ſacra februa dextra.
Et mala praepetibus protela obſcoena ſagittis.

12. *Saturni ſuffimen, Sturacem.*

Coeligenum Diuorum hominumque illuſtris origo
Multiuore et Luſtralis, Nero (8), Nerien, Titane
Qui cuncta abſumis, quique omnia perficis idem,
Vinclis indupedite per orbis vaſta ſilenta,
Saturne aeui progenitor, Saturne doloſe
Terraï proles, et coeli ſignitenentis
Stirps, genus, obſtetrix, Titane endoſtrue, Opis vir,
Qui genitalis obis per mundi ſingula membra
Caluitor, verſute: fauens orantibus votis
Aequanimum vitae finem mortalibus adfer.

13. *Latiae Opis ſuffimen, Aromata.*

Ops veneranda, genus Vortumni Primigenaï,
Quaeque agitas etiam voluentia plauſtra Trionum

Digitized by Google

Tumpaniuerbera, cerita, atque aericrepa virgo,
Mater magna Iouis Latia Ops coeleſtis, paludi
Polcra, et honorata, et Saturni auguſta marita.
Montibus quae gaudes, hominumque vlulatibus ſacris,
Ops Maieſta, parens, bellicrepa, Nerio Dia
Soſpitaque et mendax Picumnaque Libera mater,
Mater coeligenum, mater mortalium homonum.
Ex te etenim Tellus, ſedesque ſuperrima Coelus,
Et mare ſalſum, auraeque errones, aëriformis:
Quare dia adſis huc ſoſpes numine claro
Pacem producens cum rerum copia opima,
Eminus protelans peſtesque piaculaque atra.

14. *Iouis ſuffimen, Sturaca.*

O venerande Iouis, Iouis ſempiterne, tibi iſta
Auerrunca damus nos, adteſtataque vota,
O Iouis iſthaec cuncta tuo ſunt numine creta,
Terra tua eſt, Terraeque immania culmina montes,
Et mare, quaeque fretu aërio cortina recepta
Induperans, Saturnius, Iuppiter, Elicius, Trux,
Omnigenens, atque omnium principium, exitium omnium
Fulgetrum, tonitru, fulgur, Iouis progenerator,
Audi me Volturne et da vſurpare ſalutem
Et pacem diam, et bona adorea diuitiarum.

15. *Iunonis ſuffimen, Aromata.*

Coeruleis innixa ſedilibus aëriformis,
O Iuno regina Iouis ditiſſima coniux,
Quae mortalia corda veges animalibus auris,
Nimborum mater, ventorumque omnigenitrix,
Nam ſine te non eſt vitae ſpirabilis ardor,
Omnibus participas immiſſa potentibus auris

Digitized by Google

Omnia sola tenes, atque omnibus inclita regnas.
Aëris praecipitans stridore fluonia Iuno.
Sed te Diua parens obtestor, adorea, Maia
Huc sodes venias volti ridente lepore.

16. *Neptuni suffimen, Murra.*

Audi Neptune, Ambarualis (4), Salsicapille,
Trossule, fuscinam habens manibus Neptune tridentem
Coerula concelebrans vasti fundamina Ponti,
Ponti praetor, aquigrume, crepe, Terricreme acer,
Vndisluens, et raua tuens, agitansque quadrigas,
Expergefaciens vegeto, vada salsa tremore,
Tertia quoi sorti cessit tutela marina,
Scamigerum pecu amans, et aquas salis Caerule Die
Siste statum terrae, aspirans bona nauibus, flabra
Pacemque atque salutem addens, et opum aurea dona.

17. *In Vaeiouem, Carmen.*

Magnanime induferum peruolgans fulua silenta
Tartarea atque crepusca, oblitera prata tenebris,
Tellumo Vaeiouis arferio te hoc munere macte
Dis qui cardineus Terrae cluis omniparentis,
Saecla nimis ditans mortalia frugibus hornis,
Tertia quoi sorti tutela obuenit Anerni
Coelituum solium, firmum stabilimen homonum,
Qui solum habes ad castra obnubila senta tenebris
Longinqui, aeterni et inexorabilis Orci
Atque Acherunta atrum terrai immane staturnen,
Iura tenens hominum Mortai munere sancte
Conse, Deae Cereris pueram qui victus amore
Gramineo raptam prato per caerula ponti
Quadriiugo auexisti equitatu ad Aythidis antrum,

Digitized by Google

Gentis Eleusinae: vbi sunt spiracula Auerni
Vnice nota Deus censens ignotaque rerum,
Cerite induperans sanctissime compos honorum
Vatibus praestitibus gaudens, et cultibus sanctis
Mitis ades, rogo te, laetus venerantibus turbis.

18. *Tonantis Iouis suffimen, Sturacem.*

Iuppiter altisoni torquens loca flammea mundi,
Fulgetrarum animas crispans petulantibus flammis,
Coelituum sedes conquassans, fulmine sacro
Flammigeris stringens streperos torrentibus ignes
Tormina, qui nimbos, rubra tela, tonitrua bruta
Vibras, inuoluens animata rubentibus telis,
Flammiuoma et perterricrepa, irritata ruinis,
Praepes, ouans telum, cordigrumum horricapillum
Insperatum ardens, victricis missile dextrae
Omniuorum insano plangens horrore tumultum,
Indomitum, horriferum, candenti flamine praeceps.
Coeliuagum telum, velox Iouis Elicii arma,
Quem tremit omniparens Tellus, quem marmora salsa,
Viuaque saecla, sonor tergens cum personat aures,
Luminibus fulget species, rubra fulgura splendent.
Aëris in caulis, et tenuia tegmina scindens,
Obnupti Coeli candentia fulmina torques.
Ast, o Die, effunde iras apud aequora salsa,
Et montana iuga: haud tua robora magne latent nos,
Sed faueas sacris et mentibus grata repende
Vitaï bona cara, vigentia regna salutis,
Et pacem Diuum, nutricem semper honorum,
Et victum aequanimis semper rationibus aptum.

Digitized by Google

19. *Iouis Fulgetrii fuffimen, Libanomanna.*

Obteſtor magnum, perterricrepum, manifeſtum
Aërium, flammantem, ignicreperum, aërilunum,
Nubium, inſtigantem aeſtus ſingultibus brutis,
Horrendum, inſanum, indomitum, luſtrabile numen
Fulgetrumque Iouem induperatorem, omnigenentem,
Tradere inoffenſae vitaï terminum amoenum.

20. *Nebularum fuffimen, Murra.*

Aëriae nebulae, aëriuolgae, frugiparentes,
Imbriparae, per mundum agitatae ingentibus auris,
Fulmineae, ignitae, ſtreperae, atque humecta vagantes
Aëris in gremio hortantes inamabile murmur,
Flaminibus pulſae ſtridentis impete magno.
Nunc vos roſcidulae obteſtor ſpirantibus auris,
Praecipitare imbres in terram frugiferentes.

21. *Diuae Veniliae Salaciae fuffimen, Libanomanna.*

Oceani inducalo te glauca Venilia (9) proles,
Coerulipalla, vagans loca per laetantia Ponti,
Am terrae finis exercita ſuauibus auris
Murmura puluinis ripae alludentia frangens
Atque exercitiis ſudis pellacibus ludens,
Naues exſultans, pecoroſa loca humida luſtrans.
O Mater Veneris, nebularum mater ouantum
Et fontium omnigenum, liqueatum ſuauibus vndis,
Huc adſis nobis et blanda illabere votis,
Nauibus immittens animarum flamina ſuda.

Digitized by Google

22. *Terenti Conſi ſuffimen, Murra.*

O qui ſalſa tenes liquidi penetralia mundi,
Quinquaginta vna puſis per coerula gaudens
Coetibus virgineis, genius maris alme Terente,
Fundamen mari, margo terrae principium omnium
Qui moliris ſtatum terrae, cum ſcilicet arces
In caueis olim indignantes murmure Cauros.
Sed motus terrae auerrunca et mitte miniſtris
Flaminibus, pacemque et opes, ditemque ſalutem.

23. *Salaciarum Nerienum ſuffimen, Aromata.*

Pullae coeruleae liquidi gens blanda Terenti
Latiae aedilesque penates, ludicraeque fluitantes,
Quinquaginta vago fatuantes marmore puſae
Tritonum currus ſectantes pone, inhiantes
Semiferis Geniis, quos vitreus educat humor,
Atque aliis quicunque colunt liquentia caſtra,
Vndicolae Salii luſtrantes agmina aquarum.
Vndiuagi, liquidi Delphini glauca tuentes,
Vos oro magnam copem rem cette Camillis,
Nam vos feſta coegiſtis Comitia primae
Liberi auguſti et Liberae auguſtaï,
Lucinia cum matre, et Apollinere induperante.

24. *Iani Maii* (25) *ſuffimen, ſturacem.*

Te calo naturae ſalſae Maium aedituentem,
Primigenam qui naturam egit in ordia prima
Omnimodis mutans ſacra foedera materiaï,
Famiger et Conſentis, callens omnia quae ſunt,
Antideaque fuere, et mox ventura trahentur.
Nam natura prior Maio omnia commendauit,
Quare o nobis auguriis veracibus adſis,
Dans placidam vitae finem felicis habere.

Digitized by Google

25. *Tellurís ſuffimen, omne ſemen, praeter fabas et aromata.*

Tellus, Ops mater Diuorum et mater homonum
Altrix, percoquifrux, intercidonea, larga
Conſua atque adoleſcens, polcris frugibus augens,
Aeterni mundi fundamen daedala virgo,
Quae varias edis fruges maturrima partu.
Annæ, peranna, auguſta, empanda, opulenta, beata,
Suauifero exſultans gemmanti gramine Dia
Imbriprocax circa quam ſignitenentia caſtra,
Et coelum aeternis vicibus torrentibus fertur,
Diua parens auge terrae viridantia foeta,
Clara fauente animo, cum Temperiabus opimis.

26. *Matris Deûm ſuffimen, varia.*

Mater cunctorum auguſtiſſima Coeligenarum,
Huc ſis Maria Dea confer ted ad tua ſacra,
Tauriuomos iungens citimos ad carra Leones.
Aeterni regina coui, celeberrima, honora
Quae media mundi ſtas fornice, quod bona terram
Ipſa tenes, homines lactans Dea cicure paſtu,
Ex te coeligenarum, ex te mortalium origo eſt,
Et liquens natura tibi fluit, et maris humor,
Veſtam te vocitant, atque Aſſidua indigitaris,
Quod duis humanis polcralia adorea multa
Vide tuos caſtus, o Candida tumpanicultrix,
Victrix ſoſpes Brugum Saturni maxima coniux,
Moeſia, Coeligena, nutrix, fanatica Dea,
Laeta adſis gratans feſtis rata cultibus ſigna.

27. *Mercurii ſuffimen, Tus.*

Maiai ſtirps alma Iouisque accenſe Viator
Magnanimum cor habens, quinquertio, cenſor homonum,

Digitized by Google

Vinule, Multiuole, internuntius, Argilete,
Alipes et mortalium amor ſermonis miniſter,
Quem fraus, quem certamina adulant, anguifer omnium,
Interpres variae linguai, Nundine liber,
Sanguineum geſtans caduceum pacis amice
Frugi Coruciota, Locuteie, Aie, beate,
Atque operum Titule, et Titane neceſſibus rebus
Et mortalibus praeſidium venerabile linguae,
Adſis oranti vitae addens exitum amicum,
Cultu operum, memori menti, ſermonibus lectis.

28. *Carmen Liberae Proſerpinae.*

Libera magnanimi Iouis adſis incluta proles
Vnigena princeps, eſto hoc libamine macta
Coniux Ditis honora, boni largiſſima victi,
Quae ſub viſceribus terrae dominaris Auerno,
Parica et cincinna Iouisque inſigne propagmen
Manarum genitrix Iouis infernatis tribuna,
Quam puſam arcano Iouis ſemine progenerauit
Mater multicrepi Volturni maxima Conſi,
Lucina ſpecioſa, et percoqua Temperierum,
Seria, regnatrix Larunda, frugibus gliſcens,
Corniger, illuſtris, mortalibus grata virago,
Flora gramineae quam oblectat ſpiritus auraе
Corpus tuum obteſtans Terrae viridantibus foetis
Nummeria et foeta, Autumni ſub tempore nubens,
Vita itidem mors ſola eadem mortalibus aegris
Fordicida, etenim fera omnia, et omnia caedis.
Huc hera ſis, fruges e terra funditus educ
Blanda pace vigens, illibataque ſalute,
Et vita ſaluſta mitem legante ſalutem,
Ad tua templa Dea, et potis indufera atria Ditis.

Digitized by Google

29. *Liberi patris, ſturacem.*

Liberum ego veneror, crepericreperum fatuantem
Primigenam, geminum, Brumalem, terque renatum,
Cornigerum, agreſtem, obſcurum, arcanum duiformem.
Cinctum ederis, taurifrontem, Mamertium amoenum
Baiule, trime pater, veſtifrondem auigerentem
Conſentis, Conſul Iouis, et Proſerpinae opacae
Editus arcano nixu puriſſime Die,
Annue ſuppliciis, et blando numine ſponde,
Mitem animum ſpirans, cinctutis proximus aſſis.

30. *Carmen Saliorum.*

Amburuatores veſtigia ahena prementes
Collini Salii, Saliſubſuli et fatuantes,
Pulſifides, et talipedi, leue perſultantes,
Armigeri, vigilesque, magiſtrique ominifauſti,
Matris Lugantinae latrones atque Camilli
Auguſti ad ſermonis adeſte fauentiam amicam,
Et ſemper placata occurrite mente bubulco.

31. *Carmen Mineruae captae.*

Magnanimi Iouis vnigena ſtirps Dia Minerua
Dia beata, ferox, bellicrepa, Neriene,
Dicta indicta, itidem celeberrima, et antricolona:
Concelebrans ruptas ſcrupoſa palatia cautes,
Deliciasque tuas viridaria montium opaca,
Armipotens furiis figens mortalia corda
Toruo animorum exercitio Bellona virago
Artiparens, tedarum expers Gorgonitrucida,
Tu Furia infandum, ſapientia ſola bonorum,
Mas et foemina Belliparens, indoſtrua toto,
Vortumna atque excetra ferox fanatica, honeſta,

Digitized by Google

Vltrix Titani Pelegrenſis equiria, volgi
Capta, malae noxae Auerrunca Feretria virgo.
Iam lucu, noctu ſupremo in tempore quoque
Annue adoranti, et pacem largire beatam,
Temporibus fauſtis, ſatiatemque atque ſalutem
Caeſia et artiparens multum votita Camilla.

32. *Diuae Victoriae ſuffimen. Manna.*

Obſecro te Victoria pos gratiſſima rerum,
Endo procinctu cernentia quae agmina ferro
Et rixam luis alterutris ex partibus pugnae
In bello cernens, vt quis palmarium adeptus
Quis tu cumque fauens praeſtas dulciſſima vota,
Omnia nam moderare, et grandis adorea belli
Tota ex te pendet, laetis vitulantibus augens.
Quare huc ſis venias cupienti, Dia Dearum,
Semper praeclaro iungens operi agmina laudum.

33. *Apollini ſuffimen. Manna.*

Februe te Iuturne precor Tituicida Luperce
O memnita verende, ſalutifer, altor honorum,
O ſidicen, Conſiue parens, Titane Segeſte,
Soriculate pater, Vaticane excetricida,
Lucifer, agreſtis, rex muſtule, nobilis, pubes,
Praeſul, Caſmoenisque ſagittifer, arcitenensque,
Brume pater, collimatorque, obſtite, gemelle
Delie rex, qui illuſtrem aciem huc partiris et illuc,
Auricome integra praecepta atque oracula fatans,
Pro populo orantem me coelitus viſe parumper:
Nam ſurſum aſpicis immoderata haec aequora coeli,
Et ſupera terras et noctem ſubter opacam
Nocte ſilente ſub vmbrae ſignitenentibus flammis,
Radices ſtatuiſti infra tibique extima mundi
Et tibi principium, tibi ſoluitur exitus omnis,

Digitized by Google

Omniiurens, fidibus tu coelica templa canoris
Permoderaris ad imae nunc confinia ſedis,
Nunc ad primam iterum, nunc ad modulamina Dorii
Coelum omnem varians varias animantia ſaecla
Temperias hominum moderans, aequalia fata
Tantundem miſcens, hiemisque atque aeſtuis iisdem,
Diſcernens primis hiemem, inferioribus aeſtus.
At veris grati ſpeciem modulamine Dorii,
Vnde homines ted indigitant cognomine vero
Faunum cornigerum, ventorum ſibila hiantem,
Quod magni omnis habes ſignacula daedala mundi,
Huc adeas here flaminibus pro ſupplice voto.

34. *Latonae ſuffimen, Murra.*

O Latona gemellipara, trabeata, verenda
Nerio Caeantis, multum votita modisque
Morigeris, Iouio partu diteſcere dulci
Promerita es, Februum Ianamque ſagittipotentem
Progenerans, hunc in Delo, eam in Ortygia alta.
Ergo huc adeuntes praeſenti numine Diae
Huc ades, et ſacro ſis felix pandiculari.

35. *Deianae (6) ſuffimen, Manna.*

Huc, huc o regina, Iouis celeberrima virgo
Libera, famigera Titana ſagittipotensque
Venatrix, Lucina parens, manifeſta Parunda (7)
Partubus adiutrix maturis partubus expers,
Cinxia curifugax, ceritaque vertagiduca
Noctuuolga Dea, arcitenens, venatica pernix,
Verrunca, et Beneuenta, Calendaque maſculiformis
Porrima, Nummeria (8) atque hominum ſanctiſſima nutrix,

Digitized by Google

Summana, agreſtis, fericida, beata, locuples,
Quae lucos habitas, caſtiſſima, ceruitrucida,
Regina auguſta, et viri ſpectabilis aeuo
Cudonis, Vortumna, Canaria, ſagutalis,
Huc venias huc Diua tuis et ſoſpita et alma
Praeſtitibus ducens terraï pignora adulta.
Donaque pacis amoenae polcricomamque ſalutem,
Inque altos montes protela funera, morbos.

36. *Titanorum ſuffimen. Tus.*

Titani terra et coeli illuſtriſſima ſtirpes,
Noſtrorum proaui patrum, intra Tartara regna
Aedibus horrificis terrae inteſtina colentes,
Principium et ſemen cunctis animantibus aegris,
Aëris et maris et terraï frugiferaï,
Ex vobis ſiquidem generatim eſt omnis propago,
Vos veneror iras auerruncaſſere iniquas
Si quis ab indufero noſtra incubat aede Senatu.

37. *Saliorum ſuffimen, Tus.*

Aericrepi Salii ancilia Martis habentes,
Aëris et terrae et maris indigetes opulenti
Terrarum tituli, genitalia ſemina mundi,
Quique Samothracen habitacula ſacra colentes,
Caſibus eximitis per coerula velificantes,
Vos primi ſacrum mortalibus inſtituiſtis
Aeterni Salii ancilia Martis habentes,
Oceanum quatitis, quatitis mare roboraque alta
Terrae inſultantes pedibus ſtrepitis rutilantes
Geſtibus arma tremunt animantia ſecla ferarum
Et fragor et fremitus peruolgat coerula coeli,
Et glomerante pedum ſonitu ſtant puluere nubes,
Et florum ſpecies viridantum verna pateſcit,
Aeterni genii atque Ioues et Vaeioue' quando
Torua inimiciter occurrunt mortalibus ira

Digitized by Google

Vaſtantes victumque et opes ipſosque nocentes,
Inde loci magno crebreſcunt murmura ponto
Stirpitus et quercus procumbunt aequore campi,
Parmarum flictu coeleſtis reſultat imago.
O Salii atque potes Saliſubſuli induperantes
Indigetes, Samothracii, et incluta Diiouis proles
Aeterni flatus, animales, aëriformes,
Quique etiam gemini per coeli templa cluetis
Spirantes, ſudi, mitesque ſalutiferique
Temperii, Autumni, Diui, medioxumi, anheli.

38. *Diui Inui* (22) *Lucumonis* (23) *ſuffimen. Tus.*

Induperatorem magnum telluris adoro
Inuiſumque Inuum, felicemque atque Quirinum
Nocturnum Lucumonem, obicem laruatilis vmbrae,
Terriculi auxilium: deſertaque concelebrantem.
Incubum, item geminum Volturnum multiuolumque
Sanguineum, atque vtriusque cruentum vulnere fratris,
Numine qui Cereris mutaſti corpus amoenum,
Terrificae excetrae inſinuans ſerpentia membra,
Vota lubens audi creperosque auerte timores,
Siſtens obſcoenas ſpecies crucias animorum.

39. *Cereris matris Eleuſinienſis ſuffimen. Sturaca.*

Alma Ceres mater Diuum, celeberrima Dia
Rumia ſancta Pales, copis largiſſima victu
Omnia dans fruges, et opes, Pomona, Segeſta
Tantum concelebrans pacem, agricolasque Labores
Semona accumula, tritutrix: frugiparensque

Digitized by Google

Quae anguſtae ſacraria Eleuſinis dominaris.
O iucunda, benigna, hominum placidiſſima nutrix
Quae prior agricolas iuncti ſub plauſtra triones
Illecebris mitem edulcans mortalibus victum.
Aeui adoleſcens Brumorumque ſodalis, honora
Lucia taedigerens, meſſorum falcibus gaudens,
Tellumo tu, tuque illuſtris, tuque omnibus ridens,
Proletaria, amans natae, Dea Rumia nutrix
Quae biiuges auriga iugans ad frena colubras
Amfractu circaneo ouas tua an ſola ſancta
Vnigena, et forda, atque hominum auguſtiſſima cura,
Quoi ſunt omnigena et quoi frugiparentia volta,
Ergo huc ſpicigerente graueſcens munere adesdum,
Adducens pacem et legum concordia iura,
Fertileque vber opum, et pollentia dona ſalutis.

40. *Empandae (ſ) matris ſuffimen, Aromata.*

Omnipotens Empanda parens, celeberrima Dia
Mater Coeligenumque Deum, et mortalium homonum,
Quae olim errans deſiderio perfixa nitenti
Solata es in Eleuſinis ieiunia valle
Furua obiens Proſerpinae omnipotentis Auerna,
Ipſa ducem offendens purum non pura puellum,
Narrantem inferni connubia Diiouis ſancti,
Quae Conſum paris icta humani vulnere amoris
Te multum votita precor ſanctiſſima mater.
Hice tuo aduentare fauentem dia Camillo.

41. *Ambiguae bigeneris ſuffimen, Sturaca.*

Accinctum ferula te legifer incalo Brume
Aeternum magni numen memorabile Conſi,
Bura ſacer, bigener, Regina indicta, virago,

Digitized by Google

Mas eadem, mulierque bimembris, libera, bruma,
Siue in Eleusinis templo laetaris odoro,
Siue etiam in Frugia cum matre arcana agis sacra,
Siue etiam in Cupro degis cum Murtia amoena,
Vel si frugiferis persultas pabula campis,
Cornigera cum matre tua Deus Iside sancta,
Cumque assis famulabus ad alma fluenta Melonis
Adsis diua fauens ob rerum praemia sancta.

42. *Temperiarum suffimen, Aromata.*

Temperiae Iouis et Iuritis sancta propages,
Aurea lex et fas et pax ditissima rerum,
Vernae gramineae, puraeque et multiuirentes,
Omnicolores suauehalantes spiritu amoeno,
Temperiae virides vortentes et speciosae
Pallas indutae sertis pubentibus aptas,
Congerrae Proserpinae vbi eam solemnibus Parcae
Staticulis luci reuocant et Gratiae ouantes
Diiouis imperiis, et Matris opiconsiuae,
Huc mites ad sacra pia instaurata venite,
Ducentes foecunda propagmina tempestatum.

43. *Semelae suffimen, Sturacen.*

Elicio pusam prognatam principe Cadmo
Formosam Semelam, cincinnam vestifluamque
Et matrem Brumi laetabilis, et ferulati.
Fulmine quae sacro foetum exterraneum abegit
Aeternis Iouis consultis enixa puella,
Quam dignata graui est florens Proserpina honore
Inter mortales trima ad comitia festi
Quando tui Brumi referunt genitabile germen
Anclabram sacram, et rerum haud arcana profunda.

Digitized by Google

Te Dea patritia obteſtor ſata principe Cadmo
Flaminibus leni, et praeſenti numine adeſſe.

44. *Carmen Baſſarii patris Brumi* (22) *triennalis.*

Liber ted oro ſate fulmine, corniger adſis
Baſſare, Brume pater, celeber Deus induperator,
Quem oblectant enſes, pilenta, ſacraeque miniſtrae,
In coelo vitulans, inſane crepicrepe Brume,
Inſtinctor furioſe, ſupremis numen honorum,
Terraïque ſacrae mortalibus inducolonis
Adſis gaudia laeta ferens, ſaliſubſule Dic.

45. *Velabri patris ſuffimen, Manna.*

Velabrum veneror votorum hoc munere patrem,
Muſtidum et inueſtem, florenti pectore Brumum
Crinitae Veneris, numenque illuſtre virarum
Qui numero lucos virides pede perſultanti,
Peruolgas cum veſanis veſanus virabus
Quin et conſilio Iouis ad Proſerpinam alumnus
Actus creuiſti, tremor immortalibus Diuis,
Sis felix, et macte tuas hoc munere ſacro.

46. *Columellae ſeu Telamonis* (3) *patris ſuffimen, Aromata.*

Elicio Brumum Columellam vitiſatorem,
Aedibus Cadmaeis qui circum perque vagatus
Subiit onus conſtanter, terrae incendia placans,
Cum vaga inundarent flammarum flumina terram,
Turbinibus calidis hic cuncta ruentia fulſit.
Huc adſis mentis ridenti Brume lepore.

47. *Sabi patris ſuffimen, Aromata.*

Die Sabe omnipotens, audi Saturnia proles,
Qui Brumum ſtreperum inſubulum inſeruiſti

Digitized by Google

In femore, vt qui poſtidea maturus adiret
In Tmolum ſanctum vbi habebat equiria polcra.
Quare ô Rex Frugias procerum coeli induperator,
Mitis ades, antiſtibus ſolatia praeſtans.

48. *Diuae Equiriae ſuffimen, Sturacem.*

Te Brumi aſſa obteſtor Equiria, Dia Camilla
Quae Sangi celebras elementa arcana Sabini, et
Flammicrepos coetus et ſacra trinoctia Brumi,
Obteſtor ted alma parens Summana virago,
Concelebras ſeu ludorum iuga ſancta Timoli,
Acceſſis ad ſacra benigno lumine volti.

49. *Liberi Praeliganei carmen.*

Huc Iouis ô proles praeclarie Brume bimater,
Sanguen honoratum celebris ſanctiſſime Liber,
Arcanum germen Diuorum, iubile Brume
Augens frugiferentia, adultaque pignora terrae,
Torcule magnanime atque aſper Vortumne, Liburne
Muſtula mortalis ſecli, medicina ſacer flos
Cura hominum iucunda, Tages, cincinnicapille,
Liber cerite, omnium amicule, Iubile, Brume,
Quis tu cunque faues hominum apparesue Deorum,
Nobis frugiferum et iucundum te volo adeſſe.

50. *Diuarum Virarum* (10) *ſuffimen, Aromata.*

Numina clara Virae, Oceani praeſtantis propago,
Quae liquidas colitis ſub terrae anfractibus aedes,
Aſſae, furtiuagae, Brumi, laetaeque penates,
Conſiuae, florae, errantes obſtita viarum
Antricolae, ſpecuum ciues, atque aëriuolgae,
Fontanae, errones, rorantes, alipedesque,

Digitized by Google

Viſae atque inuiſae, ſertis Valloniae amictae,
Montibus cum Fauno in ſummis Saliae fatuantes
Petreiae, ſcatebrae, Syluanae flexanimaeque
Pupulae, odorae, albatae, halantes ſuauibus auris
Oipiliae, Caprotinaeque volupque ferarum,
Succineae, tenerae, nutrices, augmina rerum
Puſae querquetulae, ludicrae, caeruliuolgae,
Nyſeiae, fatuae, Meditrinae, Veris amicae,
Cum Cerere et Brumo mortalibus optimae adeſte,
Hucce dicis cauſa aduenientes numine amico
Mitibus temperiis futantes ſana fluenta.

51, *Triennalis patris ſuffimen, Aromata.*

Huc adſis Liber Lucumo celeberrime Die,
Torcule, Taurifrons, fate fulmine, Nyſie, Faune,
Matris alumne, ſacrum pater, igniuome et Velabre,
Conſentis, nocturne, geriſerule, et tutulate
Arcane atque indicte Iouis ſtirps Virtrius idem
Primigena atque Deum pater et ſtirps **
Baiule ſceptrigerens Saliorumque hiſtrio praeſul
Foemineo ſtimulans diuina triennia coetu,
Terricrepe atque Tages, Lucetius, pulle bimater,
Solemnis, cornute lugantine hinuliueſtis,
Inſinue, Iuturne, racemifer, atque Quiriti,
Virgini ſtudioſe ederarum Vinule Liber,
Flaminibus faueas, gratiſſime floribus augens.

52. *Anniuerſarii ſuffimen, omnia praeter tus.*

Elicio prece te ſolemnis Tellumo (3) Liber
Cum teneris blande ſimul expergite virabus,
Qui numero ſopitus ad atria Liberae Auernae
Puri conſopis auguſta triennia ſacri
Atque idem ſimilacis feſta triennia rurſus
Dulce cies cum cinctutis nutricibus carmen,

Digitized by Google

Vagitu vegetans coetus vortentibus annis
Ergo hoc frugiùirens, here, corniger, optime frugi,
Pandiculare ſacrum viſas, ſed lumine laeto
Percoquibus ſacris, aeternis frugibus mactus.

53. *Syluani, Incubi, Brumarum ſuſſimen, Manna.*

Audi me Brumi bone nutricator et altor,
Inque ſtatis ſacris non vltima cura Deorum,
Magnaque cura hominum celeberrime Syluanorum,
Hircipile et ſacrae pompaï praeſul honeſte
Peruigil atque tuis iuueneſcens, iubile, Faunis
Brumarum cinctarum ederis, praetorque virarum,
Semiferis ſociis ſimul ad pandicularia ſacra
Huc ades, expergefaciens vitulamina alumni
Cum brumabus tuis comitans bene rite patrata,
Haec nocturna ſacra, allucens comitia ſancta
Iubile, thyrſigerens coetu florente ſoreſcens.

54. *Diuae Veneris Volupiae carmen.*

Coeligena, illuſtris, ridens, arguta Venuſtas,
Spumigena o genitrix pernoctatrix veneranda,
Coniugula et nocturna et vis cata mater amicae;
Omnia nam ex te, tu inuexiſti foedera mundi
Et trium iura tenes, mortarum cuncta genisque
Immodis coeli et terraï frugiferaï
Et ſalſi mundi, praeſes ſanctiſſima Brumi,
Concelebrans epulas, ō pronuba, mater amorum,
Suada et ſtratinola arcana et ſalis conciliatrix,
Viſa, inuiſa, comas pulcerrima, patrima Dia
Sponſalis conuiua Deum, Maieſta, Luperca,
Prolifica et vituna, Viroſa, Lubentia mater.
Quaeue arctas homines compagibus illecebrarum,

Digitized by Google

Et genus omne animantum aeterno vulnere amoris.
Adſis caprigenum ſanguen, ſiue atria Coeli
Dia premis, ridens regina micante labello,
Turiferae Surias ſeu luſtras templa beata,
Siue in aequoribus campi ſplendentibus bigis
Propter habens auguſta Melonis flumina opimi,
Vel ſi littoribus pullis prope marmora ponti
Coelituum gaudes Diua exſultantibus turbis,
Aut etiam tremulis puſis in gramine terrae
Littoreos ad puluinos cum praepete curru,
Siue in Cupro, matre tua, vbi rite nouellae
Te puerae innuptae et nuptae formoſa quotannis
Concelebrant regina atque indigetem Daui Adonem,
Hnc adſis compos ſpectandi, Diua leporis,
Nam pura te mente colo precibusque pudicis.

55. *Adonidis ſuffimen, Aromata.*

Te vario obteſtor ſub nomine Die Camille,
Mollicomans, et vaſticola, atque leporibus augens
Conſe Deus Volturne alimentum nobile rerum,
Puſa puer, cunctis virideſcens ſemper Adonis,
Occaſe et rediuiue ſtatis vortentibus annis,
Semper adulte bicornis, amabilis, lacrumiculte,
Polcher, venatu gaudens, permiſſicapille,
Vinule, corculum, amoenae Diiae, germen amoris,
Quem bona polcricomans Proſerpina Dia pariuit,
Omnimodis qui nunc habitat per tartara furua,
Te rurſum coelo reddens, tempeſtaque membra,
Huc ſis flaminibus deducens germina terrae.

Digitized by Google

56. *Mercurii Tellumonis* (3) *Summani suffimen. Sturacem.*

Qui colis Amsanctum et viam inexorabilem Auerni,
Pallentesque animas sub tristia tartara mittis,
Tellumo, lasciui patris Liberi alumna propago,
Atque Venustatis Diuae, Murtiae amenae
Qui per Larundae sacraria sancta vagaris
Aegrorum Lemurum sub terra accense viator,
Ducem cum stetit illa dies qua Morta profata est,
Sagminea rude Die soporifer omnia mulcens
Lumina item fallace natantia morte resignans,
Hoc tibi nam Laranda dedit praetura in Auerna
Manibus aeternis mortalium iter comitari,
Flaminibus tandem da faustum in rebus laborem.

57. *Cupidinis suffimen, Aromata.*

Magne voco te purime, amabilis, blande Cupido
Arcitenens, ales puer igniuage, impete, velox
Ludens cum Diuis et cum mortalibus seclis,
Caute gemelle puer, qui cunctorum aedituus es
Coeli atque Coui, et terrae, et Maris omnigena, et qua
Nutricatur alens spirantia frugiparens Ops.
Quaeque et Auernus ager genit, et mare marmore flauo,
Nam cunctorum horum solus moderaris guberna.
Sacrificis adsis o pura mente ministris
Auertens illegitimae Cuppedinis aestus.

58. *Mortarum Carmentum,* (12) *seu Parcarum suffimen, Aromata.*

Mortae infinitae nigrantis noctis propages,
Vos precor o celebres, quae sub coelestе palude,
Qua canus liquor induferi de fonte lauacri

Digitized by Google

Labitur aeterni ſpecuis ſub pumice opaco
Ciues peruolgatis alumna animantia terrae,
Inde loci ad ventoſum hominum ſeclum leue,
hians ſpes
Pergitis, carbaſeis obſtantes lumina velis
Fatali in campo, vt bigas leuis aurigatur,
Gloria iuſtitiae ad metas ſpeique et curarum
Et legem Caſci, magni, laudabilis regni,
Tantum Morta eſt vitaï prima, haud alis vllus
Diuum, qui pedibus pulſant coenacula cbeli
Et Iouis Cortumio (17) eſt, etenim quae cuncta
manent nos
Tantum Morta, Iouisque aeterni Daedala mens
ſcit,
Nocturnae, mitiſſima pectora, numina amica,
Atropeque et Lacheſi, et Clotona o patrimae adeſte
Aëriae inuiſae tetricae irrequietae Diuae,
Omnia item mortalibus quae datis omnia, fertis.
O mea, Mortae, audite lubenter liba precesque,
Nubila tergentes mordacibus pectora curis.

59. *Gratiarum ſeu Venuſtarum ſuffimen. Sturacem.*

Adſitis celebres illuſtres Gratiae honorae
Progenies Iouis alma, Paludaeque Egeriaï,
Maieſta et Flora, et vitula auguſtiſſima Virgo
Laetitiae matres lepidae purae vitulantes,
Volturnae ſemper virideis, mortalibus gratae,
Votitae puerae, Vortumnae, Coeſiae amoenae
Aſſiduae ventate volentes fauſta Camillis.

60. *Diuae Nemeſis Graecanicae (24) carmen, (Latine) Vorticordia.*

Te voco, te Nemeſis Victrix Dea, magna Camilla
Omnituens, hominum ſcrutans mortalia corda.

Digitized by Google

Aeterna et veneranda, colens ſola aurea iura,
Quae varios mutas humani pectoris fluctus,
Quam agnoſcunt iuſte haerentes compagibus omnes:
Nam noſti interiora animorum, haud te lateat mens
Detrectans rationis iugum cuppedine iniqua.
Cuncta tueris, cuncta audis, cuncta admoderaris,
In te ſtant mortalia iura, potiſſima Dia
Adſis praeſtitibus puri ſacri auxiliatrix,
Da placidas rationis opes, cohibens inimica,
Conſilia inſidiantia, iniqua, ſuperba, nefaſta.

61. *Diuae Iuſtitiae ſuffimen. Tus.*

Iuſtitiae obteſtor pulcrae omnituentis ocellum,
Ad Ioui' Dictatori' ſedet quae illuſtre tribunal,
Coelitus endotuens mores mortalium homonum,
Atque vltrix plectens humana nefantia facta,
Ex aequo veri coniungens disparile omne.
Nam quaecunque viris ſententia peſſima ſuaſit,
Conſiliis diris infanda volentibus quaeque
Sola iugum imponens iniuſtis iura miniſtris,
Iniuſtorum hoſtis, Sanatum mitis amica,
Verum adſis ſemper fauſto Dea numine iuſta,
Vitaï vt veniat finis, quam Morta profata eſt.

62. *Diuae Aequitatis ſuffimen. Tus.*

O bona cura hominum locuples iuſtiſſima virgo,
Semper amans homines aequalia iura colentes,
O Veneranda, beata Dia, o Iuritis (18) honora
Puris iudiciis diſpenſans optima iura,
Nec mentem labefacta, etenim cunctos labefactas
Qui tua non ſubiere boni iuga, ſed magis ipſa
Indomiti horrifico declinant vbere flagri,
Concors omnibus aequa, venuſta, dicacula, amica,

Digitized by Google

Munia pacis amans, certae cupidissima vitae
Nam plus deteriusque odisti, et diligis aequum,
In te habet virtus, in te sapientia finem,
Adsis Dia hominum frangens audacia facta,
Vt semper iustam aequa ferant vestigia vitam
Omnium, qui terrae vescuntur munere opimo,
Atque animantum alium quaeque educat omniparenti
Alma sinu tellus, et quae maris aequoreus Dis.

63. *Legis carmen.*

Coeligenum atque hominum genium te Dina voco Lex
Coelestem astrificem, rerum commune sigillum,
Terrai aequorei salis, naturaeque statumen.
Concors et constans seruans bene legibus aptum,
Quis tu is componens coeli immortalia iura
Et quatis subleſtam inuidiam vortiginis ritu,
Qui bona das vitae mortalibus munia obire.
Sola etenim moderare animantum cuncta guberna,
Consiliis cernens obseruantissima rectis
Casca experta comes, iustis innoxia semper
Iniustosque labefaciens ingentibus noxis.
Sed veneranda opulentifer omnium amoena voluptas,
Fac tu nos memores aspirans nomen amicum.

64. *Mauortis sussimen, Tus.*

Magnanime, impauide, inuicte atque asperrime Mauors,
Indomite, armipotens, parricida, impetimure,
Marspiter, o crepericrepe, tabo et sanguine stillans,
Sanguinis humani sitiens bellicrepe, torue

Digitized by Google

Enſibus atque inamoena colens certamina runis,
Siſte duellum, et cordolios requieſce tumultus,
Inque Venuſtatis diuae, et Brumi otia dia,
Et munus Cereale, duelli confer amorem,
Semper pacem optans, victum et recope vigentem.

65. *Volcani ſuffimen, Libanomanna.*

Volcane omnipotens, fortiſſime, flammaque perpes
Ignitis florens auris, Lucetius dius,
Lucerius, Viriate, Nero, aeterne artipotensque
Ferrifaber, purumque elementum, portio mundi,
Omniuore, omnidomans, ſuperans omnia, omnia luſtrans,
Sol et Luna couum, ſtellae fons purimus ignis,
Membra haec Volcani mortalibus ignea lucent
Omnis inducolis gentesque vrbesque domosque,
Artubus inſinuans mortalibus, alme, beate,
Sis felix atque haec noſtra ad libamina cede,
Vt placidus venias operum bonus auxiliator
Atque implacatae extinxis incendia flammae,
Fomitis in nobis ſeruans genitabile lumen.

66. *Aeſculapii ſuffimen, Manna.*

Cunctorum Aeſclapi Iuturne ſalutifer, alme
Morborum omnigenum mulcens contagia iniqua,
Mulciber excellens, ades huc comitatus ſalute
Mortiferae cohibens incendia peſtilitatis,
Veſticipes, Verrunce, rei largitor opimae
Februi (7) Apollineris viridans et honora propago,
Morbi perduellis coniuxque ſalutis amoenae,
Huc ō ſoſpes ades aeui dans proſpera fata.

Digitized by Google

67. *Diuae Saluti Meditrinae ſuffimen, Manna.*

O foecunda ſalus et amabilis omnibus regnans,
Huc adſis Meditrina opulentifer, omniparensque.
Peſtilitas ex te omnis abit mortalibus aegris,
Cuncta lepore tuo viridant vitulantia tecta
Daedalaque ars; te Mundus cupit perculſus tua vi,
Tantum odit te dis vitaï peſſima finis
O cupiunda, veges ſolamen amabile rerum,
Te ſine nulla ſeni vſurpanda in ſine ſenectae
Gratia; ſola omnes captas, ſola omnibus regnas,
Sed tu blanda tuis praeſto adſis diua Camillis
Auertens peſtes morborumque agmina amara.

68. *Manarum* (22) *Dirarum ſuffimen, Aromata.*

Vos calo vociferae Diuae, horrendae fatuantes
Alectona et Tiſiphona et veneranda Megaera,
Noctiuagae, induferae, ſummana ſilenta colentes,
Ad vada ſanguinei Amſancti atque obnubila templa
Vndique ventantes humana piacula propter,
Veſanae atque petulcae, flagrorum agmine ouantes
Angitiae, vltrices, rigidaeque, atque hiſpidiueſtes,
Terribiles, Orci gnatae, Vortumniſigurae,
Aëriae inuiſae, leuiores praepete mente,
Nam neque vel citimi Solis Lunaeque labores,
Nec virtus ſapientipotens, nec amoena venuſtas
Artificum, aetatis nitidae nec adulta iuuentas,
Inuitis vobis agitarint gaudia laeta.
Semper at in terris hominum mortalia ſecla
Iuſtitia regitis reddentes aurea iura,
Sed Diuae Mortae ſerpenticomae Volturnae,
Vos placatum animum meliori reddite menti.

Digitized by Google

69. *Manarum* (1) *Tenirarum* (2) *suffimen. Aromata.*

Consentes Manae celebrabile numen habentes,
Huc castae indufero prognatae Diioue pulae,
Pulae Tartareae Iunonis alumna propages,
Humanae quae censet, iniqua piacula gentis,
Vltrices scelerum, excubiis vigiles inhiantes,
Atricutes, scintillantes graue fulgur ocellis
Sacros carnificisque micantes luminis ignes,
Reginae aeternae, postuertae, terriculaeque,
Tortores stimulo fatorum iura tenentes,
Nocturnae pulae, voltuosae, crinicolubres,
Vos veneror, vos mente pia aduentassere amicas.

70. *Diuae Larundae Mostellariae suffimen. Aromata.*

Te veneror summana Lumuria virgo paluda,
Quam prope Auernales fluxus veneranda pariuit
Arcano commista Ioui Proserpina amore,
Et qui concubuit Dis fraude, cupidinis aestu
Caluitus traxitque bimembrem matris colorem.
Quae genus humanum furiat larualibus vmbris
Omnifera specie commutans horrida volta,
Nunc clara apparens, nunc fuscans nocte figuram
Occursu horrifero peruolgans noctis opaca,
Sed sub te placo, Regina nigrantis Auerni,
Montiuagos stimulos protela ad extima terrae,
Flaminibus facii ostentans placabile numen.

71. *Fortis Fortunae suffimen. Tus.*

Huc sis Fors Fortuna sacris regina voco te
Mansuetam, Triuiam, rei praediuitis ergo,
Et Deianam antistitam opaci sanguine Consi
Progenitam, aeternumque inuicta laude cluentem,
Atque Libentinam, perbitentem omnibus cautam.

Digitized by Google

Daedala namque in te opulentia conſiat homonum,
Namque aliis copum das rerum pleraque abunde
Paupertatem aliis, irarum percita faſtu,
Verum o Diua domi te obſecro Fauoniam adeſſe
Gliſcentem re cope, rei praediuitis ergo.

72. *Genii ſuffimen, Tus.*

Magnanimum Genium calo praetorem venerandum
Manſuetumque Iouem, auctorem genitabilis aurae,
Diiouem vbique vagantem, et Vaeiouem imperitantem,
Qui largiris opes vt iniſti tecta cachinnans,
Et contra humanae exſtinguis qui commoda vitae,
Laetitiae, moeroris Patulcius, Cluſius idem es.
Quare Sange pater curarum ſemina pellens
Inſidiantia vitae in terra frugiferenti
Da precor aequanimo vitam concludere fine.

73. *Diuae Albuneae ſuffimen, Aromata.*

Albuneam elicio prognatam principe Cadmo
Magnam, quae Brumum (23) eſt obſtetricata nefrendem
Huc ades o quae ſalſa tenes et coerula templa
Fluctibus exſultans, nautarum foſpita Iuno,
Nam te reſpiciunt puppis per coeca pericla,
Vna laborantes ſolaris in aequore volgum,
Quis tu ſubueniens ades in diſcrimine ſoſpes.
Ergo ſalutaris praeſens vrgentibus adſis
Rebus, veliuolas obſeruans candida puppes,
Atque tuis largire Fauonia flabra miniſtris.

Digitized by Google

74. *Portumni ſuffimen, Manna.*

Qui ſuxiſti vna cum Brumo ([23]) lacte nouellum
Quique colis liquidos et ouantes turbine campos
O Portumne, lubenter ad haec te liba vocamus
Fronte renidentem et ridenti lumine volti
Seruantemque tuos, terraque marique miniſtros
Namque vagis ratibus ſub tempeſtate ſonora
Soſpes ades, et te cupidis mortalibus offers
Auertens ſaeuas iras per coerula ponti.

75. *Diuarum Camoenarum ſuffimen, Tus.*

Mammuriae ([11]) atque Iouis ſtreperi prognata propages,
Illuſtres celebresque Nouenſilesque ([12]) Camoenae,
Et quoiuis quemcunque ſouetis amabile volgus
Artitas omnes virtutes progenerantes
Nutrices animi, directae mentis amuſſis,
Atque magiſtrae animi moderantes recta guberna,
Quaeque ſacris homines imbutos inſtituiſtis
Flora, Cluacina, et Vitula, et Caſmena virago,
Coeliaque, et Tripuda, et Carmenta ([13]) et diua Venuſtas,
Oſcina flexanima et mater maieſtaque princeps,
Ergo Deae huc age praeſtitibus ventate fauentes
Vobiscum decus omnipotens et adoream agente

76. *Diuae Mammuriae ([11]) ſuffimen, Tus.*

Mammuriam elicio Iouis omnipotentis marita
Quaeque pias eſt dulciloquasque enixa Camoenas
Peſtifera verſata caducae obliuia mentis
Continuans mentes animarum foedere ſacro
Reginae omniparae rationis amica, fouens vim
Peruigil, irrequies, memoranter cuncta miniſtrans

Digitized by Google

Quorum quisque simul in pectore ruminat artem,
Nec quid praeteriens instigans lumina mentis,
Praestitibus memores mentes dat dia Moneta
Sacrati castus pellens obliuia ab illis.

77. Diuae Matutae suffimen, Manna.

Cede Dea aurigans candens mortalibus lumen,
Clara pudoricolor, mundo Matuta refulgens,
Aurea magnanimi Titani nuntia Solis,
Horriferae quae itiner anfractaque noctis opaca
Diua tuo reuocas initu sub viscera terrae,
Dux operum vitae, mortalibus Dia ministra
Quaque hominum gaudent aegerrima secla, nec vllus
Quem fugisse tuos fas sit polcerrima voltus,
Quando genis exterres otium amabile somni,
Tunc gaudete homines, serpentes cetera secla
Quadrupedum et volucrum et stabulantum in fluctibus salsis,
Namque omnem excultum donas mortalibus victum.
Sed tu dia antistibus sacrum iubar auge.

78. Diuae Iuritis suffimen, Tus.

Coeligena huc Iuritis (13) ades patrima virago,
Mustea (14) progenies telluris, Caesia dia,
Vaticinas quae prima aperis mortalibus sortes
Delporum Diis pro cortina oracula fatans
Puticulis vbi Puteolis regina cluebas,
Et Februo (7) fandi donasti pectus habere
Augusta specioса verendaque noctuuolga.
Prima etenim ritus hominum genus edocuisti
Nocturnis sacris Brumum fanatica ouando
Ex te enim castusque Deum cultusque verendi.

Digitized by Google

Huc adſis, huc Diua fauenti numine blanda
Ad diuina tui veneranda ſilentia ſacri.

79. *Aquilonis ſuffimen, Tus.*

Horriferis flabris contorquens aequora coeli
Huc Aquilo glacialis, relinquens ninguida Thracae,
Solue Coui ſubices nigrantes nubibus totis.
Flamine diſcutiens praegnantes imbribus nubes,
Omnia ſuda ferens, tergens freta vitrea Coeli.

80. *Fauonii ſuffimen, Tus.*

Coeliuaga vndigena flabella, Fauoniae aurae,
O leuiſomne animae ſolamen mite laborum,
Vernae gramineae portuum cupidiſſima cura
Nauibus ſternentes itiner molle aëra blandum,
Obſecro vos placido ſpirantes flamine adeſte
Aëriae inuiſae, leuipennes, aëriformes.

81. *Auſtri ſuffimen, Tus.*

Praecipites aurae tranantes aëris caulas
Vndique pennipedes, vortigine praepete ouantes,
Cedite nimborum matres cum ingentibus nimbis.
Nam Iouis has vobis finiuit in aëre partes
Coelitus imbriparas nubes permittere ad ima.
Vos precor inferio hoc mactans libamine Diuae,
Terrae matri frugiparentes elicere imbres.

82. *Oceani ſuffimen, Aromata.*

Te veneror pater Oceane immortalis origo
Naturaeque Deum aeterne, et mortalium homonum,
Qui circunfluis anfracta ambarualia terrae,
Vnde genus fluuiorum, vnde et ſale marmore halio
Atque alid in terra ſcatebrarum ignobile *volgus.*
Te Februum luſtrale vocamus Coeligenarum,

Digitized by Google

Finis telluris, margo amplae fornicis mundi,
Huc placidus venias sacrae gratissime turbae.

83. *Vestae suffimen, Aromata.*

Incluta Vesta senis Saturni casta propago.
Quae nimis irrequietis habes meditullia flammae,
Hosce tibi puros praestes ad sacra ministros,
Florentes, dites, castosque et pectore puro.
Huc ades o Diuum constans fulmenta hominumque
Multipotens aeterna et amabilis, atque opiformis,
Ridens atque beata faue placidissima sacris
Fausta bona inspirans et amoenae dona salutis.

84. *Somni suffimen, cum papauere.*

Somne pater diuum omnigenum vnicus atque hominum rex
Et quaecunque fouet tellus animantia saecla,
Omnibus vnus enim regnas atque omnibus adstas,
Corporaque insidiator inermi compede vincis,
Curarum domitor, requies praeblanda laborum,
Moerores omnes aegro de pectore tergens,
Qui mortis curas abigis animasque reseruas.
Nam vere mortis germanus es atque veterni.
Sed sub te placo miti aduentare fauore
Seruantem placidi nos sacrum ritum obeuntes.

85. *Somnii suffimen, Aromata.*

Obsecro te princeps celerem pernicibus alis
Nuncius incerti, verax Carmentus homonum,
Nam repens tacitus per amica silentia somni,
Insinuansque animis hominum cis intima mentis,
Et scita ad somnos legas decreta deorum
Significans tacitis animabus futura,
Cum quis rite colens diuos in pectore puro,
Semper vt anticipans spem blandam mente sagaci

Digitized by Google

Vitam hominum illecebris prolectes gaudia hiantum,
Vtque homines animum requieſcant triſtibus curis
Suppliciisque deos et ſacro munere placent.
Namque piis ſemper ſtat dulcior excita finis
Tantum celauit venientia fata nefaſtos
Somnigena ſpecies, certiſſima nuntia damni,
Ne qua foret noxae venientis cognita finis.
Clinia ſed te ſancte precor promonſtra Deorum,
Notificos ſemperque offendens pectora pura
Nunquam prodigiis acclarans omina iniqua.

86. *Mortis ſuffimen, Manna.*

Huc adſis quae hominum moliris cuncta guberna,
Tantum producens aeui, quantum eminus diſtas.
Namque tuo exſtinguis corpus animamque ſopore,
Quando perrumpis naturae viuida clauſtra,
Coeca hominum ſignans aeterno lumina ſomno,
Omnibus communis, aliis iniuria partim
Florentes ſtinguens aetates funere acerbo,
Omnia nam concreta in te ſola abſoluuntur,
Nam neque ſuppliciis, neque votis pectora frangis.
Quare o ſancta veni longo poſt tempore vitae,
Quod te ſuppliciis et votis obteſtamur
Vt felicem habeant homines claramque ſenectam.

Digitized by Google

IOS. IVSTI SCALIGERI

ANNOTATIONES

IN

INITIA ORPHEI,

QVARVM NVMERI SVNT VERSIBVS IPSIVS LATINIS INTERPOSITI.

Hic liber non proprie ſunt ὕμνοι, ſed τελεταί, nam in Hymnis natalia, geſta et eiusmodi narrantur: hic vero tantum inuocationes Deorum, quibus vtebantur in myſteriis, qui ſacris cuiuspiam Dei initiarentur; ſunt etiam ad depellenda adiecti. Quae omnia tamen fiunt cognominibus myſticis. Sed Graeci in hoc prorſus ſunt. Latine quidem *initia* inſcribi poteſt, vt reſpondeat Graeco verbo τελεταί; ſed quia totum cognominibus Deorum conſtat, melius inſcribitur *Indigitamenta*. Veteres enim Latini, quos Graeci vocant ὕμνους, ipſi nominant *Aſſamenta*, quae ſcilicet ſeparatim in aliquem Deum canuntur, in quibus geſta et virtutes eius Dei celebrarunt, vt alibi fuſius diximus. At *indigitamenta* vocarunt, in quibus Deorum cognomina varia eſſent. Eorum Graeci duo genera fecerunt: nam πλειτὸς ὕμνους vocarunt auxiliarium et fauentium Deorum, ἀποτροπαίους autem nocentium, quae vocat Virgilius *laeua numina*, quorum primum ex vetere lingua Latina *Calatorium carmen*; alterum *auerruncale* vocare poſſumus. Quare, vt dixi, quia omnia Latine reddere volumus, tametſi titulus Graecae inſcriptioni ὕμνοι non reſpondet, tamen *indigitamenta* inſcripſimus; dictum autem *indigitare* pro indicitare, hoc eſt, vocare. Nam *citatam plebem* dicebant, quae illicitum vocata eſſet. Sic apud Varronem de lingua Latina, *quod incitatum antiquum oppidum exigebant*. legendum potius, *inducita-*

Digitized by Google

tum: quod eſt non Varronis; ſed cuiusdam veteris poetae ἀκροτέλευτον. Et *citare* notum quid ſit in forenſibus et iudicialibus cauſſis, et *citatum inſtrumentum* nuncupatum. Ergo *indicitare*, quod erat incitare, et *indigitare* idem; vt *ſubicitare* et *ſubagitare* in Caſina Plauti: vt *inicere* in Varrone pro inigere. Tanta eſt cognatio inter C et G. ſic *ingens* ex *incens*, quod ſcilicet cenſeri non poteſt nec aeſtimari. Sic apud Varronem citante Nonio, *quia ad amuſſim diu gens non erat.* Lege *Duigens*. quod eſt *Duicenſus* apud Feſtum, vt vetus Gloſſarium Sancti Germani.

(2) *Tenirae* ſunt Deae, quas Feſtus ait a *Tenutra* ita vocatas. Ita Furias nominauimus. Sed veteres puto dixiſſe *Teſnirας* vt *Ceſnas*, et *Peſnas* et pleraque eiusmodi. Itaque *Teſnirae* erunt τεσάνειραι, quae homines puniunt.

(3) *Telamo* ſeu *Tellumo* idem eſt. Quos Graeci ἄτλαντας παρὰ τὸ τλῆναι vocarunt, eos Latini *Telamones*. Sed vt τελαμών Graecum eſt idem ipſum παρὰ τὸ τλῆν: et *Tellamo* apud Varronem citante Auguſtino, quamuis ex Tellure deductum quaſi χθόνιος θεὸς, tamen et ipſe eandem originem habet: Nam et *Tellus* ipſa ſiue *Tellumo* παρὰ τὸ τλᾶν, vel vt vetuſtiſſimi Graeci τελάω, vnde *tello* Latinorum, quod poſteris dictum *tollo* E in O. vt *Elera*, *olera*: *hemonem*, *homonem*, etc. et geminata conſonante. nam veteres non geminabant conſonantes; quin et ipſum Graecorum antiquum τελάω peregrinum eſt; eſt enim vt infinita alia ex Syriaca Lingua: nam in ea *Tal* eſt τλᾶν; pro ξῆν Syriaco *era*, Arabes et Hebraei *Erd*, quo nomine omnes pene ita vocant.

(4) *Ambarualis Neptunus* quod ambiat arua.

(5) *Empanda* pro Cerere Varro apud Auguſtinum et Feſtus.

(6) *Dis* ex Graeco δεὺς pro ζεύς. vnde patrius caſus διός. Vnde *Ditouis* apud Varron. poſtea D periit, vt *Dianus*, *Ianus*, vnde Diana manſit παρὰ τὸ δῖον. Nos in *Ioue* vt etiam in multis aliis communem opinionem ſecuti ſumus a *Iuuando*.

(7) *Februus* eſt a Graeco φοιβάζειν, φοίβεος. Ita igitur Phoebum vertimus.

(8) *Nerienes*, Mauortis cognomen, Sabinum vocabulum παρὰ τὸ νεῦρα, aliquando videtur ſignificare Deam comitem Martis. Itaque putamus nihil eſſe, quam νηρείδα vel νερείνη Neriene Galathea.

(9) *Parunda*. Varro apud Auguſtinum, Graeci εἰλαθυίαν vocant παρὰ τὴν ἕλκυσιν, quod facile accedat iuuantibus puerpe-

Digitized by Google

ris, vel quod facile viam det partui, hoc ad verbum esset Latine *Venilia*, quae est a veniendo, vt ait Varro. sed alia est Dea: nos non respicimus potestates eorum numinum, sed nomina tantum. Inuocabant et *Nummeriam Deam*, vt ait Varro de liberis educandis; quod *numerè* pro ταχέως, itaque τὴν ὠκύτοκον *Nummeriam* vertimus.

(10) *Virae* sunt nymphae vt alibi ex Festo diximus, quasi χλωρίδες. Querquetulae δρυάδες.

(11) *Mammuria* est μνημοσύνη. Mammurius Veturius, seu Mammuria Veturia vide Varronem.

(12) *Carmentus* est vetus Menuria, vt vult Varro.

(13) *Nouensiles Camoenae.* Dii Nouensiles, vel, Nouensides, sunt nouem dii vna sedentes: a quo nomen habent apud Sabinos. Quinam sint illi, vide diuersas opiniones, quas ex veteribus scriptoribus adducit eruditissimus auctor Arnobius. Novensiles Camoenae nihil aliud sunt quam ἐννέα μοῦσαι.

(14) *Mustea Venus.* Vide Varronem.

(15) *Lucumones* apud Festum videntur esse Genii infestantes loca, ad quae veniunt, quod proprium est Larium. Sed alibi diximus Lucumones nihil aliud esse quam τυραννας.

(16) *Grundulii* et *Grundules* Larium cognomentum omnibus impositum: vide Callii Hemionis locum apud Diomedem.

(17) *Cortumio* est visus intimus. Cortumio Iuris dicimus ὀφθαλμός.

(18) Iuritis ἡ θέμις. Gellius, quamquam apud Gellium legi poterat *Quiritis;* id est, λογχᾶτις θεά. Lycophroni.

(19) *Fasta Dea.* Θέμις, Fas θέμις. Nam Fasti duae quibus θέμις fieri.

(20) *Mulciberi.* Ita μειλιχίοις θεοῖς vertimus. Nam mulciber a mulcendo, sed id cognomen praecipue Vulcano attributum, quia ignii..... sic quod igni domitum est Homerus vocat μειλισσόμενον; et alibi dicit πυρὶ μαλασσέμεν.

(21) *Moneta* est πρόνοια a monendo dicta.

(22) *Manii* Genii ἀγαθοὶ δαίμονες, *Inui* κακοί, nam Inuus ὁ ἐφιάλτης Seruio.

Digitized by Google

(23) *Brumus* est βρόμιος, et Brumalia eius festa, et bruma ἡ χειμερινὴ τροπή, quia circiter id temporis incidebant Bacchanalia.

(24) *Graeca Nemesis.* Graecam vocamus, quia non habet nomen Latinum, vt ait Plinius, tamen nihil aliud est Nemesis quam Vorticordia. Sed et Venus Vorticordia celebratur Romanis.

(25) *Mocsius* et Maius idem, id est, ὁ μέζων ὁ παλαιός. Vide coniectanea nostra in Varronem.

(26) *Paluda* est ἑλωσίπεπλος.

Corpore Tartarino prognata Paluda virago:

Sed in Probo legitur *palude:* vt intelligatur et Minerua nata ex Palude.

Digitized by Google

IO. MATTHI. GESNERVS

DE

PHOENICVM NAVIGATIONIBVS

EXTRA

COLVMNAS HERCVLIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

IO. MATTH. GESNERI
DE
PHOENICVM EXTRA COLVMNAS HERCVLIS
NAVIGATIONIBVS.

PRAELECTIO I

HABITA V. DEC. CIↃIↃCCLV.*

Cum de electro apud vos commentarer, Sodales, meminiſtis, in illam me diſputationem incidere, qui factum ſit, vt res notae Homero Herodotoque, electrum et κασσίτερον, ſ. ſtannum, earumque patriae, poſteriori ſe aetate velut ſubducerent, et in obliuionem venirent? eiusque rei cauſam coniectam eſſe in calamitatem Phoenicum, nominatim Sidoniorum, qui ſoli extra Herculis columnas dextro flexu nauigare auſi, non tantum ad Caſſiteridas inſulas Britannorum, ſed ad Aeſthiorum quoque Gleſſariam ſ. Electrida peruenerint: atque vt ſoli illud vectigal, reditum illum, haberent, diligenter, etiam monſtroſis forte mendaciis, itineris rationem texerint. Quare non mirum fuiſſe, quod cum interitu illius reipublicae, etiam nauigationis iſtius memoria interciderit, ignota manſerit mercium patria; donec nouum ſuum velut ſaeculum, nouam ſortem ſ. μοῖραν vtraque res nacta, ex ſuo ἅδῃ denuo emerſit. Ab illo inde tempore AA.

*) Vid. Comment. Soc. Scientt. Gotting. To. III p. 67 ſqq.

Digitized by Google

saepius quam alias et studiosius tum de fide Herodoti, quando illa ab iunioribus destituitur, tum praesertim de nauigationibus Phoenicum, Argonautarumque extra columnas Herculis et cogitaui et quaesiui: praeter cetera illud, *An simpliciter fabulosum sit, e Ponto Euxino vel Maeotide palude adeo peruenisse Argonautas in Oceanum Germanicum? circumnauigatam a Phoenicibus Africam?* Quid maxime mihi probabile videatur, sine ambage vlteriori declarabo. Neque vereor, vt apud vos AA. aut si alii ista cognoscent viri eruditi, fraudi mihi sit haec disputatio, obiiciaturque illud, quod in euagantem nimis libere commentationem dicitur (Aristid. Aegypt. T. 2 p. 354 pr.) Ἔξω στηλῶν καὶ Γαδείρων ὁ νοῦς. Hic neque vobis iniucundum, spero, fuerit, extra columnas dextrorsum pariter et sinistrorsum mecum euagari.

§. 1.

Antiquissimi scriptores ambiri terram omnem Oceano tradidere.

Iam primum illud satis constat inter eos, qui antiquos scriptores paullo norunt familiarius, esse illam communem his, qui rerum originibus fuere propiores, sententiam, vt dicant, terras omnes ambiri Oceano. Tractauit hunc locum Bochartus (Canaan 1, 36 p. 707: quo minus opus est, nos ei hic immorari. Vnum modo alterumque ab illo praetermissum iuuat adiicere, vt illud, quod Strabo, demonstraturus in ipso operis ingressu ἀρχηγέτην εἶναι τῆς γεωγραφικῆς ἐμπειρίας, ducem et auctorem primum esse Geographicae peritiae, Homerum, pluribus poetae locis conficit, dictam ipsi fuisse tellurem, vti reuera sit, Oceano circumfluam (ὠκεανῷ περίκλυστον, ὥσπερ ἐστίν). In Orphicis Hymnis, quorum certe materia priscam illam et primam, de qua nobis constet, aetatem refert, (10, 15) vocatur Ὠκεανός τε πέριξ ἐν ὕδασι γαῖαν ἑλίσσων, quod pulcre Scaliger fecit *Et terram Ocea-*

Digitized by Google

nus luſtrans anfractibu' ſalſis. Porro Oceanus (82, 3) celebratur, Ὃς περικυμαίνει γαίης περιτέρμονα κύκλον, qui fluctibus circum circa agitat orbem ſuum terrae finitorem. Sic enim paullo diſertius explices hunc verſum, quam factum eſt Scaligeri carmine, *Qui circumfluis anfracta ambarualia terrae.* Iſtam poetarum doctrinam fictam ſimpliciter eſſe, nec fundamentum habere et quaſi ſolum in ipſa rerum naturae, qua tum nota erat, hiſtoria, vix poteſt in mentem venire, niſi ei, qui parum illos primos Graecorum doctores, parum hiſtoriam antiquiſſimam nouerit. Et Pomponius Mela non ſine cauſa (3, 5 fin.) Phyſicos et Homerum iungit, *qui vniuerſum orbem mari circumfuſum eſſe* dixerint. Quid apertius loco Ariſtotelis, vel quisquis auctor eſt libri de mundo (c. 3), vbi dicit, vulgus diſtribuiſſe orbem noſtrum in continentes et inſulas, cum ignoret totam habitabilem vnam eſſe inſulam, ὅτι καὶ ἡ σύμπασα μία νῆσός ἐστι, ὥστε τῆς Ἀτλαντικῆς καλουμένης θαλάσσης περιῤῥεομένη. Cum de Africae extremis praeſertim quaeratur, ponamus hic ſtatim Herodoti locum, quo deinde etiam vtemur (4, 42) Λιβύη μὲν, inquit, δῆλοί ἐσῦτὴν ἐοῦσα περίῤῥυτος, πλὴν ὅσον αὐτῆς πρὸς τὴν Ἀσίαν οὐρίζει, indicat Africa et manifeſto de ſe declarat, ſe eſſe circumfluam, praeterquam qua parte Aſiae contermina eſt. Loquitur vt de re, quae ſenſu ipſo et experientia adeo cognita ſit, cognoſci ab vnoquoque poſſit. Quantum ſit huic dicto patris hiſtoriarum tribuendum, vt pateat, videamus, AA. quomodo de ſimili re, ſed de qua minus ipſi conſtabat, paullo poſt loquatur (c. 45). Ἡ δὲ Εὐρώπη πρὸς ἑκάτερα φανερὴ ἐστὶ γινωσκομένη, ἔτε τὰ πρὸς ἥλιον ἀνατέλλοντα, ἔτε τὰ πρὸς βορέην, εἰ περίῤῥυτός ἐστι. Negat a quoquam manifeſto exploratum eſſe, vtrum Europa vel ad orientem vel ad ſeptentriones circumflua ſit. Quanta ſit Herodoti modeſtia, quam circumſpecta fides, apparebit, ſi quis animaduertat, quam contra aſſeuerate poſteri de re non magis comperta, ſed ſibi forte minus quam pri-

Digitized by Google

ſcis illis cognita, pronunciauerint. Ariſtides, vt eum adpellemus, qui poſt peragratum victoriis Graecis et Romanis orbem terrarum, Antoninorum aeuo ſcripſit, dum quatuor illos ſinus commemorat, quibus Oceanus in medias terras irrumpere tum adhuc putabatur, de Caſpio ſ. Hyrcano mari non aliter, quam de mediterraneo mari, Arabicoque et Perſico ſinibus loquitur (Aegypt. T. 2 p. 354 Iebb.) Nempe Strabonis fiducia, qui non minus aſſeuerate ea de re narrat (l. 2 p. 83, 25). Redimus ad Herodotum. Simili ille modeſtia de eadem re, de extremis Europae ad ſeptentriones et ad orientem ſolem, vnde tamen ſtannum et electrum venire nouerat, loquitur (3, 115) Οὔτε δὲ ἐόντος αὐτόπτεω γενομένου ἐμοὶ δύναμαι ἀκοῦσαι, τοῦτο μελετῶν, ὅκως θάλασσά ἐστι τὰ ἐπέκεινα Εὐρώπης· ἐξ ἐσχάτης δ' ὧν ὁ κασσίτερος ἡμῖν φοιτᾷ, καὶ τὸ ἤλεκτρον. Negat ex oculato teſte ſe, licet hoc agentem, audire poſſe, quomodo mare ſit vltra Europam, ex qua vltima et ſtannum nobis veniat et electrum. Haec, niſi egregie fallor, indicant, quae aſſeuerate adeo de Africa extrema dicit, ea certa fide illum habuiſſe cognita, non tantum ex illa generali poetarum opinione collecta. Ipſe Strabo, cuius tempore, vt videbimus, pene interciderat circumnauigatae Africae memoria, tamen (lib. 2 p. 89, 22) Indiae terminos aſſignat τήν τε ἑῴαν θάλατταν, τήν τε νοτίαν, τῆς Ἀτλαντικῆς, mare eoum ſ. orientale, et auſtrale, partem maris Atlantici. Nempe ellipticam puto dictionem Strabonis, ita ſupplendam, τήν τε νοτίαν (θάλατταν, μέρος ὄσαν) τῆς Ἀτλαντικῆς. Ne miremur, Atlantici maris partem vocari illud mare, quod Indiam terminat, cogitemus contra, Pindarum (Pyth. 4, 447) Argonautas etiam in Rubro mari fuiſſe dicere. Nempe aeque late patebant haec nomina: vtroque interdum ſignabant totum Oceanum a meridie et ab occidente complexum terras. Itaque ſynonyma, vt ſolet, iungit Pindarus, ἔν τ' ὠκεανῷ πελάγεσσι, πόντῳ δ' ἐρυθρᾷ. Si Atlantici maris pars eſt illud, quod meridionalia

Digitized by Google

Indiae litora alluit, peninſulam eſſe Africam oportet. De continentia enim altera ad orientem ſola hic ſermonem eſſe ne putemus, illud τήν. τε geminatum prohibet. Hoc ergo primum eſto, notum fuit antiquiſſimis, ambiri totum illud, quod terrarum orbem vocamus, Oceano. Sapienter Strabo (lib. 1 p. 4, 11) contra fictos et mendaces quorundam Periplos diſputans, negat eos, qui a tentata illa Africae circumnavigatione re infecta redierint, a continente quodam ſibi obiecto repulſos; ſed ob deſerti litoris inopiam curſum, transmittentē licet illos mari, relegiſſe. Οὔτε γὰρ περιπλεῖν ἐπιχειρήσαντες, εἶτα ἀνακρέψαντες, ἐχ ὑπὸ ἠπείρε τινὸς ἀντιπιπτούσης, τὸν ἐπέκεινα πλῶν, ἀνακρουσθῆναι φασὶν, ἀλλὰ ὑπὸ ἀπορίας καὶ ἐρημίας ὁδὸν ἧττον τῆς θαλάττης ἐχούσης τὸν πόρον. Diſertiora etiam deinde dabimus.

§. 2.

Primi, de quibus conſtat, inter primos quidem navigarunt Phoenices: ſoli forte, quamdiu floruerunt, extra columnas Herculis, idque primo dextrorſum, vt dextra haberent litora Hiſpaniae.

De Phoenicibus ita Herodotus, Diodorus Siculus, ceteri, narrant, vt illos metallorum, mercaturae, nauium, coloniarum in inſulas et remota litora deductarum, tum literarum ac rationum auctores monſtratoresque faciant [1]). Hoc cum dubitet, quod ſciam, nemo hodie, poſt Bocharti vaſtae eruditionis copias huic rei impenſas, teſtimoniis probari, nihil attinet: cum ille enumeratione coloniarum inſtituta rem in clara luce collocauerit. Quod autem diſputat vir ſum-

1) Non aduerſatur his locus Strabonis (l. 1 p. 33, 12) vbi Bacchum, Herculem, Theſea, Perithoum, Dioſcuros, magnis terra marique ſuſceptis expeditionibus locum fabulis feciſſe ait, Minoisque θαλαττοκρατίαν eodem refert: cum Cadmus Bacchi anus e Phoenice venerit in Graeciam etc.

Digitized by Google

mus contra Herodoteam in ipso operis principio narrationem, quam ille Persarum fide proponit, Phoenicum maiores a mari inde Rubro venisse ad mediterraneum mare, vt quae narrationi Mosaicae repugnet, quae αὐτόχθονας Palaestinae faciat: illa forte pugna componi potest. Vere dixit Moses, quae de Canaane et posteris illius commemorauit. Forte ab his etiam Israeliticae migrationis tempore coloni ad meridionalia Asiae litora venerint. Sed haec nihil impediunt, quo minus nauigationis illi auctores Phoenices, illi Sidonis conditores, a Rubro mari venerint. Plane vt Mosi credimus, primos colonos ex Asia accepisse Graeciam; neque tamen fidem negamus Graecis scriptoribus, qui propriae Graeciae h. e. Europaeae colonos esse Graecos in Asia, vno ore testantur. Quid si non nugacem auctorem secutus Stephanus Byzantinus, de Azoto scripsit, ταύτην ἔκτισεν εἷς τῶν ἐπανελθόντων ἀπ' ἐρυθρᾶς θαλάσσης φυγάδων; Ἐπανελθεῖν quidem proprie dicuntur, qui redeunt in locum, vnde venerant. Orientalem fuisse hominem, illa etymologia indicat, qua nomen vrbis ab Ἄζα deducit, ἄζαν autem τράγον, capram interpretatur. Schol. min. ad Od. Δ, 81 Sidonios, quos poeta medio loco inter Aethiopas et Erambos memorat, interpretantur, τοὺς παρὰ τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, ὅθεν μετῴκισαν οἱ Φοίνικες. Haec forte ex eodem fonte sunt, vnde apud Hesychium est Σιδόνιοι Φοίνικες καὶ οἱ τὴν ἐρυθρὰν οἰκοῦντες θάλασσαν. Sequitur in laudatis scholiis, Ἐραμβεῖς, τοὺς τραγλοδύτας — οἱ δὲ τοὺς Ἰνδοὺς κ. τ. λ. De Sidoniis ad mare rubrum h. e. Indicum vid. Reland. Diss. de mari Rubro p. 100. Phoenices nomine suo se fatentur esse πυῤῥούς, rufos, russeos: rubri maris accolas, ab Esauo, Edomo, Rufo illo dictos, licet Bocharto displiceat, probabile est, nec poenitet hoc fateri, cum videam hic arbitrari etiam Fourmontium (Reflexions critiques 2, 5 p. 139) non poenitendum remotissimae antiquitatis arbitrum, et Newtonum Chronol. ad A. 1048 p. 12 coll. A. 1045 p. 13. Quid si ipsum Sidonis vel Sindo-

Digitized by Google

nis nomen patriam illorum notat *Sind*, quod nomen esse, quo fluuium suum, Indum, hodie vocant Indi, credendum est Relando p. 78. Σίνδοι Hesychio ἔθνος Ἰνδικόν. Quod litera *n* excidit, non mirantur, qui *Sindonem* Graecorum et Latinorum, cum סדין conuenire, et ad *Indos* forte et ipsam referendam esse, cogitant. Cum Iacobus testamentum illud suum Propheticum faceret, iam nobilem nauigationibus fuisse Europaeam Sidonem, constat ex Gen. 49, 13. Nec impedit, aut conuellit illam coniecturam diuersitas primae literae. Norunt, qui ista tractant, quam facilis sit sibilantium permutatio, et orientis non aliam literam Graecos quam Σ frequentius permutare. Caeterum Tyriorum et Sidoniorum originem a Phoenicibus longe a mediterraneo mari remotis arcessit etiam Iustinus ex Trogo (18, 3) *Tyriorum gens condita a Phoenicibus fuit, qui terrae motu vexati relicto patriae solo Assyrium stagnum primo* (lacum Tiberiadis?) *mox mari proximum litus incoluerunt, condita ibi vrbe, quam a piscium vbertate Sidona appellarunt. Post multos deinde annos Tyron condiderunt.* Fidem itaque habeo non Herodoto modo, (in ipso exordio historiarum) sed et doctis Persarum viris, qui Herodoto percunctanti dixerunt, Phoenices a Rubro inde mari ad hoc Graecorum et mediterraneum mare delatos, regionem, quam prodente Herodoto tenebant, habitationibus occupasse, statimque longis nauigationibus dare coepisse operam, cum Assyriorum Aegyptiorumque merces ad alias regiones transferrent. Fidei causa ponamus Graeca, Περσέων οἱ λόγιοι Φοίνικάς φασι — ἀπὸ τῆς Ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης ἀπικομένους ἐπὶ τήνδε τὴν θάλασσαν, καὶ οἰκήσαντας τοῦτον τὸν χῶρον, τὸν καὶ νῦν οἰκέουσιν, αὐτίκα ναυτιλίῃσι μακρῇσιν ἐπιθέσθαι, ἀπαγινέοντας δὲ Φορτία Αἰγύπτιά τε καὶ Ἀσσύρια, τῇ ἄλλῃ χώρῃ ἀξακικνέεσθαι. Antiquos quidem Phoenicas mari rubro nauigasse, adiunctis etiam Salomonis ciuibus, tanto facilius libris

Digitized by Google

noſtris credere par eſt: et illud ſimul cogitare, quod, cum nec ante ignotum eſſet, plane peculiari diſſertatione (inter Miſcellaneas ſecunda) probatum dedit Hadr. Relandus, Rubri ſ. Erythraei maris appellationem non eſſe ad Sinus Arabici anguſtias adſtringendam; ſed adeo illam late patere, vt vniuerſum Meridionalem oceanum (quin Atlanticum adeo) complectatur. Tanta profecto vis eſt coloniarum Phoeniciarum, vt eas omnes ex illa Palaeſtinae lacinia, quae peculiariter Phoenice vocatur, egreſſas, certe colonos omnes ibi natos alitosque eſſe pene vltra fidem ſit. Nec ſcio, an ſoli circa Tyrum et Sidonem Phoenices intelligendi ſint, cum Perſarum regis copias nauales Phoenicibus vel conſtitiſſe ſolis, vel certe eos maximum in his momentum habuiſſe, narret Herodotus (3, 19). His enim bellum gerere contra ſuos colonos Carthaginienſes recuſantibus, οἱ λοιποὶ ἐκ ἀξιόμαχοι ἐγίνοντο, reliqui Cambyſis ſocii nauales non digni erant, quibus bellum tale committeretur. Addit cauſam, Καὶ πᾶς ἐκ Φοινίκων ἤρτητο στρατός. Hoc non ſignificat, quod eſt in Gronouiana interpretatione, *ex illis nauticus omnis conſtabat exercitus*, verum, *ex illis pendebat omnis exercitus.* Adiuncta demum Phoenicia claſſe, ſatis firmus cenſeri poterat exercitus Cambyſae, quem huius claſſis opera traiecturus erat ſcilicet. Cum ergo ſumma naualis rei penes illos eſſet, auſi ſunt egredi maris interni ad Occidentem terminos, et vltra columnas illas Herculis enauigare, et vrbes condere, quod Strabo (l. 1 p. 33 med.) paullo poſt Troicas res factum memorat. Ponamus et hic verba, Θρύλληται, (f. τεθρύλληται) ἡ Φοινίκων ναυτιλία, οἵ καὶ τὰ ἔξω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν ἐπῆλθον, καὶ πόλεις ἔκτισαν κἀκεῖ, καὶ περὶ τὰ μέσα τῆς Λιβύης παραλίας, μικρὸν τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον. Illam porro extra columnas nauigationem licet in duas partes diſtinguere, eam, quae anfractu dextro in Septentrionem tendens, et alteram, quae ſiniſtrorſum Africae oras perſequebatur. Ac de hac quidem deinde. Phoenicum

Digitized by Google

expeditiones et collocatas in litore Hiſpaniae colonias aſſeuerate memorat Strabo (3 p. 103 ſeq.) et perſecutus eſt, ne alios commemoremus, poſt Bernardum Aldretum (in opere eruditiſſimo *Varias Antiguedades de Eſpanna, Africa y otras provincias* Antu. 1614. 4) ſummus Bochartus, qui alteram Geographiae S. partem, Canaanis nomine appellatam impendit Phoenicibus; priorem autem illius librum illorum coloniis, et nuper Floreſius in Hiſpania ſacra *(Eſpanna ſagrada)* quo minus nos hic in ea re immorari opus eſt. Sed vltra progreſſos ad extrema Hiſpaniae, flexoque ad orientem curſu ſtannum petiiſſe ex Britannorum inſulis, electrum autem ſ. ſuccinum a Boruſſiae hodiernae litoribus, in noſtra de electro veterum commentatione (§. 8) ſatis, puto, probabili ratione (inuictas enim demonſtrationes nemo, puto, in tali re quaerit) oſtenſum eſt.

§. 3.

Argonautarum reditus in Orphico carmine hinc explicatur.

Iam iuuat eandem rem ex reditu Argonautarum, vt ille in Orphico carmine deſcriptus eſt, confirmare, eademque illius carminis auctorem, quisquis eſt, in iſto reditu non ſimpliciter ac monſtroſe mendacem fuiſſe; ſed quae fieri per rerum, qua tum cognitae erant, naturam potuerint, ſiue ex traditione antiqua facta ſint, venuſto carmine et multum probabilitatis habente, admixtis tamen fabulis ſ. mythis, expoſuiſſe. Statim in rem praeſentem veniamus, h. e. ipſum carmen conſideremus, quatenus reditum Argonautarum ex Ponto poſt Maeotidem quoque paludem luſtratam deſcribit. Primum vero hoc obſeruemus, Phoenicum etiam partes in hac fabula eſſe. Vidit hoc olim Bochartus (Chan. 2, 11 p. 820) et cum veſtigia linguae perſecutus eſt, tum illud non neglexit monere, quod maxime ad rem noſtram pertinet, Ancaeum illum, qui

Digitized by Google

poſt Tiphyn Argo nauim gubernauit, Phoenicis, quem Agenoris filium faciunt, nepotem memorari. (Vid. Catalogus Argonautarum Burmannianus.) Nempe credibilior ſit nauigatio, ſi gubernatorem habeat ex ea gente, penes quam fere ſolam, certe praeter ceteras omnes, erat illius artis gloria. Et tamen ne hunc quidem facit tam portentoſi conatus auctorem: ſed ira Deorum et nemeſi ob interfectum Medeae ſcelere Abſyrtum, iactari fingit illos (v. 1033 ſeq.) per litora Ponti Euxini et paludis Maeotidos. Tot autem populos nominat, ſuisque epithetis diſtinguit, vt appareat, quod etiam Herodotum legentes obſeruant, longe plura antiquiſſimis Graecorum innotuiſſe de populis ad occidentem et ſeptentrionem Ponti et Maeoticae paludis, qui tum fere Scytharum nomine comprehendebantur, quantumuis genere et moribus diverſi, nunc vero Ruſſorum imperii pars ſunt, eosque populos tum cultiores habitos longe quam poſtea, ſive quod re ipſa ita eſſet, ſiue quod alii populi cum his comparati non meliores aut quibusdam rebus etiam magis feri viderentur. Vt quod Maeotas ἁβροχίτωνας appellat (v. 1038) molliter et delicate tunicatos. Perſequi vero Argonautarum omnem velle illum errorem, aut populis, qui memorantur, ſedes aſſignare ſuas, plane fuerit hominis intemperanter abutentis ingenio, literis, otio [2]), in tanta rerum obſcuritate et interrupta per migrationes populorum, linguarumque mutationes tam longo temporis interuallo, mutationibusque vel hominum manu vel per eluuiones et terrae motus illatis hiſtoria, in linguarum, quibus forte illi populi vſi ſunt, ignorantia, in defectu monimentorum aliorum, in corruptione denique carminis ipſius Orphici, quod locis quibusdam aperte vitiatum eſt atque inſanabiliter. Ipſe, niſi fallor ego, poeta [3])

2. Transferas huc merito illud lepidum Eratoſthenis apud Strabonem 1 p. 16, 40 Τότ' ἂν εὑρεῖν τινα, πῶ Ὀδυσσεὺς πεπλάνηται; ὅτ' ἂν εὕροι τὸν σκυτέα τὸν συῤῥάψαντα τὸν τῶν ἀνέμων ἀσκόν.

3) Si enim Onomacrito et Piſiſtrati temporibus etiam attribu-

Digitized by Google

non habuit notitiam locorum eam, qua nixus posset probabile ab omni parte iter Argonautis assignare: sed cum rem teneret, nempe quosdam ex Ponto vel palude adeo Maeotide versus aestiuum occidentem progressos, tandem in Oceanum delatos, atque inde per Herculis columnas atque internum mare rediisse in Graeciam, vnde fuerant profecti, hunc deinde velut fundum narrationis exornauit intextis nominibus historiisque, seu fabulis malis, gentium et locorum, de quibus vndecunque aliquid acceperat: adscito Deorum ministerio et miraculo nauis, cuius carina loquax et fatidica illos moneret, quae interdum animalis instar motus ederet αὐτομάτως, vel quibus opus esset, vel quibus ad perdendos vectores suos videretur ruere, (vt v. 1077. 1164) ab his omni opera impediendos [4]). Ceterum in his tenebris et turbis hoc tamen mihi diligenter attendenti liquido apparebat, et spero sic visum iri etiam caeteris, reditus Argonautarum rationem ab auctore Orphici carminis hanc describi. Cum a Phasidos ostiis proxima in Graeciam via per litora Colchidos, Ponti, Paphlagoniae, Bithyniae ad Propontida duceret, illi quacunque de causa [5]) dextro flexu septentrionem [6]) versus nauigarunt ad oras, quas

mus hoc carmen, tamen intercesserint sexcenti minimum anni oportet inter Argonautarum expeditionem et hoc poema.

4) De praecipuo consilio carminis, Orphicam totam scenam, τελεστὰς, mysteria, commendandi, aliás agimus.

5) Valde probabilem memorat Diodorus Siculus 4, 56, sensisse illos, occupata esse nauibus Colchicis Ponti ostia.

6) V. 1036. Οὔτι κατευθὺ Πόντον ἐπ' ἰχθυόεντα, διὰ στόμα Φάσιδος εὐρὺ 'Ιέμεθ', ἀμπλακίῃ δ' ἐφορεύμεθα πολλὸν ὀπίσσω Αἰὲν ἀναπλείοντες. Illud ὀπίσσω et ἀναπλείοντες significat, non versus Propontidem et meridiem, sed versus Septentriones et Maeotin Argonautas partim in litore, partim in fluminibus in Pontum se exonerantibus nauigasse. Hoc de fluminibus indicat illud v. 1042 Μεσσάτιοι πεδίοιο. An ipso quoque Phasidе aduersо? Sic quidem videtur. Non enim continentem plane Maeotidi facit septentrionalem Oceanum, quae posiea persuasio obtinuit non minus quam de mari Caspio. Vid. Plin. 2. 67. et 6, 13. Sed iungit ponus

Digitized by Google

habitant Cercetae (v. 1044) et populi Caucaſo [7]) vicini, ſicque venerunt (v. 1057) ad Maeotas, Gelonos, Sauromatas, Arimaſpos: et per infandos errores, in quibus etiam Boſporum [8]) Cimmerium videre et Scy-

Phaſidi Sarangen, partem forte et ipſum Araxis illius, quem Wolgae hodierno reſpondere, pulchre oſtendit amicus, dum viueret, meus The. Sigefr. Bayerus Comment. Acad. Petrop. Tom. 1 p. 394. Niſi tamen Tanais eſt potius, cuius mentio hic omitti non debuit. Scilicet continentes faciebant magnos in ea regione fluvios antiqui, quod laudatus modo Bayerus oſtendit. Non habebat ille ad manum, cum iſta ſcriberet, haec Argonautica Orphica: alioquin quod volebat, facile confecturus erat verbis illis v. 747.

Ἐνθάδ' Ἀράξου ῥεῦμα μεγαβρεμέτου ποταμοῖο,
Ἐξ οὗ Θερμώδων, Θᾶσις, Τάναΐς τε ῥέουσιν.

Apparet, illum Thermodonta, Phaſin et Tanain facere brachia ſ. oſtia vnius Araxis. Phaſidis fluenta a ſeptentrionibus deducit etiam Vitruuius 8, 2 p. 155.

7) V. 1046. Καυκάσιον παρὰ πρῶνα. πρώων ſ. πρῶν non ſimpliciter verticem montis notat; ſed extremum, quod procurrit et quaſi promuntorium. Sic etiam Heſiod. Scut. Herculis v. 437 poſitum eſſe hoc nomen, attendenti apparebit.

8) De hoc ponemus quaedam verba carminis a v. inde 1054 aliquanto emendatius et explicatius, quam factum in Eſchenbachianis exemplaribus: Διασσαῖς δ' ἐν τριμόροισι βοὸς πόρον ἐξικόμεσθα, Λίμνης ὄντα (ſic leg. pro ὃν τε) μεσηγύ, βοοκλόπος ὅ (ſic leg. pro ὅν) ποτε Τιτὰν Ταύρῳ ἐφεζόμενος βριαρῷ πόρον ἔσχισε λίμνης. Primo fateor, illud me τριμόροισι, quid ſibi velit, non intelligere, niſi quod aut temporis nomen in eo latere ſuſpicor, aut manus ſynonymum, vt ſit ſimilis ῥῆσις illi, quae habetur v. 1085 Ἡ δ' ἔδορεν δίσσαῖσι βιησαμένη παλάμῃσι. Proſiliit nauis vtrisque manibus noſtris ac remigio vi viam ſibi faciens. Itaque ſic locum interpretari licet: Vtriusque vero manus remigio ad bovis traiectum (Boſporum) peruenimus, qui eſt inter Paludem (Maeotin et Pontum) bouum abactor vbi olim Titan, tauro inſidens robuſto, traiectum fidit Paludis. Apparet, rationem reddi nominis Boſporus. Titan fidit, ſ. fiſſo iſthmo interiecto aperuit transitum Paludi, vt defluere in Pontum poſſet. Sed quis eſt hic Titan, βοοκλόπος. Poſſit aliquis cogitare Herculem, qui Titan vocatur a ſcriptore Orphico, Hymno in ipſum p. 110, 1, qui idem fretum Gaditanum aperuiſſe praedicatur, qui Geryoni boues abduxit ex Erythia. Quid ſi *Erythia* et illa et haec quae hic memoratur, v. 1046, colonia Phoenicia eſt, idque etiam nomine ſuo (vid. ante §. 2. dicta) indicat? Hoc forte non male: ſed Herculem intelligere Τιτᾶνα βουκλόπον vix

Digitized by Google

thas ſagittiferos, et Tauros homicidas, (v. 1073) qui triſtia ſacra h. e. humanas victimas offerunt Munychiae ſ. Dianae, et Nomadas, Caſpiosque et Macrobiorum (v. 1105) gentem beatam ac portentoſe longaeuam, aliasque gentes, quas ordinare hodie non licet, peruenient tandem (v. 1079) ad Oceanum, quem Cronion Pontum vocant, Hyperboreum item et mortuum mare, homines. In hac via et errore interdum exeunt naui (v. 1093) et funibus deligatam a prora ipſi currentes in litore trahunt. Ponamus ipſos verſus:

Πρύμνης ἐξ ὑπάτης δολιχὴν μήρινθα βαλόντας,
Ἄργος τ' Ἀγκαῖός τε, καὶ ἀρχὰς δῶκαν ἑλέσθαι
Ἡρώων, (vid. leg. Ἥρωσιν) τοὶ δ' αἶψα δι' αἰγιαλοῖο θέοντες
Σῦρον ἐπειγόμενοι, σὺν δ' ἕστετο κοντοπόρος νηῦς.

Add. v. 117. 126. De portata humeris Argonautarum naui mox (§. 4) aliquid dicetur. Ceterum non licet, vt faſſus modo ſum, ordinare viam, nomina reddere gentibus, fluuiis, lacubus, quae nec peruenerunt forte vera ad poetam, et ſi etiam vera aliquando fuerunt, ſitum forte et continentiam olim aetas aboleuit. Expertus hoc eſt in Scythicis laudatus ante Bayerus, et tentare poteſt, cui volupe eſt, in omni fere parte Geographiae. Fabulas ſe texere, ſatis indicat poeta, cum praeter Macrobios illos, monſtroſe felices, in via iſta memorat etiam (v. 1140) Ἀῤῥήκτας ἀΐδαο πύ-

licet, cum ipſe inter Argonautas hos fuerit (vid. v. 116). Itaque probabilius eſt, Titana hic memoratum eſſe Apollinem. Hunc Titana indigitat Hymnus Orphicus p. 130, 3. Hic, id eſt, ſol ſine Mithras βυκλόπος dictus in ſacris Mithriacis apud Porphyr. de antro nymphar. p. 119 Barneſ. et abactor *boum* a Firmico de err. profa. relig. p. 413 Gron. ad quem defendendum contra Barthii accuſationem ad Stat. Theb. 1 extr. prolaturus adhibere poterat hunc Orphici ſcriptoris locum Phil. a Turre Monum. vlt. Antii p. 165. Eſt enim hic manifeſte Τιτὰν βυκλόπος in ſcripto multum antiquiore. Mercurium βυκλόπον excellentia quadam eſſe conſtat, et Titanem a materno genere licet facere: ſed Apollini tamen Titani nomen magis proprium.

Digitized by Google

λας καὶ δῆμον ὀνείρων, *Conuelli nescias inferorum portas et populum somniorum.* Ex fabulosis illis versus septentrionem regionibus (in quibus Scandinauia [9]) debet fuisse, si ita nauigatum est) paludibusque tandem vtcunque emersi, praeteruehuntur Hiberniam (v. 1179: Πὰρ δ' ἄρα νῆσον ἄμειβεν Ἰερνίδα [10]). Hinc a procella correpti iactantur, neque quisquam illorum per XII dies vbi essent intelligit, donec Lynceus e longinquo Cereris insulam conspicit, vnde rapta est olim a Plutone flores legens Proserpina. (v. 1190) Haec extra columnas Herculis est, (longe diuersa a Sicilia, cuius deinde fit mentio) Atlanticae forte Platonis pars, quae certe hic ab illo collocata est, Ptolemaei ἀπρόσιτος inter Fortunatas prima, nubibus involuta, inaccessa, importuosa, quo nulla nauis appellere humana potest. Itaque hinc auertit nauem Aeaeus, (v. 1205) ad Circes domum et Lycaeam terram, insulam, (v. 1226) ibi exscendunt, nec inhumaniter tractantur a Circe; sed mox discedere iubentur, et a vento atque fluctu ad ostium Terneси (v. 1240) veniunt, appelluntque ad columnas Herculis, ἀνὰ τόμα Τερνησσοῖο ἰκόμεθα, πήλαισι δ' ἐκέλσαμεν Ἡρακλῆος.

Terneſus ille, siue *Tarteſſus* [11]) forte fuit in antiquis libris, si non tota illa ora priscam faciem peni-

9) Sed nauigatio illa multo potuit esse facilior, quam nunc est, si fidem habeamus, h. e. si argumentis moueamur, quae afferunt viri docti, nominatim Cl. Dalinus Histor. Suec. c. 1 praesertim §. 5 pro decrementis marium illius regionis: vnde efficitur, Argonautarum tempore non fuisse tot ibi scopulos, freta, lacunas; sed perpetuum maris et continentem Oceanum, et portuosa forte litora. Cf. Andr. Celsii *Anmerk. von Verminderung des Waſſers in der Oſtſee im 5 Th. der Abhandlungen der Schw. Acad. der W.* n. 5. Hic inter alia §. 30 p. 36, ante bis mille annos, cum Pytheas Massilienſis haec loca inuiseret, aquam XLV vlnis altiorem in Suecia fuisse.

10) Hanc esse Hiberniam et soni affinitas suadet, et situs atque fabulosae licet nauigationis ratio. Hanc Aristid. Aegyptia. T. 2 p. 555 post med. τὴν μεγάλην νῆσον τὴν ἀντιπέρας Ἰβήρων vocat: in eamque sua aetate nauigatum quotidie a Gadibus, narrat.

11) Quam fluctuent nomina

Digitized by Google

tus perdidit, Baetis debet esse, a cuius deinde ostio facilis ad Herculis columnas appulsus est. Pernoctant ad Bacchi promuntorium [12]), Ἄκραις ἀμφ' Ἱεραῖσι Διωνύσοιο ἄνακτος: veniunt deinde in Sardoum mare, ad sinus Latinorum, insulasque Ausonias, Tyrrhenaque litora, Trinacriam, Aetnam, Charybdin, Sirenum Insulam, Corcyram, sinum Ambracium, Cretam, Maleam etc. vt appareat, auctorem carminis in his, quae vulgo nota tum erant, ordinem seruasse, vnde colligas, in aliis etiam eandem legem secutum, vt, quae tum exstarent notitiae, earum rationem haberet. Summa haec est: Argonautae, a Phoenicibus edocti, vel ducibus illis vsi, ex Ponto, qua Bosporum contingit et paludem Maeotida, fluminibus primo aduersis, deinde secundis (vt si aduerso Borysthene tractam nauim transferrent in Vistulam) perueniunt ad septentrionale mare: hinc post longos variosque labores et difficultates lectis Hiberniae litoribus, ad Hispaniae oram occidentalem et columnas Herculis. Nec solum personatum Orphea fuisse huius nauigationis auctorem, docet illustris locus Diodori Siculi, quem adscribere totum non poenitet de libro 4, 56 p. 300 pr. Τὰ καταλειπόμενα τῆς περὶ τῶν Ἀργοναυτῶν ἱστορίας προσθήσομεν. Οὐκ ὀλίγοι γὰρ τῶν τε ἀρχαίων συγγραφέων, καὶ τῶν μεταγενεστέρων (ὧν ἐστι καὶ Τίμαιος) φασὶ, τὸς Ἀργοναύτας, μετὰ τὴν τῦ δέρατος ἁρπαγὴν, πυθομένυς, ὑπ' Αἰήτυ προκατειλῆφθαι ναυσὶ τὸ στόμα τῦ πόντυ, πρᾶξιν ἐπιτελέσασθαι παράδοξον καὶ μνήμης ἀξίαν. ἀναπλεύσαντας γὰρ αὐτὸς διὰ τῦ Ταναΐδος ποταμῦ ἐπὶ τὰς πηγὰς, καὶ κατὰ τόπον τινὰ τὴν ναῦν διελκύσαντας, καθ' ἑτέρα πάλιν ποταμῦ, τὴν ῥύσιν ἔχοντος εἰς τὸν ὠκεανὸν, καταπλεῦσαι πρὸς τὴν θάλασσαν· ἀπὸ δὲ τῶν ἄρκτων ἐπὶ τὴν δύσιν κο-

Geographica huius etiam terrarum anguli antiqua, notum est. Vid. Cellar. p. 124.

12) Virum hoc sit promuntorium, quod *sacrum* simpliciter vocatur, non dixerim: sed illud apparet, qui nunc legunt litora Hispaniae, eos prius ad illud, quam ad Baetis ostia venire.

Digitized by Google

μισθῆναι, τὴν γῆν ἔχοντας ἐξ εὐωνύμων, καὶ πλησίον γενομένους Γαδείρων, εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν εἰσπλεῦσαι. Addit deinde ἀποδείξεις, demonstrationes, quas ferant, harum rerum plures, a nominum quorundam similitudine et traditionibus antiquis. Haec refert et in medio relinquit: certe nullo verbo refellit. Scymnum antiquum historicum eadem tradidisse, mox videbimus. Illud quidem videre mihi videor, antiquiorem esse sententiam illam, quae per Herculis columnas reduci Argonautas, ideo, quia verior, et eo tempore tradita, cum Phoenicum nauigationes et fabulae essent recentiores.

§. 4.

Apollonius breuiore via domum reducit Argonautas.

At Apollonius moderatior videri vult, et cum magis magisque obsoleuisset illa memoria, elegit viam ille quidem mirificam et ipse, sed multo tamen breuiorem, et vti tum res erat probabiliorem. Ponamus etiam hanc, non quod valde ad rem nostram pertineat, sed vt hoc intelligatur certe, ex antiquissima traditione Argonautas non qua via venerant in Colchida, sed per ignoratas ante eum diem vias atque ambages in Ionium mare rediisse. Ergo fugam ex Colchide reditumque in patriam parantibus Argonautis recordantibusque praedictum sibi a Phineo (2, 423) diuersa via reditum, Argus, Tiphys successor (4, 259) aliam dicit esse nauigationem, quam Aegyptii sacerdotes ostenderint: illos enim dicere (272) aliquem regum suorum obiisse armis omnem Asiam et Europam, et supersse monimenta (280 γραπτὰς κύρβιας scriptas vel pictas columellas) in quibus omnes vel viae vel termini notati sint maris et continentis, — esse porro fluuium, supremum cornu Oceani, nauigabilem, Istrum nomine — qui (288) Thracum et Scytharum ingressus fines bifariam scindatur, et alias aquas huc

Digitized by Google

(in Ponto Euxino res agitur) verſus mare Ionium (h. e. Graecum, Hellespontum, deinde Aegeum) mittat; alias autem per profundum ſinum Siculo mari imminentem (mare Adriaticum) qui Graecorum terrae adiaceat, vbi Achelous exit. Hunc ergo Iſtrum petunt Apolloniani Argonautae: hac via perueniunt in ſinum Adriaticum, qui Κρονία ἅλς *Saturnium mare* hic (v. 327) vocatur, quod alluat Italiam, regna Saturno quondam regnata, quod pulchre etiam in veteribus ſcholiis [13]) adnotatum eſt. Praeueniunt illos eodem, per aliud in Ponto oſtium Iſtri ingreſſi perſequentes Medeam Colchi. Ibi in Adria demum interficitur dolo Abſyrtus. Sed reliqua ad noſtram diſputationem non pertinent, neque tota adeo Apollonii narratio, niſi ad hoc, vt intelligamus, partem hanc fuiſſe narrationis de Argonautis, vt ita dicamus, eſſentialem, quae ad ipſum velut corpus illius pertineret, illos non per Hellespontum et Aegeum mare, ſed per admirabiles ambages in Theſſaliam ſuam rediſſe. Placet ad hoc oſtendendum adſcribere, licet paullo longior ſit, locum antiqui interpretis Apollonii ad 4, 283 Οὐδεὶς δὲ ἱστορεῖ διὰ τέτε (de Iſtro ſermo eſt) τὸς Ἀργοναύτας εἰςπεπλευκέναι εἰς τὴν ἡμετέραν θάλασσαν, ἔξω Τιμαγήτε, ᾧ ἠκολέθησεν Ἀπολλώνιος· ὁ μὲν γὰρ Σκύμνος αὐτὸς διὰ Τανάϊδος πεπλευκέναι εἰς τὴν μεγάλην θάλασσαν, ἐκεῖθεν δὲ εἰς τὴν ἡμετέραν ἐληλυθέναι· καὶ παρεκβολεύεται, ὡς ἄρα ἐλθόντες ἐπὶ τὴν ἤπειρον οἱ Ἀργοναῦται ἐπὶ σαυρωτήρων ἐκόμισαν τὴν Ἀργώ, μέχρι ἧ ἐπὶ θάλασσαν παρεγένοντο. Ἡσίοδος δέ φησι διὰ Φάσιδος αὐτὸς πεπλευκέναι. Ἑκαταῖος δὲ ἐλέγχων αὐτὸν ἱστορεῖ, μὴ ἐκδιδόναι εἰς τὴν θάλασσαν τὸν Φᾶσιν, ἀφ' ὡς διὰ Τανάϊδος ἔπλευσαν, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτὸν πλῶν, καθ' ὃν καὶ πρότερον· ὡς Σοφοκλῆς ἐν Σκύθαις ἱστορεῖ, καὶ Καλλίμαχος, ὅθεν καὶ τῶν Σκυθῶν τὰς μὲν εἰς τὸν Ἀδρίαν πεπλευκότας

13) Κρονίαν ἅλα τὸν Ἀδρίαν φησὶ, ἐνταῦθα γὰρ τὸν Κρόνον κατῳκηκέναι. Longe diuerſus eſt Κρόνιος ille oceanus, qui item Hyperboreus et mortuus, de quo paullo ante vidimus ex Orph. 1079.

Digitized by Google

μὴ εὑρεῖν τὰς Ἀργοναύτας κ. τ. λ. Secundum haec igitur in via Argonautis, quam deſcripſimus, aſſignanda Timageten ſecutus eſt Apollonius. Scymnus per Tanain in Oceanum illos deduxit, et hinc in mediterraneum, (quae Orphica etiam longior fuerit nauigatio) et illud per excurſum memorauit, ipſos in continentem delatos haſtis ſ. vectibus impoſitam nauem portaſſe, donec ad aquam peruenirent: Heſiodus per Phaſin nauigaſſe illos ait: Hecataeus illum refellens negauit in mare (ſeptentrionale) exonerari Phaſin, ac de Tanai quoque negauit, ſed rediſſe, qua via venerant, idemque Sophocles et Callimachus dixere [14], inde eſſe, quod illi Scytharum, qui in Adriam nauigarint, Argonautas non inuenerint. Itaque ſecundum hos tamen Scythae (quo nomine hic Colchos etiam venire apparet) per Iſtrum venere in Adriam. Nauigationem porro illam Argonautarum ex Ponto per Iſtrum in Adriam non ſimpliciter damnare audet ipſe Strabo (1 p. 31 extr.) τὰ δὲ ἐκ ἀπιθάνως ἀδ' ἀτίσας λέγοντας. Quamquam deinde (p. 39, 30) communem antiquorum errorem vocat, qui putarint eſſe cognominem Iſtro fluuium, et ab illo velut ſciſſum, qui in Adriam influat, a quo Iſtrorum gens (hod. Hiſtria) nomen acceperit, per quem Iaſon e Colchis redierit. Diodorus Siculus, qui illum Orphicum reditum, vt modo vidimus, non refellit, bene rationem, de qua nunc agimus, ἐκ ἀνεξέλεγκτον (ſine refutatione) praetermittendam ſibi ait, et oſtendit, Iſtri illius Adriatici fontes non vltra XL ſtadia a mari abeſſe. Ceterum nauis Argonautarum humeris portatae mentio etiam apud Pindarum Pyth. 4, 44 ex perſona Medeae Δώδεκα δὲ πρότερον ἁμέρας ἐξ ἀνασανῦ (de mediterraneo mari) Φέρομεν νώτων ὕπερ γαίας ἐρήμων εἰνάλιον δόρυ.

14) Eandem fuiſſe Homeri ſententiam caue colligas ex Od. M, 70, vbi in reditu ab Aeete petitas periculi plenas tranſiſſe dicitur Argo: nam illae Homeri πλαγκταὶ non ſunt Ponticae Symplegades, verum inter Italiam Siciliamque.

Digitized by Google

Quod ita explicat ſcholion vetus ad v. 15 Εἰς τὴν Σύρτιν ἐμπεσόντες οἱ Ἀργοναῦται ἔφερον διὰ Λιβύης ἐπ' ὤμων τὴν Ἀργώ, εἶτα καθῆκαν εἰς τὴν θάλασσαν. Sed late enarrat et exornat Apollo. 4, 1375 ſeq. Hic non minus, quam Orphicorum auctor v. 1344 Syrticas illas difficultates refert ad reditum, cum procella reiicerentur e ſinu Ambracio. Sed Herodotus 4, 179 illud contigiſſe ait, antequam ſoluerent verſus Colchida, cum Iaſon oraculi Delphici conſulendi cauſa circa Maleam veheretur. Illud vndique apparet, de fabulis Argonautarum forte ipſis non ſatis inter ſe conſentientibus, vno fortius mentiente aliis, diuerſa arripuiſſe ſcriptores diuerſos, manente tantum illa velvt ſubſtantia, vel eſſentia, in qua conſentiunt vniuerſi. Sic diuerſa eſt fabula Piſandri apud Zoſimum 5, 29, vbi aduerſo Iſtri oſtio euectam quousque potuit, ac deinde machinis impoſitam Argo dicuntur via quadringentorum ſtadiorum ex Iſtro in mare ad Theſſalorum litora traduxiſſe. Illud quidem videtur ipſum quoque in fundo illo fabulae Argonauticae fuiſſe, portatam interdum humeris, machinisue promotam navim. Ac ſane antiquos mores reputanti non plane abſurdum debet videri, promotam machinis, vel quod ex Scymno repetentem Apollonii ſcholiaſtem modo vidimus, portatam ἐπὶ σαυρωτήρων [15] Argo nauim. Quantum ad alia exempla antiquorum Graecorum, Thucydide non vtor ſciens. Quas enim ille memorat (3, 15. 3, 81 et 4, 8) translatas per Iſthmum naves, in iis ὅλκοι, machinae forte operoſae, et aliae praeter vectores manus adhibitae: quamquam quis coëgerit poetam illas memorare, ſi forte etiam Argonautae ſint vſi? Sed potius tamen, et ad rem noſtram accommodatius eſt, vt Strabonem audiamus (2 p. 341 extr. ſeq.) Memorat ille in vicinia Maeotidos pa-

15) Hoc nomen Homericum Il. K, 153 varie interpretantur. Conf. viri docti ad Thucyd. 2, 4, p. 100, 76 Duk. de συραχίῳ. Hic eſſe haſtilia, perticas, vectes, quarum ope portari onus poſſit, apparet.

Digitized by Google

ludis ac Bospori Achaeos et Heniochos: hos pro Argonautarum posteris haberi narrat: tum naues illis esse refert leues, viginti ad triginta hominum capaces, quas καμάρας vocent. Harum nunc classes faciunt, vt pergit, quibus vel naues aliorum vel litora infestent, nunc ἀναθέμενοι τοῖς ὤμοις τὰς καμάρας ἀναφέρουσιν ἐπὶ τὰς ὁρμὰς — καταφέρουσι δὲ πάλιν, ὅταν ᾖ καιρὸς τοῦ πλεῖν. τὸ δὲ αὐτὸ ποιοῦσι καὶ ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ κ. τ. λ. Habemus posteros Argonautarum, qui, prout opus est, suam nauim humeris portant et deducunt. Si dicas: At hae sunt nauiculae (non dissimiles forte eorum lintrium, quibus vtuntur tali ratione Americani hodie) viginti, summum triginta hominum capaces; Argonautae plures. At ego non magis numerum [16]) Argonautarum, aut vnam modo nauim [17]) defendo, quam loquacem carinam, et portenta caetera. Illud modo quaeritur, Sitne plane absurdum, homines aliquot Graecos, a Phoenicibus instructos, per varias aerumnas ex palude Maeotide, aduerso Borysthene translata humeris an plaustris, cylindris, rotis, naui vna, aut pluribus perueniisse tandem ad flumen, cuius secundo agmine in Oceanum, quem hodie Orientalem vocamus, in litora Germaniae septentrionalia delati sint. Nam historicum quiddam, et veluti corpus subesse Argonauticis non minus quam Troianis fabulis, sapientissimi homines senserunt, qua de re deinde aliquid dicetur.

§. 5.

Sinistra circa Africam nauigatio, vel illi contraria ab Erythraeo mari ad columnas nec ipsa improbabilis est.

Ista quidem satis expedita forte videbuntur. Sed non maioris operae est, alteram circa extremum au-

16) Hic diuersus memoratur. Diodorus Sic. 4, 41 quinquaginta fuisse refert, quem numerum habet etiam Val. Flaccus: in Orphicis sunt LII, apud Apollonium LIV.

17) Eustath. Parecb. ad Dionys.

Digitized by Google

ſtrale promuntorium nauigationem, et fidem ea de re Herodoti, defendere. Otium hic nobis praeſtiturus erat Pe. Daniel Huetius, ſi in publicam lucem prolatum eſſet opus, quod a ſe ſcriptum ait in Commentario de rebus ſuis (p. 143) de nauigationibus Salomonis: inceptum modo fatetur alio loco (Hiſt. du Commerce et de la Nauigation pr.) ſed extra dubitationem ibi a ſe conſtitutum ait, Caput Bonae Spei Salomonis aetate cognitum eſſe, ſaepeque frequentatum et ſuperatum ab eo inde tempore et aliquamdiu poſt a Phoenicibus. Suſpicari aliquis poſſet, νεανικὸν fuiſſe promiſſum, quod forte Bocharti praeceptoris et amici area et pluteis confiſus dederit: ſed ſenex, non tentatum a ſe tale opus, ſed perfectum, ſcripſit. Porro non auſus eſt ipſe Bochartus, circumnauigatam eſſe Africam, defendere: nihil, quod mihi conſtet, de hoc argumento ſcriptum reliquit Huetius. Nos quosdam per gradus incedamus, et quantum eius fieri poterit caute, ne vel temere fingamus, credamusue, quod nusquam eſt, vel fidem bonis viris, optimo certe viro Herodoto, ſine cauſa idonea negemus. Ac primo illud eſt ab laudato nobis aliquoties, qui nunquam ſatis laudari poteſt, Bocharto productis idoneis ex antiquitate teſtibus extra dubitationem poſitum, latus et litus occidentale Africae a freto inde, bonam partem, coloniis Phoenicum fuiſſe occupatum, quas hic recenſere nihil attinet. Satis poteſt eſſe hic laudaſſe Strabonem (l. 1 p. 33, 23 it. l. 3 p. 103 ſeq.) Deinde hic meminerimus eorum, quae in ipſo ingreſſu huius diſputationis dicta ſunt de toto orbe terrarum ex antiquiſſimorum ſententia circumfluo. Addamus hic de Africa ipſa primo Homeri, Geographorum etiam principis, ſententiam. Hic (Οδ. Α, 23) Aethiopas (homines ad auſtrum remotos a Graecis eosdemque Atlantici maris accolas) ita deſcribit ex-

687 ἱστορεῖ Χάραξ τοὺς Ἀργοναύτας οὐ μιᾷ νηΐ, ἀλλὰ πολλοῖς πλοίοις εἰσπλεῦσαι τὸν Εὔξεινον κ. τ. λ.

Digitized by Google

tremos hominum, qui bifariam diuiſi ſunt, alii verſus occidentem ſolem habitantes, alii verſus orientem: Οἳ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν, Οἱ μὲν δυσομένης ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος. Grammaticorum de hoc loco diſputationes, a Strabone (lib. 1 p. 21) memoratae nihil habent melius, quam notum fuiſſe Homero latus vtrumque Africae, etiam qua valde in meridiem vergit. Addit Strabo (p. 22, 33) quod vehementer ad totam diſputationem noſtram pertinet, Πάντες οἱ παρατλεύσαντες τῷ ὠκεανῷ τὴν Λιβύην, οἵτε ἀπὸ τῆς ἐρυθρᾶς καὶ οἱ ἀπὸ τῶν στηλῶν, μέχρι ποσοῦ προελθόντες, εἶτα ἀνέστρεψαν, ὑπὸ πολλῶν ἀπορίων κωλυόμενοι· ὥςτε καὶ πίστιν κατέλιπον τοῖς πολλοῖς, ὡς τὸ μεταξὺ διείργοιτο ἰσθμῷ. Καὶ μὴν σύρρους ἡ πᾶσα Ἀτλαντικὴ θάλασσα, καὶ μάλιστα ἡ κατὰ μεσημβρίαν. ἅπαντες δὲ ἔστι τὰ τελευταῖα χωρία, ἐφ' ἃ πλέοντες ἦλθον, Αἰθιοπικὰ προσηγόρευσαν κ. τ. λ. Qui litora Africae in Oceano legerunt tum a rubro mari, tum a columnis inde profecti, ii aliquousque prouecti cum eſſent, incommodis pluribus impediti curſum relegerunt: itaque fidem fecerunt vulgo, iſthmum inter vtrumque litus intercedere (qui impediat, quo minus circumnauigari Africa, et ab orientali eius litore transiri ad occidentale poſſit, vel contra). Atqui confluit et continuum eſt mare omne Atlanticum, et maxime quod eſt ad meridiem. Ceterum hi omnes, qui vtramque ad oram nauigarunt, extremas regiones, ad quas peruenere, Aethiopias dixerunt: ea nempe ratione, qua Celtas et Scythas et Indos vocabant, qui ad occidentem et ſeptentrionem et orientem, incogniti ſibi populi, habitarent. Recte igitur ſecundum haec Aethiopas bifariam habitare dixerit Homerus ad orientem et ad occidentem. Haec Strabo. Eſt et alius locus Homeri (Od. Δ, 81) de Menelai erroribus, ad quem explicandum adhibent Grammatici apud eundem Strabonem (l. 1 p. 16 pr.) τὸν περίπλουν τὸν διὰ Γαδείρων μέχρι τῆς Ἰνδικῆς, nauigationem ex Nilo per mediterraneum et Gades ſiniſtrorſum vsque ad Indiam, cui octo annos

Digitized by Google

assignet Poeta: et negat Strabo illum περίπλεν esse ἀδύνατον, quamquam nec opus illo putat ad defendendum poetam. Antiquos auctores secutus, credo, Aristides (in Aegyptia. To. 2 p. 354 post med.) Ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα, inquit, Λιβύην καὶ Αἴγυπτον χερρόνησον ποιεῖ. Ad ipsas historias, et quae facta esse ab historicis dicuntur, veniendum est. Hic antiquitatis et fidei causa, humanae etiam, qua historiarum continetur veritas, primae debentur libris Hebraeorum sacris. Potuerunt certe Salomonis et Tyriorum naues (de quibus 1 Reg. 10 v. 22 et 2 Par. 9, 21) intra tres annos commode vel soluere e Rubri maris portu, et superata Africa Tyrum adire, vel cursum retro legentes e Tyro nauigare in portum Idumeae. Repetiit non pari successu nauigationem Iosaphatus, de quo ipsa verba ponemus (2 Par. 20, 36.) Societatem iniit cum Achazia Iosaphatus לעשות אניות ללכת תרשיש ויעשו אניות בעציון גבר. Si תרשיש est Tartessus, de quo non valde dubitant post Bochartum homines eruditi, et tu securos nos facis, Michaelis, Vir Clarissime; si Etziongeber est in intimo sinu Arabico: quid planius est sententia huius loci, paratam a duobus regibus classem, quae Tartessum iret: naues eas porro aedificatas in portu Etziongeber? Ex quo illud consequens est, vt ea classis vel per Neronis fossam intrare Nilum, et per hunc mare internum debuerit (qua de re magna dubitandi vel negandi potius causa est Herod. 2, 158) vel circumnauigare Africam. Supereſt, vt aliquis tui similis, sed vbi est tui similis? relinquitur ergo, vt tu, qui nuper suis ex latibulis produxisti Troglodytas, et Ophiram vindicasti felici Arabiae, Idumeae suae Phoenices, scrupulum remoueas, e loco 1 Reg. 22, 49 exorientem, qui parallelus illi, in quo versamur, videtur, vbi parasse dicitur Iosaphatus אניות תרשיש ללכת אופירה, naues Tharsis ituras Ophiram. An dicemus, illas obiter in itu, vel in reditu, dum litora legunt Arabiae, Ophiram adisse?

Digitized by Google

Haec tu, Vir Cl., si videtur, constitues. Proxime memorandi erant Hannonis illius antiqui et Scylacis commentarii, si, qui hodie exstant sub his nominibus libelli, illorum hominum essent, quorum mentionem faciunt antiqui; certe eam nauigationem describerent, de qua nobis sermo est [18]). Verum cum alia omnia Dodwellianae disputationes, quin perfunctoria quoque ipsorum opusculorum inspectio doceat: videndum est, ecquid fidei hic mereatur Herodotus, et quos ille auctores habuit [19]).

§. 6.

Herodoti narratio proponitur et examinatur.

Ante vero quam ipsius narrationem audiamus, illud cogitandum est, qui aequi iudices volunt esse, quod vulgo fabularum non minus quam historiae pater audit, hoc non esse a vanitate quadam ipsius viri, sed potius ab exacta historicae rationis, quam ille veram putabat, quamque nemo iure reprehendat, obseruatione. Propositum viro fuit, non modo, quae gentes tum orbem terrarum habebant, inspicere co-

18) De Hannone breuiter Plin. 2, 67 *Hanno, Carthaginis potentia florente, circumuectus a Gadibus ad finem Arabiae, nauigationem eam prodidit scripto.* Derisus passim Hannonis periplus propter περιπλογίας, vid. Dodwelli Diss. §. 10. Sed nescio, an hoc ipsum, circumnauigatam Africam, quisquam riserit. Qui hodie exstat Periplus, quemque verum et antiquiorem ipso Homero iudicat Is. Vossius ad Melam 3, 9 p. 594 in illum conuenit, quod Mela dicit, *Hanno Carthaginiensis exploratum missus a suis, cum per Oceani ostium exisset, magnam partem eius circumuectus, non se mare, sed commeatum defecisse memoratu retulerat.* Memineriimus etiam hic, si qua etiam detecta sint hac nauigatione, interesse sua putasse Poenos, ne in vulgus ea exirent.

19) Nondum videre mihi contigit librum, *Antiguedad maritima de la Republica de Cartago con el Periplo de su General Hannon, traducido del Griego e illustrado por Pedro Rodriguez Campomanes* etc. Madrid 1756, 8. pag. 300, de quo refertur *Mem. de Trev.* Aout 1757 p. 405 seq.

Digitized by Google

ram, et quid cognouiſſet in notitiam ſuorum ciuium et poſterorum perferre, ſed praeterea cum fide memorare, quid vnaquaeque gens, hoc eſt, quid viri ſapientes, ſacerdotes praeſertim vniuscuiusque gentis, ſuis de originibus et rebus ſibi retuliſſent: qua in re diligenter ſibi cauere ſolet, ne pro compertis tradere videatur, quae aliena fide refert, ne ipſe credere, quae ſint incredibilia. Qua quidem cautione illud perfecit, vti, ſi quid cum aſſeueratione dicat, fides ei tanto minus negari debeat temere. Sed paſſim defenditur et merito ſuo Herodotus hodie. Narrationem ipſam videamus, et vtrum aliquid indignum fide habeat? In breui totius terrarum orbis deſcriptione, et comparatione magnarum trium illius partium, Africae, Aſiae, Europae (4, 42) ponit illud, quod ſupra iam citauimus (§. 1.) et quam vim habeat, declaravimus, Λιβύη δηλοῖ ἑωυτὴν ἐοῦσα περίῤῥυτος. Addit, hanc illius conditionem primum, quos ipſe norit, demonſtraſſe Neconem Aegypti regem. Diſerte, aſſeuerate ait, Νεκὼ τὸ Αἰγύπτου βασιλέως πρώτου τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, κατεδέξαντος. Subiiciamus etiam quae ſequuntur, cum valde ad rem noſtram pertineant, ὃς ἐπεί τε τὴν διώρυχα ἐπαύσατο ὀρύσσων, τὴν ἐκ τοῦ Νείλου ἔχεσαν ἐς τὸν Ἀράβιον κόλπον, ἀπέπεμψε Φοίνικας ἄνδρας πλοίοισι, ἐντειλάμενος εἰς τὸ ὀπίσω δι' Ἡρακλείων στηλέων ἐκπλέειν [20]) ἔως ἐς τὴν βορηίην θάλασσαν καὶ ἔπειτα ἐς Αἴγυπτον ἀπικνέεσθαι. Relicta foſſa, (conf. Herod. 2, 158) quam a Nilo ad Arabicum ſinum ducere coeperat, miſit homines (piſcium inſtar, quos magna in veneratione habent, mari adſuetos, nautas velut a natura, verbo) Phoenices nauibus, (emenſuros ſcilicet ſinum Arabicum, quantus eſt, dextrum litus legentes Africae) iubens, retro (non qua venerant, per ſinum Arabi-

20) Diſplicebat aliquando hoc verbum, quod habent libri omnes, cum ἐκπλέειν requirere ſententia videretur. Sed forte Herodotus illam a columnis nauigationem vt nouae expeditionis initium cogitavit, quod illo verbo commode exprimitur.

Digitized by Google

cum, sed circumnauigata scilicet tota Africa) per columnas Herculeas enauigare ad mare vsque boreale (h. e. mediterraneum, qua a septentrione Aegyptum alluit) et sic in Aegyptum reuerti. Quid igitur Phoenices? Faciunt scilicet, quod rex iubet, cuius tum in ditione erant: soluentes e rubro mari proprie dicto, nauigant oceanum meridionalem. Cum auctumnus incideret, appulsis nauibus sementem faciunt iis locis Libyae, vbi cum maxime versarentur, et ibi exspectant messem, qua facta, cum frumentis nauigarunt. Transactis ita duobus annis, tertio anno flexu circa Herculeas columnas facto in Aegyptum redeunt. Hoc enim volunt Graeca: Ὁρμηθέντες ὧν οἱ Φοίνικες ἐκ τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης, ἔπλεον τὴν νοτίην θάλασσαν. ὅκως δὲ γένοιτο φθινόπωρον, προσχόντες ἂν σπείρεσκον τὴν γῆν ἵνα ἑκάστοτε τῆς Λιβύης πλέοντες γενοίατο, καὶ μένεσκον τὸν ἀμητόν. θερίσαντες δ' ἂν τὸν σῖτον ἔπλεον· ὥστε δὴ ἐτέων διεξελθόντων, τρίτῳ ἔτεϊ κάμψαντες Ἡρακληίας στήλας ἀπίκοντο ἐς Αἴγυπτον. Sequitur nunc apud Herodotum illud, quod eo magis ad fidem illi conciliandam facit, quo minus ipsi sphaericae doctrinae, quam vocamus, rationes fuisse cognitas, apparet, quibus illud, quod referebant Phoenices, plane congruit. Sic nempe pergit Pater historiae Graecae, Καὶ ἔλεγον ἐμοὶ μὲν ὐ πισά, ἄλλῳ δὲ δῆ τέῳ, ὡς περιπλώοντες τὴν Λιβύην, τὸν ἥλιον ἔσχον ἐς τὰ δεξιά. Dixerunt, inquit, illi nautae, quae mihi credibilia non videntur, sed forte alii cuiquam videantur, se in ipso anfractu Libyae solem habuisse dextrum. Si imbutus fuisset elementis Sphaericae Herodotus, hoc ipsum habiturus erat argumentum verae narrationis, cum in zona temperata australi occidentem respicientibus sol necessario dexter esse debeat, vt nobis necessario sinister est. Haec fingi profecto tum non poterant. Facilius erat terrae motum diurnum pariter atque annuum circa solem coniectura adsequi, quam diuinare, *imum* Africae promuntorium esse vltra zonam torridam. Quae de Periscis, Heteroscis, Amphiscis, Asciis de-

Digitized by Google

nique disputarunt Geographi, nec Herodoto cognita erant, nedum his, a quibus de illa Phoenicum nauigatione cognouerat. Poterat ille in Elephantine vrbe, quo se progressum memorat (2, 29) ipso solstitii die solem dextrum h. e. vmbram versus meridiem proiectam aliquantum videre. Sed vitandi forte aestus causa brumae tempus ad eam excursionem delegerat. Nec de illo Syenae miraculo, vmbra carentis et habentis puteum vndique illustratum, solstitii confecti die, (de quo Strabo l. 17 p. 562, 20 et Plin. 2, 73) obseruatum erat prodente Herodoto, quod ille memorare nunquam erat intermissurus, qui nempe nec Thaletis, viri genere [21]) Phoenicis inuentorum quidquam inaudisset, praeter illam praedictam ab ipso eclipsin [22]). Sic est, AA. olim fuit coelum, et tota rerum natura: sed certis modo temporibus atque locis exsistunt curiosi obseruatores et ratiocinatores boni causarum atque effectuum. Maneat hoc, quod fidem Phoenicum suspectam facit Herodoto, illud ipsum nobis eam confirmat. Neque illa vel dubitatio vel suspicio mouit Herodotum, vt totam rem in dubium vocaret. Sic enim asseuerate claudit illam narrationem, Οὕτω μὲν αὕτη (Λιβύη) ἐγνώσθη πρῶτον.

Plane confirmat haec altera narratio, quam a Carthaginiensibus acceptam repetit (1, 43) quamque

21) Sic Herod. 1, 170 τὸ ἀνέκαθεν γένος ἐόντος Φοινικος. in quo frustra illum malignitatis postulat malignus ipse in Herodotum Plutarchus.

22) Plura forte sciremus hodie de hoc genere obseruationum, si ad nos peruenisset liber Polybii περὶ τῆς περὶ τὸν ἡσημερινὸν οἰκήσεως, de quo Fabr. B. G. 3, 30, 8 p. 763. In hoc libro illud fuisse videtur, quod reprehendit Posidonius apud Strabon. l. 2 p. 67, 10 τὴν ὑπὸ τῷ ἡσημερινῷ οἴκησιν ὑψηλοτάτην. Quid si ille iam obseruauit, quod ratione collegit de figura telluris Newtonus, confirmarunt terrarum coelique mensores nuperi. Fidem in talibus Polybii augent, quae de suis ipse peregrinationibus refert l. 3 p. 251, D vbi memorat suam πλάνην τὴν κατὰ Λιβύην καὶ κατ' Ἰβηρίαν, ἔτι δὲ Γαλατίαν καὶ τὴν ἔξωθεν ταύταις ταῖς χώραις συγκύρουσαν θάλατταν.

Digitized by Google

in pauciora verba contractam hic referemus: Setaſpes de Achaemenidarum gente poenae cauſa iuſſus fuerat a Xerxe contraria illi, quam modo vidimus, nauigatione, ex Aegyptio portu maris mediterranei circumvectus omnem Africam, in Arabicum ſinum redire. Ille euectus vltra columnas et Syloëntis promuntorium, difficultatibus deinde deterritus retroëgit curſum, redit ad Xerxem, mentitur nauim non vltra progredi potuiſſe, τὸ πλοῖον τὸ πρόσω ἐ δυνατὸν ἔτι εἶναι προβαλλειν. Xerxes, qui intelligeret, illum non dicere vera, in crucem agit hominem, veteremque ab illo poenam exigit. Sic interpretor verba, ἃ οἱ συγγινώσκων λέγειν ἀληθέα, obſcuriuſcula ob negantis particulae transpoſitionem, quae ita cohaerent, συγγινώσκων οἱ, ἐ λέγειν ἀληθέα. Mitis alioquin ingenii rex non videtur ſaeuiturus fuiſſe in amitae ſuae filium, cui illius rogatu ſub magni et memorabilis facinoris conditione, poenam ſtupratae per vim virginis nobiliſſimae, remiſerat. Sed nempe cognouerat Xerxes de illo Phoenicum ſub Necone Periplo; ignauum hominem, qui plus auderet in libidine, quam in facinore honeſto et memorabili, poenae iuſtae reddendum decreuit. Sapientiae antiquae pars, magna potentium hominum peccata expiare difficilibus auſis, ſed vtilibus et honeſtis. Nos iam hoc agamus. Sciebat Xerxes, circumnauigari poſſe Africam anfractu e columnis Herculis ſiniſtro, quia circumnauigata erat flexu dextro e rubro mari, atque ideo ſibi imponi a Setaſpe non patitur.

§. 7.

Refelluntur obiectiones.

Sed imponit nobis Herodotus: parum aberat, quin ita putarem; deceptum quidem certe virum credebam, qui viderem, tam conſtanter a Strabone praeſertim magna parte libri ſecundi refelli Eudoxi Cyziceni et Ephori, et Pytheae adeo atque Euemeri Ber-

Digitized by Google

gaei Periplos, et de rebus illis narrationes: idémque fieri paſſim ab aliis: atque cum explicari nihil viderem a Geographis vltra Atlantem, ſummum vltra illud Heſperion ceras, quod cum capite h. e. promuntorio viridi comparant: Igitur nec mouebant valde, quae Plinius tradit (2, 67) praeter illud, quod de Hannone paullo ante retulimus, *In Arabico ſinu res gerente C. Caeſare Auguſti filio, ſigna nauium ex Hiſpanienſibus naufragiis feruntur agnita — Praeterea Nepos Cornelius auctor eſt, Eudoxum quendam ſua aetate, cum Lathurum regem fugeret, Arabico ſinu egreſſum Gades vsque peruectum: multoque ante eum Caelius Antipater, vidiſſe ſe qui nauigaſſet ex Hiſpania in Aethiopiam* commercii gratia. Illud de Eudoxo copioſe narrat Strabo l. 2 p. 67 ex Poſidonio. Eadem aut ſimilia Mela habet (3, 9) in quem dum obſeruationes ſcribit Voſſius, ſimpliciter fabulis adnumerat, quidquid de circumnavigato Capite Bonae Spei apud antiquos legitur. Et meminiſti, Hollmanne, Vir Clariſſime, cum vno aut altero abhinc anno in hoc ipſo loco in illam quaeſtionem incideremus, te adferre Herodotum, me Strabone et omni Geographorum choro laudato, in dubium vocare fidem non Herodoti quidem, ſed quos ille auctores habuiſſet. Verum enim vero, cum, quod in ingreſſu huius commentarii dicebam, illa de Electro diſputatio hoc me docuiſſet aperte, nauigationes Phoenicum in ſeptentrionem Homericis temporibus frequentes, poſtea vero intermiſſas fuiſſe: ea ipſa re admonitus cogitare coepi, hoc forte totum de nauigationibus veterum patere latius, et poſſe tum Argonautarum fabulam, hoc eſt, illius quaſi fundum, tum Herodoteas de circumnauigata Africa narrationes, aliquid et lucis et firmamenti ex eadem obſeruatione accipere. Quo igitur argumento conſtat, falſam eſſe Herodoteam narrationem? Tria fere eſſe video, quae obiiciantur: certe, quae ego non diu eſt, cum illi ſolebam opponere, poſteriorum hiſtoricorum et fide

Digitized by Google

dignorum de ea re silentium, rei ipsius difficultatem, vanitatem et mentiendi libidinem Phoenicibus praeter ceteros obiectam. Primo igitur non est, aiunt, vero simile, intermissam esse nauigationem, si coepta esset; periisse notitiam rei, non adhibitam esse a Geographis, ne rationem quidem eius in tabulis habitam. Legit Herodotum Strabo non minus quam nos hodie: sesqui mille annis Herodoto et rebus ab eo narratis fuit quam nos, propior. Ergo et de scriptore, et de rebus melius iudicare, quam nos hodie, potuit. Sed quid iudicauit? nihil, quod meminerim, contra fidem Herodoti. Verum, cum suo tempore et diu ante, nemo illas Africae partes fide dignus homo inspexisset, descripsisset; non putauit hanc esse operis sui materiam: tacuit, ignota esse, silentio indicauit: probaturus et defensurus fidem Herodoti haud cunctanter, si experimenta post facta illi innotuissent, nedum, si nunc videret reduces quotidie ab illo Periplo gentium plurium nautas. Si iam idonea possit ratio reddi intermissae nauigationis, abolitaeque pene illius memoriae, quid est, cur fidem negemus viro alias veraci, cui debemus, quae scimus de antiquis factis, pene omnia? cuius haec ipsa narratio cum rerum natura, et his quae manibus hodie tenentur, plane convenit. Eam vero rationem iam tertio abhinc anno (1753. 3 Febr. Comm. To. 3 p. 89) cum de electro apud vos AA. disputarem, reddidisse mihi videor. Iidem, breuiter repetam, Phoenices, de quibus hic nobis sermo est, a septentrionibus attulere κασσίτερον s. stannum et electrum, res qua aetate ipsi florebant, notas, post, cum nauigare illi desissent, paullatim ex vsu et memoria adeo hominum abolitas, donec Romanorum expeditionibus paullatim reuocarentur. Nauigatio illa, de qua nunc agimus, Neconis iussu suscepta est sub ipsum finem florentis Phoenicum conditionis, nec frequentata forte, quod non respondere lucrum impensae temporis atque laborum: post interitum deinde potentiae illius, et regna exorta

Digitized by Google

mercatoriae reipublicae inimica, omnino atque penitus intermissa est: vt magis mirandum sit, seruatam illam veterem et vnicam forte ab Herodoto rei memoriam, quam aliam illius mentionem omnem intercidisse. Quod est de difficultate talis nauigationis, non ego illam negauerim. Agnouit Xerxes, esse illam tantam, vt non iniuste ea extremum supplicium, crux, redimatur: Setaspes tantam putauit, vt redire cum periculo capitis sui domum mallet, quam illam conari absoluere. Fecit, vt modo dicebam, ipsa difficultas, vt experimentum sub Necone factum non vellent lucri sui causa Phoenices repetere: homines, qui per maria omnia, periculaque quaerere diuitias non dubitabant. Sed quidquam eam nauigationem habere, quod rerum naturae repugnet, atque ideo credi non possit, nemo, qui pensi quid dicat, habeat, affirmaverit. Illi inter litus legendum quotidiani appulsus et exscensiones, illa tempora itineri impensa, illa durities hominum, illa in victu simplicitas, illi labores remigandi, quos nemo neque dux neque socius recusaret, illa nugarum h. e. otiosorum corporum absentia, et quidquid in tali re considerandum est; in eo conveniunt omnia, vt absurdum aut repugnans quidquam non facilius hic, quam in scirpo nodum inuenias. Itaque Strabonem audiuimus nihil hic ἀδύνατον, nihil quod fieri non possit, inuenientem. Obiectam Phoenicibus mentiendi libidinem, non est, quod negemus: Φοινικικὸν ψεῦσμα in prouerbio fuisse, Aristidae (Aegyptia. To. 2 p. 356 pr.) facile credimus. Inuitantur peregrinatores ad strenue mentiendum a studio vulgi paradoxa audire cupientis. Aristoteles (apud Athenaeum 1, 6) memorat, qui δημηγορῶντες ἐν τοῖς ὄχλοις κατατρίβουσιν ὅλην τὴν ἡμέραν ἐν τοῖς θαύμασι, καὶ πρὸς τὰς ἐκ τῆ Φάσιδος ἢ Βορυσθένους καταπλέοντας, qui fabularum audiendarum studio totos dies in populo versentur, audiendorum portentorum causa ab his, qui a Phaside vel Borysthene redeunt. Habuisse Phoenices causas mentiendi eaque ipsa ratione arcendi suis

Digitized by Google

a praefepibus aemulos, vltro' agnofcimus. Itaq
cile credimus Straboni 3, p. 117 vulgatam fi
Phoenicibus famam de columnis Herculis fui
et fine terrarum, vltra quem nihil fit, δια
παρεσκεύασαν, ὡς τῦτ' εἶναι καὶ γῆς καὶ θαλάττης
ρας. Nec valde mihi dubium eft, illam de A
Platonis (in Timaeo p. 525, c. it. Critia p. 5
fabulam a Phoenicibus primum excogitatam, q
vellent a nauigationibus extra columnas abst
alios. Submerfae funt, aiebant, felices, de q
audiftis, terrae, lutum madidum et palus imm
eft extra columnas etc. Νῦν ἄπορον, καὶ ἀδιερεύνητον
γονε τὸκεῖ πέλαγος, πηλῷ καταβραχέος (malim κατ
χέος) ἐμπεδὸν ὄντος. Non dubitat Appianus Ibe
f. rerum Hifpanicarum principio, frequentes
Phoenicum in occidentalia ac borealia Iberiae
nauigationes, colonias in iis conftitutas plures;
idem neget Romanos aut parentes Romanis po
illum oceanum nauigaffe aut nauigare, nifi quod
ftu maris adiuuante in Britanniam (e Gallia) t
ciant. Redimus ad nautarum, qui iidem mercat
mendacia. Quis hodie μυηριοκρυψίας mercatorum
valde antiquas de rebus, quae inter nos iam vulg
funt, de fpermate ceti, de coccinella, de fego.
Thea ipfa ne dicam, ignorat? Mentiantur igitur Ph
nices: an ideo nihil plane veri ab vllo Phoenice
tuit exfpectari? An Aegyptii etiam et Perfae, a q
bus res Phoenicum accepit Herodotus, nihil veri
tuere dicere? An ideo, quod in Mandeuillii et a
id genus itinerariis monftrofa quaedam narrant
quod antiqui Graeculi, quorum commenta refert P
nius, multa de portentofis populorum quorunda
formis mentiti funt, fidem omnem iis abnegamus e
rum etiam, quae fieri poffe, quae ita fe habere, h
die plena fide nouimus? Quod de diffenfionibus h
ftoricorum fapienter monet Strabo, quo libenter
hac difputatione vtimur, illud vel maxime ad fabul
hiftoriis admixtas transferendum eft (lib. 1 p. 13 e

Digitized by Google

tr.) Οὔτ' εἰ μὴ συμφωνῆσιν οἱ τὴν ἱστορίαν τῶν τόπων διαδιδόντες, εὐθὺς ἐκβάλλειν δεῖ τὴν σύμπασαν ἱστορίαν, ἀλλ ἴσθ' ὅτε καὶ πιστεῦσθαι τὸ καθόλε μᾶλλόν ἐστιν κ. τ. λ. Non, si parum consentiunt, si falsa quaedam admiscent, qui notitiam locorum tradidere, statim eiicere omnem historiam oportet: sed est, vbi tanto magis firmare fidem vniuersae rei licet. Quantae sunt dissensiones in relationibus de mari Caspio, et illius delineationibus? quantae de continentia vel Oceani vel terrarum circa axem borealem? An ideo omnis fabulosa peregrinatorum ac nautarum historia?

§. 8.

Fabula de Argonautis fundum tamen habet historicum.

Quin licet hoc ipsum per vestram AA. sapientiam atque animi aequitatem ad fabulas quoque poetarum applicare, ad res Troicas, et quod proxime ad hanc ipsam disputationem pertinet, ad Argonautas. Nisi fundum habuisset historicum Ilias, nunquam gentes non nimis ab aetate Homeri remotae illum arbitrum suarum de finibus controuersiarum, testem sui generis, cognitorem iuris sui adsciuissent. Argonautarum expeditionem non totam esse confictam, vel vestigia historica apud Strabonem (lib. 1 p. 31) ne de Apollonio Rhodio dicam, qui venari hoc genus obseruationes historicas videtur, satis declarant. Et quam ipsa Argonautici carminis, quod Orphei nomen habet, et librorum Apollonii dissensio comparationem ad historiam et Geographiam habeat; paullo ante indicatum est. Neque vero illud in iudicio antiquissimae historiae et geographiae mythicae non diligenter tenendum est, quod ipsum quoque praeclare animaduersum ab eodem Strabone (l. 1, p. 41, 21) melius nonnunquam esse causam coniicere in mutationes locorum, quam in ignorantiam scriptorum vel mendacia, βέλτιον αἰτιᾶσθαι μεταβολὴν, ἢ ἄγνοιαν ἢ κατάψευσιν τῶν τε-

Digitized by Google

των κατὰ τὸ μυθῶδες. Cui praecepto fidem faciunt tot mutationes insignes orbis habitabilis, quae ibi commemorantur, et quarum plures ab eo inde tempore similes accidisse partim nouimus, partim rebus necessariis colligimus, partim signis quibusdam suspicamur merito. Verissimum historia teste, quod pulchre obseruat Aristot. Meteorol. 1, 14, 1 Οὐκ ἀεὶ οἱ αὐτοὶ τόποι τῆς γῆς ἐστ' ἔνυγροί εἰσιν, ἔστε ξηροὶ, ἀλλὰ μεταβάλλουσι κατὰ τὰς τῶν ποταμῶν γενέσεις, καὶ τὰς ἀπολείψεις, διὸ καὶ τὰ περὶ τὴν ἤπειρον μεταβάλλει καὶ τὴν θάλατταν. καὶ ἐκ ἀεὶ τὰ μὲν γῆ, τὰ δὲ θάλαττα διατελεῖ πάντα τὸν χρόνον· ἀλλὰ γίνεται θάλαττα μὲν ὑπὸ χέρσος, ἔνθα δὲ νῦν θάλαττα, πάλιν ἐνταῦθα γῆ κ. τ. λ. Cui non vestrum AA. hic in mentem veniunt illa, quae hodie a Cl. Dalino disputantur de sua Suecia, cuius bonam partem multo, quam alii ciues sui, recentiorem facit, aquisque paulatim decrescentibus emersam, vt non diu ante Christi nati aetatem habitari coepisse videatur. Illud quidem videtur confectum, ancoras et nauium fragmenta quam longissime a mari inuenta indicare, quondam ibi nauigatum esse. Videtis AA. quam late hic locus pateat: et illa altera admonitio quanti momenti sit, quam Polybii verbis afferemus, non quo magis vera sit sententia, quam ille comes atque amicus Scipionis Africani dixit, sed vt obiter sapientiam viri videamus, et quantum ita circumspecto historico tribuendum sit? Dicit autem (3, 58 p. m. 210 extr.) difficilem esse locorum et regionum externarum notitiam διὰ τὸ τὰς μὲν ἐκβαρβαρῶσθαι, τὰς δὲ ἐρήμους εἶναι τόπους. Ergo Polybio prodente regiones erant cultae olim humanitate et literis, tum prolapsae vel relapsae in barbariem, erant regiones copiosae olim, nunc suis ab incolis desertae. Hoc quale sit, facile intelligit, si quis nunc veterem Graeciam, vel Africam et Aegyptum, vel Palaestinam adeo, comparet cum his, quae in libris de antiqua illarum conditione habemus. Sed quid, si etiam locorum hominumque, quos Phoenices adiere vel Argonautae, diuersa longe fuit conditio ab ea, quae fuit

Digitized by Google

florente literis Graecia? Quis hodiernam Alexandream agnoscit in illis Strabonis (l. 2 p. 81, 7) Τῶν ἐξ Ἀλεξανδρείας ἐμπόρων στόλος ἤδη πλεόντων διὰ τοῦ Νείλου καὶ τοῦ Ἀραβίου κόλπου, μέχρι τῆς Ἰνδικῆς. Classem dicit nauium mercatoriarum ex Alexandrea per Nilum et sinum Arabicum commeare in Indiam: tum addit, se comperisse praesentem cum Aelio Gallo Aegypti Praeside, centum et viginti naues e Myos hormo, s. portu Muris in sinu Arabico, soluere in Indiam, cum prius Ptolemaeorum aetate nauigare et merce Indica implere naues pauci auderent. Sic Plinius 2, 67, *A Gadibus*, inquit, *columnisque Herculis, Hispaniae et Galliarum circuitu totus hodie nauigatur occidens.* At Appianus, qui vix saeculo serius scripsit, idem, vt paullo ante iam indicauimus, negat in principio Ibericor. (p. 423 To. 2) τὸν ἑσπέριον καὶ τὸν βόρειον ὠκεανὸν οὐ περῶσιν. Et mox ὅτε Ῥωμαῖοι ὅτε τὰ ἔθνη τὰ ὑπὸ Ῥωμαίοις περῶνται τότε τοῦ ὠκεανοῦ. Ista forte Traiano imperante scripta. Antonini Philosophi tempore Aristides (Aegypt. T. 2 p. 355) quotidie nauigari ait extra columnas: nominatim mentionem facit τῶν εἰς τὴν μεγάλην νῆσον περαιωμένων τὴν ἀντιπέρας Ἰβήρων, quam Hiberniam esse apparet, additque στρατεύματά τε εἰς αὐτὴν ἑκάστοτε παντοῖα διαβαίνει καὶ ἀναχωρεῖ τοῖς καθήκουσι χρόνοις, καὶ ἄρχοντες καὶ ἰδιῶται μύριοι διαβαίνουσιν ἑκάστοτε. Exercitus hominum, ait, in illam variorum transire et redire statis temporibus, magistratus et priuatos innumerabiles (sic μύριοι hic videntur intelligi) semper traiicere. De temporibus quisque suis vera loqui potuerunt Plinius, Appianus, Aristides. Summa esto et finis, susceptae peragique potuerunt a Phoenicibus, ab Argonautis, quae saeculis interiectis, mutatis locis atque hominibus fieri potuisse difficile creditu est.

Digitized by Google

DE
VETERVM NAVIGATIONIBVS
EXTRA
COLVMNAS HERCVLIS

PRAELECTIO II

HABITA VII. MAI. CIↃIↃCCLVII.

Videmur AA. satis apud aequos quidem et intelligentes iudices, quales nobis in hoc coetu contigisse gaudemus, quod nobis propositum erat, confeciſſe, nauigata esse olim oceani litora, a rubro inde mari ad Germaniam extremam naues ambulasse. Hoc vero dum agebamus, subinde incidimus in quaedam argumenta ita coniuncta huic nostro, vt ad illud vel confirmandum vel illustrandum certe vim habere nonnullam viderentur. Atque alia quidem superiori praelectioni intexuimus. Alia corollaria quaedam disputationis nostrae placuit nunc proponere, cum praesertim per se ipsa aliquid non iniucundae considerationis habeant, quae detinere vti me, sic forte alios etiam cum aliqua voluptate possit. Non sunt noua, quae adferam, ex libris desumta illis, qui omnibus patent; sed hoc nescio, an sit animaduersum, quam ea vim ad nostram disputationem habeant. Tria autem velut corollaria dabimus, quibus firmari videtur posse fides illarum nauigationum, de quibus diximus: primo in veteri *de beatorum insulis* fabula esse aliquid, quod ad illas nauigationes referatur, ostende-

Digitized by Google

mus, deinde adhibebimus eodem consilio *Hyperboreos*. Volebam etiam peculiare caput constituere de fide Pytheae Massilienſis praesertim, tum aliorum, qui in hoc argumento vel laudantur testes, vel refelluntur a posterioribus. Sed video id longius esse, si velim progredi qua licet, quam vt pars huius fieri disputationis possit. Et de Pythea prouocare forte licebit simpliciter ad eruditam Bougainvillei *) dissertationem, qui fidem illius, credo, expediuit; credo, inquam; diligentius enim ponderare omnia nondum licuit. Hoc ergo argumento vel omisso vel dilato, in praesens ab *historia praedonum Francorum*, aliquid praesidii his quae nuper disputata sunt, arcessemus.

*) V. Memoires de literat. de l'Acad. des Inscriptt. To. 19 p. 143. Hic modo breuiter rationem reddam, cur nondum audeam simpliciter et velut compromisso ad V. C. prouocare. Argumentum, quo is vtitur p. 148 ad constituendam Pytheae aetatem, eiusmodi est. Pytheas primus obseruauit, habitari adhuc terram circa gradum latitudinis LXVII. Iam vero Aristoteles (Meteorol. 2, 5) ait esse gentes, quibus nunquam occidat corona Ariadnes: at hi debent esse constituti in hoc gradu. Ergo prodidit ante Aristotelem Pytheas. Nihil dicam aliud, (neque enim hic longe digrediendi locus est) nisi hoc vnum: Non dicit Aristoteles, quod dicere illum vult vir doctus. Loquitur de terminis zonae temperatae, his ipsis verbis, quae sola coronae mentionem habent: Φέρεται δὲ καὶ ὁ στέφανος κατὰ τοῦτον τὸν τόπον. Φαίνεται γὰρ ὑπὲρ κεφαλῆς γινόμενος ἡμῖν, ὅταν ἡ κατὰ τὸν μεσημβρινόν. Citra tropicum cancri, intra zonam temperatam esse coronae borealis sidus, constat: iam vero hoc sidus vertici nostro cum in meridiano est, imminere, constat ipsum quoque: ergo quibus hoc euenit, illi sunt adhuc in zona temperata. Conferant haec, vel potius totum locum Aristotelis, quibus videtur, cum oratione viri docti. Equidem argumenta, quibus fides Pytheae defenditur, clariora esse opto ac certiora. Agamus ergo, quod proposuimus.

Digitized by Google

I. *De Insulis beatorum.* [1])

De perenni animorum humanorum natura, produc
certe vltra haec viuendi spatia duratione, et diu
bonorum malorumque sorte, tantus est populor
omnium consensus, vt illam opinionem vel inter e
quas κοινὰς ἐννοίας vocare solemus, referendam, v
ab antiquissima traditione generis nostri auctori
impertita, deriuandam facile credas [2]).

§. 1.

Sed cum in hac velut summa conueniant, Sup
sunt corpori animae, et eo quidem loco et condi
ne, vt bonis bene sit, male malis: de cetero sunt
fere sententiarum diuortia, quot enarrare non m
mi laboris fuerit. De Aegyptiorum antiquissima d
ctrina, respicientibusque ad illam ritibus et loque
formulis, cum trans flumina et maria transuehi m
tuos, quos id meruisse iudicatum sit, ad felicior
vitam docerent, egit vir magnus, quem ego laec
nostro vniuersim, peculiariter vero mihi Collegam
Professorio munere, et in Societate Regia sodal
gratulari vehementer soleo, Io. Dauid. Michaelis
Epimetro ad praeclarum Lowthi opus De poesi lac
Hebraeorum (P. I p. 194 sqq.) ita vt originem toti
de Insulis Beatorum fabulae ex illis velut incunab
eruat. Quod si non potuit plane ad liquidum perd
cere, (quid enim in talibus plane liquidum est?) h
tamen perfecit, quod maius est, vt aliquot poëtaru

1) De hoc pariter capite et quae de Hyperboreis deinde disputabuntur, illud in vniuersum semper cogitare aequos lectores optamus, quod est apud Diod. Siculum (4, 44 extr.) Καθόλου τοὺς παλαιοὺς μύθους οὐχ ἁπλῆν οὔτε συμπεφωνημένην ἱστορίαν ἔχειν συμβέβηκεν. Voluerunt primi illi, sub involucris quibusdam latere vt p
sophiam, sic historiam: quam
cte voluerint, ad nostram r
iam nihil attinet: voluerunt ce
eaque in re ingenio quisque l
indulserunt.

2) Sententiam ea de re dixi
Memoria Axelii Wilh. Comi
Wachtmeister A. S. LV hic mort

Digitized by Google

sacrorum locis lucem ex isto Aegyptiorum more et persuasione insignem intulerit. In Orphicis carminibus neque Elysii, neque Insularum Beatorum nomen inueniri puto. Sed Μακρόβιοι (Argon. 1106 sqq.) ita describuntur, vt facile credam, illam imaginem ad conditionem beatorum manium pertinere. Popularis Romanorum sententia, ab antiquissimis, vt videtur, longa traditione accepta, beatas animas in coelo collocat, et nominatim in lacteo illo circulo s. galaxia, vbi Africanum suo cum patre et auo loquentem ponit Cicero. Hausta videtur a Pythagoricis antiquis magnae Graeciae colonis. Ipse Pythagoras (ap. Porphyr. de antro Nymph. p. 121 Barnes.) συνάγεσθαι, inquit, τὰς ψυχὰς εἰς τὸν γαλαξίαν κ. τ. λ. Plutarchi Syllas a Saturni sacerdotibus edoctus, (in libello de facie in orbe Lunae ad finem) vtrorumque et bonorum et malorum animis locum in Luna assignat: Homerus et Virgilius inferos quosdam sub terra comminiscuntur, discretas bonorum malorumque sedes. Ceterum ita inter se differunt et dissentiunt, qui supra terram vel eminentem e mari regionem certam assignant beatis, vt appareat, voluisse quosdam certe illorum γεωγραφεῖν, et felicem aliquam telluris partem, remotam alias a cognitione hominum, ita describere. Vid. Tzetz. ad Lycophr. 1204, et Eustath. ad Odyss. Δ, 563. Non est huius loci, totum hoc persequi, et ostendere, qui in Aegypto (praeter ea, quae iam dicta sunt, Dio. Chrys. Troic. p. 188, C.) qui vltra Aegyptum ad Oasin (Herodot. 3, 26) qui Thebis Boeoticis (Lycophr. 1204 add. Tzetz. ad 1194) qui in Messenia (vide Lakemach. Obs. P. II, 3) posuerint sedes illas et insulas beatorum, qui Cretam (vid. Meurs. Creta 1, 5) hoc nomine laudarint, quique locauerint ad Indos (Dio Chrysost. Or. 35 p. 434 seq.) Fabulas similes, de insula quadam beata dabit Diod. Sic. 2, 55 sq. alias idem 3, 127. Talis est Meropis Aeliani V. H. 3, 18, vbi vid. Perizo. no. 7. Cur illa

Digitized by Google

dnte Boryſthenem Achillea, ſ. Leuce dicta, ſit etiam Macaron inſula, vid. Plin. 4, 13 ſ. 27 conf. Euſtath. ad Dionyſ. 545. Nos in praeſens de his modo videamus, qui iis poſuere locis, de quibus cogitare non poterant, niſi notitia, fama certe, earum nauigationum, de quibus hic agimus, ad eos perueniſſet.

§. 2.

Hic egreſſis cogitatione Herculis columnas ſtatim quidem occurrit Atlantica illa Platonis, de qua ante dicebamus (Prael. I §. 7) ſed quam ille beatorum ſedem non facit. Verum reliquiae illius videri poſſunt illae Fortunatae Inſulae, quas *τῶν μακάρων νήσους* appellat Strabo (1 p. 2, 20) quasque ab Homero ait reſpici Odyſſ. Δ, 563. Repetit et diſertius explicat alias (l. 3 p. 104 pr.) vbi memorat poetas *μακάρων τινὰς νήσους κατονομάζοντας, ἃς καὶ νῦν δεικνυμένας ἴσμεν, ἃ τὰ λὺ ἄποθεν τῶν ἄκρων τῆς Μαυρουσίας, τῶν ἀντικειμένων τοῖς Γαδείροις. Τὰς δὲ Φοίνικας λέγω μηνυτάς. καὶ τῆς Ἰβηρίας καὶ τῆς Λιβύης τὴν ἀρίστην ἔτοι κατέσχον πρὸ τῆς ἡλικίας τῆς Ὁμήρου κ. τ. λ.* Non multum remotas ait ab extremis Mauritaniae partibus, quae Gadibus ex aduerſo iacent: earumque Homero Phoenicas fuiſſe indices, qui Hiſpaniae pariter atque Africae optimam partem ante Homeri aetatem obtinuerint. Reliqua harum inſularum vel *μυθολογούμενα* vel *γεωγραφούμενα* nihil ad hanc diſputationem. Videant, quorum intereſt, Voſſium ad Melam (3, 10, 12). Illud apparet, ante Homerum et Graecos nauigatum eſſe mare Atlanticum.

Eiusdem generis eſt, et eandem vim habet illa Diodori Siculi inſula, nauigatione aliquot dierum verſus occidentem a Libya remota, fertiliſſima, pulcherrima, a Phoenicibus tempeſtate eo delatis detecta, quam ſibi Carthaginienſes ſeruauerint perfugium rebus ſuis forte perditis, ideoque excluſerint colonos alios. Cum illius narratione (L. 5, 19 et 20) confert meri-

Digitized by Google

to Cl. Weſſelingius ſimilem fabulam ex mirabilibus auditionibus, quae Ariſtoteli tribuuntur. (p. m. 1157, B.)

Atlanticas inſulas duas decies mille ſtadiis ab Africa diſtantes deſcribit Plutarchus Sertorio (p. m. 571 ſq.) in quas rebus afflictis conferre ſe voluerit Sertorius, quae ob felicitatem ſoli et coeli Beatorum appellarentur, addit ὥϛτε μέχρι τῶν βαρβάρων διῖχθαι πίϛιν ἰσχυράν, αὐτόθι τὸ Ἠλύσιον εἶναι πέδιον, καὶ τὴν τῶν εὐδαιμόνων οἴκησιν, ἣν Ὅμηρος ὕμνησεν, ad barbaros vsque penetraſſe firmam fidem, eſſe ibi Elyſium campum, cantatamque Homero beatorum habitationem. Ac ne putemus, Graeculam recentiorum fabulam eſſe, refert ex Salluſtio eadem Acro ad Horat. Epod. 16, 41, qui mirum eſt, niſi ad hoc ipſum Sertorii conſilium ibi reſpexit. Philoſtratus de vita Apollo. 5, 3, cum ait, φασὶ δὲ καὶ τὰς τῶν μακάρων νήσους ὁρίζεσθαι τῷ Λιβυκῷ τέρματι, indicat, ſibi nihil certi conſtare, qui tamen Oceanum Gallicum a ſe viſum, paulo ante (c. 2) affirmet.

§. 3.

Quae protulimus adhuc, ea ad egreſſum e columnis Herculis eum aliquo ad ſiniſtram flexu pertinent. Sed dextrum etiam anfractum ad occidentale litus Hiſpaniae non ignotum fuiſſe priſcis illis, ſimili ratione intelligitur. Promittit Proteus Homericus (Od. Δ, 563) Menelao:

Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
Ἀθάνατοι πέμψουσιν —
Τῇ μὲν ῥῆϊστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν,
Οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἄρ' χειμὼν πολὺς, οὔτε ποτ' ὄμβρος,
Ἀλλ' αἰεὶ Ζεφύροιο λιγυπνείοντος ἀήτας
Ὠκεανὸς ἀνίησιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους.

Elyſium campum, quo mittent Menelaum propter Helenam vxorem DI, ponit ad *extremos fines terrae:* hic facillimus victus hominibus eſt: hic rarae ni-

Digitized by Google

ves, nunquam multa hiems, aut imber; sed *semper* emittit *Oceanus* argutos *Zephyri* flatus recreandis hominibus. De hoc loco ita Strabo 3 p. 103, 44 Ὁ ποιητὴς τὰς τοσαύτας στρατιὰς (de Phoenicum in Hispaniae litora occidentalia expeditionibus dixerat) ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς Ἰβηρίας ἱστορικῶς, πυνθανόμενός τε καὶ πλεῖστον καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς, (οἱ γὰρ Φοίνικες ἐδήλευν τοῦτο) ἐνταῦθα τὸν τῶν εὐσεβῶν ἔπλασε χῶρον, καὶ τὸ Ἠλύσιον πεδίον. Didicisse ait Homerum illas Phoenicum expeditiones, audisse diuitias et virtutes regionis ipsis narrantibus, et hinc fingendi occasionem sumsisse. Persequitur ista scriptor, si quis alius diligens et curiosus, et addit inter alia (p. 1104, 14) suspicari fas esse, longaeuitatem illis hominibus, regibus certe, et in his Arganthonio Tartelli tributam esse ob felicitatem: ὑπολάβοι τις ἄν, ἐκ τῆς πολλῆς εὐδαιμονίας καὶ μακραίωνας ὀνομασθῆναι τὰς ἐνθάδε ἀνθρώπους. Inueniemus, nisi egregie fallor, in his locis deinde etiam Hyperboreos. Iam iubet Elysios campos, ac beatorum insulas vltra persequi, non quo valde ad rem nostram pertineant, quae supersunt; sed ne quid curiositati vestrae AA. aut lectorum inuidisse videamur. Nempe Isaacus Tzetzes (ad Lycophr. 1204) et Ioannes Tzetzes ad Hesiodum (ἔργων 171) quo vtroque loco beatorum insulae simpliciter memorantur, hunc ipsum Homeri locum, de quo Strabonis sententiam posuimus, ad Britanniam pertinere volunt, et firmandae huius sententiae causa miram referunt aliunde historiam [3]) de piscatoribus quibusdam, in litore Oceani Britanniae opposito habitantibus, qui tributi loco mu-

3). Placet hic sequi Ioannis Tzetzae narrationem sumtam, vt videtur, e Procopii Gothic. 4, 20. altera Isaaci nomen praeferens hic obscura certe, si non corrupta est, quod hic quaerere non iubet: vt nec illud, quod Ioannes ad v. 173 dicit, auctore, quem vage modo per τις designat, Caesarem, cum vna triremi Euro flante eo traiecisse, delectatum pulchritudine regionis, ἀρεσθέντα τῷ λίαν περιχαλλεσάτῳ τῆς χώρας, ibi voluisse sedem ponere, κατοικῆσαι: inuitum vero expulsum esse ab incolis.

Digitized by Google

nus habeant traiiciendi animas defunctorum in Britanniam. Vtitur hac narratione, et aliis argumentis ad vindicandam Britanniae suae gloriam Ios. Barnesius (ad Euripidis Helenam v. 1692) eadem nempe ratione, vt (ad Odyss. Ω, 11) Homeri λευκάδα πέτρην, et ἠελίοιο πύλας; et δῆμον ὀνείρων in patria sua inuenit. Illud, credo, veri ex dissidentibus inter se narrationibus relinquitur, diu ante Homerum nauigatum esse Oceanum, cum fabulae id genus fundum certe aliquem, quo nitantur, historicum soleant habere. Similem esse fabulae de Hyperboreis rationem, iam demonstrabimus.

II. *De Hyperboreis.*

Volebam initio paucis defungi, ac de Hyperboreis, Pindari praecipue, illa modo huc adferre, quae si fidem non faciant, suspicionem certe moueant non leuem, quaedam illorum non simpliciter conficta, sed e nautarum, qui Oceani litora, Hispaniae oram occidentalem praecingentia, nauigarant, sermonibus primum accepta. Sed cum quaerendi subiret voluntas, si plura forte deprehenderem, quam quae se vltro obtulerant, eius rei vestigia: factum est, vt qui vrceus institui coepisset, exiret amphora, vt omnia pene, quae de Hyperboreis relata sunt, dum considerarem, luberet eadem ita disponere, vt iustae de nomine et populo tam peruagato disputationis locum tueri posset, quae vel plura haberet, vel ordinatiora, vel certiora, h. e. magis idoneis auctoribus probata, illis, quae adhuc a summo Viro Ez. Spanhemio, ad Callim. H. in Del. 281 p. 489 sq. tum a Gedoino in Commentt. Acad. Inscriptt. To. X. p. 176 sqq. et Banerio ibid. p. 198 sqq. more cuiusque suo collecta et prolata sunt.

Digitized by Google

§. 1.

Nominis consideratio.

Iam vt inde incipiamus, nomen ipsum consideratione dignum est. Quid sibi vult illa Hyperboreorum appellatio, quae iam Herodoto admirabilis, h. e. absurda, nisi fallor, visa est. Is enim (4, 32) prooemium suae de Hyperboreis, primitias nescio quas in Delon mittentibus, narrationi hoc facit, Ὑπερβορέων δὲ περὶ ἀνθρώπων οὔτέ τι Σκύθαι λέγουσι, οὔτέ τινες ἄλλοι τῶν ταύτῃ οἰκημένων, εἰ μὴ ἄρα Ἰσσηδόνες. ὡς δ' ἐγὼ τοὐμὸν, οὐδ' οὗτοι λέγουσι ἐόν. Hoc, puto, dicit de hominibus Hyperboreis (qui tamen secundum Deliam illam fabulam Scytharum vicini, per hos versus Graeciam legatos illos sacros Delon mittunt) neque Scythae quidquam dicunt, neque alii hic habitantium praeter Issedonas: verum, vt ego puto, ne hi quidem *quidquam* (intellige, vt solet, *probabile* aut fide dignum quidquam) dicunt: deinde longiusculam de illa legatione vel θεωρίᾳ relationem claudit, vt neget se quidquam, de Abaride Hyperboreo, cum sagitta sua terrarum orbem obeunte, velle dicere, et, εἰ δέ τινες Ὑπερβόρεοι ἄνθρωποι, εἰσὶ καὶ ὑπερνότιοι ἄλλοι. Illudit, credo, toti commento: negat magis probabile esse, habitare quosdam vltra boream, arcton, cardinem septentrionalem, quam vltra alterum mundi cardinem notum. In quo illud non indignum obseruatu est, fuisse, si non prius, certe septingentis amplius annis post, qui ὑπερνοτίᾳ appellatione, quam ridet Herodotus, serio vteretur. Dionysius quidem Periegetes (v. 151) duo promuntoria Ponti Euxini inter se opposita describens, ὑπερνοτίην Carambin facit, βορειότερον Criumetopon. Scilicet putauit Dionysius, illud ὑπὲρ non esse vrgendum hoc modo, vt aliquid esset ipso borea magis septentrionale, magis adeo frigidum, aut magis noto meridionale, calidiusque: sed simpliciter notare relationem illam ad plagam. Ac sane septentrionem illis frequenter assignari, mox vide-

Digitized by Google

bimus: et quam vim τῇ ὑπὲρ tribuerit nominatim Pindarus, deinde declarabimus (§. 8). Diodorus Siculus (2, 47) nomen deriuat ἀπὸ τῶ προβωτέρω κεῖσθαι τῆς βορέα πνοῆς. Pausaniae (Eliac. 1 f. 5, 7) dicuntur οἱ ὑπὲρ τὸν ἄνεμον οἰκοῦσι τὸν βορέαν.

§. 2.

Non fuit certae et definitae gentis vnum et constans nomen.

Nunc illud monemus, quod considerandis conferendisque inter se locis omnibus, quae adhuc nobis oblata sunt, videmur plane intelligere: non fuisse gentem aliquam certam atque vnam, quae hoc nomine suo, vt Getae, vt Colchi, vt Thraces, ab aliis distinguerentur. Fatetur Herodotus, cuius modo locum protulimus, sibi ignotam esse, diligenter requirenti, eam gentem: historia de huius gentis rebus gestis nusquam vlla memoratur. Strabo (7 p. 204, 16) Διὰ τὴν ἄγνοιαν, inquit, τῶν τόπων τούτων (de Getis agit) οἱ τὰ Ῥιπαῖα ὄρη καὶ τοὺς Ὑπερβορέους μυθοποιοῦντες, λόγου ἠξίωνται. Propter ignorantiam locorum homines, ait, dignatos esse fabulas de Ripaeis montibus et Hyperboreis, quarum rationem haberent. Non habet hoc nomen pater geographiae et historiae, Homerus. Nam quod ex Hymno in Bacchum mox laudabimus, argumentum potius praebet, non esse illum Hymnum Homeri. Herodoti locum ponemus totum, (4, 32) Ἡσιόδῳ μέν ἐστι περὶ Ὑπερβορέων εἰρημένα. De his nihil hodie superest: ἔστι δὲ καὶ Ὁμήρου ἐν Ἐπιγόνοισι, εἰ δὴ τῷ ὄντι γε Ὁμήρου ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησε. Dubium ergo, an Homero aliquid de Hyperboreis innotuerit: siquidem in his, quae haud dubie illius sunt, nullum eorum vestigium est, vbi autem id nomen habetur, ea dubia fide patri poeseos assignantur. Quid fuerit ab Hesiodo proditum, nescimus. Fabula ipsa, quatenus per ceteros poetas, historicos, geographos sparsa superest, tam multa habet vel cohaerentia male, vel

Digitized by Google

plane pugnantia, vt nihil in ea vel locis, vel ribus, vel alio charactere ita constans ac d sit, vt illam tanquam substantiam aliquam et quasi reliquorum attributorum assumere possis. liqua adstructa vel adficta videantur. Quod e Hecataeo memorat Schol. Apollon. 2, 677 μέχρι τοῦ αὐτοῦ χρόνου εἶναι φησὶ τὸ τῶν ὑπερβορείων ἔστι δὲ βιβλία αὐτῷ ἐπιγραφόμενα περὶ τῶν ὑπερ hoc parum valet ad fidem historiae in tanta nominibus vel libros, vel librorum titulos, vel subiiciendi licentia. Erit verò deinde §. 5 de taei Hyperboreis videndi opportunitas. Aliam viam huius disputationis placuit ingredi, et en ordine quodam, quibus aliis narrationibus vel haerescant et admisceantur Hyperborei, dum eo veniamus, vt illud ipsum explicetur, quod in e deatur esse maxime historicum.

§. 3.

Hyperborei cum Argonautis exstitisse videntu

Antiquissimum Graecorum facinus, in quo ce brando elaborarunt posteri, Argonautarum illa ex ditio, aut peperisse videtur Hyperboreos, aut ce vulgasse. Apud Diodorum Siculum (4, 51 p. 294 it. 46) Medea dissimulata forma sua, Peliam decep ra, fingit se adesse ἐξ ὑπερβορέων. Hyperboreos in expeditione adierunt Argonautae; sed eos iam du ci in genere: alios versus extremum septentrion et vltra origines [4]) velut boreae venti, habitantes

4) Imaginabantur quidam specum, polo vicinam, e qua erumperet aquilo. Sic certe Plin. 7, 2 s. 2. *Iuxta eos, qui sunt ad septentrionem versi, haud procul ab ipso aquilonis exortu, specuque eius dicto, quem locum Gesclithron* (γῆς κλεῖθρον, terrae claustrum) *appellant, produ Arimaspi*, quos Hyperboreo sodales mox videbimus. Idem P 4, 12 s. 26 *Gelida aquilonis ceptacula* cum Ripaeis monti coniunxerat, et *pone eos mo vltraque Aquilonem* locauerat g tem felicem Hyperboreos.

Digitized by Google

vagantes. Hos memorant Orphica illa Argonautica v. 1075 et 1080. Nempe in illo carmine ex vetuſtiore traditione (vid. Diſſ. 1) veniunt Argonautae per extremum, qui notus erat, ſeptentrionem in Germanicum Oceanum. Sed Apollonius breuiori via (Diſſ. I §. 4) illos Iſtro aduerſo ad ſinum Adriaticum et Eridani oſtia deducit. Itaque conſequens erat, vt in hac via poneret Hyperboreos, quos abeſſe ſua a fabula nollet. Manifeſto autem illos ad Eridani ripas collocat, et de electro, poſt narratam Heliadum Phaëthonta fratrem lugentium fabulam, addit, aliam quoque eſſe narrationem accolarum, quos Celtas appellat. 4, 611

— Κελτοὶ δ' ἐπὶ βάξιν ἔθεντο,
Ὡς ἄρ' Ἀπόλλωνος τάδε δάκρυα Λητοΐδαο
Ἐμφέρεται δίναις, ἅτε μύρια χεῦε πάροιθεν
Ἥμος Ὑπερβορέων ἱερὸν γένος εἰςαφίκανεν,
Οὐρανὸν αἰγλήεντα λιπὼν κ. τ. λ.

Apollinem, cum coelo relicto ad ſacram Hyperboreorum gentem veniſſet, hic multa millia lacrimarum (Aeſculapii a Ioue fulminati cauſa) fudiſſe. Nec illud alias inauditum. Memorat Scholiaſtes Apollonii (ad 2, 677) Poſidonio auctore, Hyperboreos οἰκεῖν περὶ τὰς Ἄλπεις τῆς Ἰταλίας, habitare ad Italiae Alpes. Quin illos Romae victores Gallos Heraclides Ponticus non multum ab illis temporibus remotus, ſi Plutarcho fides (in Camillo p. 140 A) Hyperboreos dixit. Non mirum eſt, incertas eſſe Hyperboreorum ſedes, cum nec certas ipſe Boreas habeat. Thrax eſt ille raptor Orithyiae Boreas, e Thrace ſpirat Aegei maris et Graeciae tyrannus. Hymnus Orphicus (79) in Boream, Κρυμοπαγὴς βορέα χιονώδεος ἔλθ' ἀπὸ Θρᾴκης, *Huc Aquilo glaciali relinquens ninguida Thrace*, vt conuertit Scaliger. Hic rapta Athenis Orithyia (apud Ouid. Met. 6, 709)

Non prius aërii curſus ſuppreſſit habenas,
Quam Ciconum tenuit populos, ſua moenia, raptor.

Digitized by Google

Cicones Thraciae populum, vrbem illorum Ismarum, docent Geographi. Si ergo Boreae domus est in Thracia, Hyperborei qui esse possint Eridani Italici accolae, apparet. Sed nec dissimulandum est, non deesse, qui Orithyiam multo abreptam longius diceret. Sophocles (apud Strabo. 7 p. 304, 13) latam esse canit

Ὑπέρ τε πόντου πάντ' ἐπ' ἔσχατα χθονὸς,
Νυκτός τε πηγὰς, ἐρανῆ τ' ἀναπτυχὰς,
Φοίβε τε παλαιὸν κῆπον.

Super mare vniuersum, ad vltima terrae, ad fontes noctis, ad coeli aperturas, et *veterem Phoebi hortum*, cum allusione quadam, credo, ad illam Phoebi cum Hyperboreis societatem, de qua deinde dicemus (§. 7). Hic illud adiiciemus, ne Thraciae quidem nomen non fluctuare. Sic Strabo (L. 7 p. 304, 30) Getas pro Thracibus a Graecis habitos, memorat.

§. 4.

Quam vagum esset Hyperboreorum nomen.

Quo minus mirandum, tam licenter vagatum Hyperboreorum nomen esse. Quo potius teste vtamur quam eodem Strabone? Hic igitur (L. 11 p. 349, 50) post mentionem veterum Graecorum (οἱ παλαιοὶ, dixerat, τῶν Ἑλλήνων) οἱ δὲ ἔτι παλαιότεροι, inquit, τὰς ὑπὲρ τῆ Εὐξείνε καὶ Ἴστρε καὶ Ἀδρίε κατοικοῦντας Ὑπερβορέας ἔλεγον, καὶ Σαυρομάτας, καὶ Ἀριμασπούς. Promiscue vsos vult Hyperboreorum et Sauromatarum et Arimasporum nominibus in his, qui supra Euxinum, Istrumque et Adriam habitarent. Auctor Hymni in Bacchum (inter Homericos 6, 29) Tyrrhenum praedonem Baccho minantem ita introducit:

Ἢ Αἴγυπτον ἀφίξεται, ἢ ὅγε Κύπρον,
Ἢ ἐς Ὑπερβορέας, ἢ ἑκαστέρω —

Aegyptum et Cyprum ad Austrum terminos suae navigationis indicat, ad septentrionem vero vel Hyper-

Digitized by Google

boreos, vel vltra hos. Eſt ergo aliquid in rerum natura etiam vltra Hyperboreos. Eadem ratione Pindarus (Iſthm. 6, 34) dum ait, Καὶ πέραν Νείλοιο πηγᾶν, vltra Nili fontes, Καὶ δι' Ὑπερβορέας, lineam ab intimo meridie ad ipſum extremum ſeptentrionem duxiſſe videtur. Sic quatuor plagas ſignat Callimachus (in Delum 280): Choros enim ducunt Apollini vrbes,

Αἵτε πρὸς ἠοίην, αἱ δ' ἑσπερον, αἵτ' ἀνὰ μέσσην
Κλήρας ἐσήσαντο, καὶ οἱ καθύπερθε βορείης
Οἰκία δινὸς ἔχουσι —

Vltimos nominat, qui ſuper boreum litus, ad Hyperboreum ergo mare, domus habent, de quorum in Delum legationibus deinde pergit canere. Eadem ratione Hyperboreum Oceanum Geographus Marcianus appellat (p. 56 pr. et 57 fin. Hudſon.). Sic Hyperboreos et Indos ſibi opponit tanquam extremos Lucianus (Hermot. c. 27 To. 1 p. 767, 48). Haec res forte mouit Theophilum Sigefridum Bayerum, vt (in Comm. Acad. Petrop. T. 3 p. 345 it. T. 1 p. 401) Hyperboreos coniiceret eſſe colonias Graecorum in ora Ponti ſeptentrionali, et hoc praeſertim referret ad eos, quorum in Delon legationes commemorantur, aſſentiente Cl. Weſſelingio (ad Diod. Sic. 2, 47. n. 14): quae vt ingenioſa eſt ſententia, et aliquid forte veri habet, ita illam cum reliquis, quae in hac ipſa diſputatione vera puto, conciliare nondum poſſum. Viderit lector.

§. 5.

Hyperborei tamen populus ob clima ſuum beatus.

Geographi Latini, vno pene ore hoc nomen ipſi velut cardini ſeptentrionum adſcribunt, (vt Mela, 3, 5 pr. vt Plin. 4, 12 ſ. 26, et 6, 13 ſ. 14, vt Soli. 16) iidem tamen felicitatis etiam alicuius, et felicitatis ab eo climate non exſpectandae, ac pendentis inde lon-

Digitized by Google

gaeuitatis portentoſae, velut charactera adiiciunt. Res eſt nota: ne hic plane abſit, ponamus modo verba antiquioris, Melae, *Hyperborei ſuper aquilonem Rhipaeosque montes ſub ipſo ſiderum cardine iacent: vbi ſol non quotidie, vt nobis, ſed primum verno aequinoctio exortus, auctumnali demum occidit, et ideo ſex menſibus dies, et totidem aliis nox vsque continua eſt. Terra auguſta, aprica, per ſe fertilis. Cultores iuſtiſſimi, et diutius quam vlli mortalium et beatius viuunt. Quippe feſto ſemper otio laeti, non bella mouere, non iurgia: ſacris operati maxime Apollinis*, de quibus deinde videbimus. *Habitant lucos ſiluasque, et vbi eos vivendi ſatietas magis quam taedium cepit, hilares, redimiti ſertis ſe ipſi in pelagus ex certa rupe praecipites dant. Id eis funus eximium eſt.* Sunt in hac deſcriptione, a qua non multum aliae Plinii et Solini abhorrent, γεωγραφήματα quaedam f. γεωμετρήματα ex hypotheſi illa, habitare homines ſub polo: alia, vt videtur, a mercatoribus et nautis conficta, qui mercium ſuarum commendandarum cauſa talia mentirentur. Ceterum ad illam longaeuae felicitatis fabulam pertinet, quod apud Strabonem (p. 15, 489 poſt med.) Oneſicritus ait, eſſe ſuos etiam Indis Hyperboreos, Περὶ τῶν χιλιετῶν Ὑπερβορέων τὰ αὐτὰ λέγειν Σιμωνίδῃ καὶ Πινδάρῳ καὶ ἄλλοις μυθολόγοις. Quin ſimpliciter felicitatis nomen eſſe videtur Aeſchylo (Choëphor. 371) Κρείσσονα χρυσᾶ Μεγάλης τε τύχης καὶ ὑπερβορέου Μείζονα. Ad ſeptentrionales illos pertinet, quod eſt apud Alexandrinum Clementem (Strom. 1 p. 359, 28 Pott.) Τὰς Ὑπερβορέους Ἑλλάνικος ὑπὲρ τὰ Ῥιπαῖα ὄρη οἰκεῖν ἱστορεῖ. διδάσκεσθαι δὲ αὐτὰς δικαιοσύνην, μὴ κρεωφαγεῖν, ἀλλ' ἀκροδρύοις χρωμένας. Τὰς ἑξηκοντατετεῖς ἔτει ἕξω τυλῶν ἄγοντας ἀφανίζεσιν. Obſeruemus tamen iungi ea, quae ad barbarum, qua vulgo notus erat, ſeptentrionem vix pertinent, *abſtinere carnibus*, ſolis *arborum fructibus* veſci: quod autem ſexagenarios educere extra portas dicuntur et interficere,

Digitized by Google

an alias de Hyperboreis illis iuſtis et felicibus memoretur, non memini. Differt quibusdam partibus a reliquis Diodori Siculi (2, 47) narratio, quam ille ſe ab Hecataeo dicit ſumſiſſe, ſed in hoc tamen conuenit, quod τὰ περὶ τῶν Ὑπερβορέων μυθολογούμενα vocat, et Hecataeum ſuum in numero τῶν τὰς ἀρχαίας μυθολογίας ἀναγεγραφότων ponit. Inſulam porro illis habitandam aſſignarat Sicilia non minorem Hecataeus, ἐν τοῖς ἀντιπέραν τῆς Κελτικῆς τόποις κατὰ τὸν ὠκεανόν: Britanniam ſignari putes: ſed non reſpondent cetera. Eſſe illam ait εὔγειον καὶ πάμφορον, ἔτι δὲ εὐκρασίᾳ διαφέρουσαν, duplices in anno ferentem fructus: quod cum illa certe facie Britanniae, quae fuit, cum Graecis Romanisque innotuiſſe eam conſtat, et cum climatis portione non conuenit. Sed quatenus Celtas etiam Hiſpaniae tribuunt veteres, illa Mauritaniae extrema, vbi Heſperidum horti ſunt et Atlas, illa appellatione poſſunt ſignari: aut, ſi vrgeas inſulae appellationem, vna alteraue earum, quae peculiariter Fortunatae vocantur. Haec de ſede Hyperboreorum vaga illa quidem, et valde incerta. Iam de illorum cum Apolline neceſſitudine dicamus.

§. 6.

Hyperborei Apollinis peculium.

Quae paſſim de Apolline ab Hyperboreis culto ſunt apud Poetas, iam ſtatim ordinanda, eorum vel primam originem, vel phyſiologiam adeo quandam, vberiorem certe, quam alias inuenias, declarationem habet ex Hecataeo et aliis Diodorus Siculus (2, 47): Μυθολογοῦσιν, inquit, ἐν αὐτῇ (in deſcripta modo inſula) τὴν Λητὼ γεγονέναι· διὸ καὶ τὸν Ἀπόλλω μάλιστα τῶν ἄλλων θεῶν παρ' αὐτοῖς τιμᾶσθαι. Eſſe illos quosdam velut ſacerdotes Apollinis, eo quod hunc Deum quotidie perpetuo cantu celebrent. Eſſe in inſula ſacrum Apollinis τέμενος μεγαλοπρεπὲς, et aedem, ναὸν ἀξιόλογον, donariis multis ornatam, forma rotunda, σφω-

Digitized by Google

ῥοσιδῆ τῷ σχήματι. Vrbem esse sacram huius Dei, eiusque incolarum plerosque citharistas, perpetuo psallere, hymnosque cantare Deo, quibus actiones illius ornent. Habere suam sibi propriam quandam dialectum Hyperboreos: Graecis in primis antiqua necessitudine quadam coniunctos esse, πρὸς τὰς Ἕλληνας οἰκειότατα διακεῖσθαι, maxime autem Athenienſibus atque Deliis. Fabulantur Graecorum quosdam ad Hyperboreos peruenisse, donariaque reliquisse magni pretii, Graecis inscripta literis. Deinde de Abaride. Aiunt porro (vt intelligamus μῦθον narrari), Lunam ex hac insula conspici omnino parum a tellure distantem, et in qua terreni quidam colles manifeste appareant. Dicitur vero etiam, sic pergit Diodorus, Deum interiectis vndeuicenis annis venire in insulam, δι' ἐτῶν ἐννεακαίδεκα καταντᾶν εἰς τὴν νῆσον. Cui hic non statim illa Graecorum a Metone et Phaino Enneadecaëteris in mentem veniat? non potest fieri profecto, vt non, qui primus huius partis fabulae auctor est, eam in mente habuerit. Res dubio omni carebit, si pergamus ad reliqua. De his enim nouendecim annis addit, ἐν οἷς καὶ αἱ τῶν ἄστρων ἀποκαταστάσεις ἐπὶ τέλος ἄγονται· καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἐννεακαιδεκαετῆ χρόνον ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων μέγαν ἐνιαυτὸν ὀνομάζεσθαι. Iam, si ipsum Diodorum (12, 36) sequamur, ille nouendecim annorum cyclus, Enneadecaëteris illa a Metone producta est Apseude Archonte, Olymp. 86, circa tempora adeo postrema Herodoti, de qua Diodorus, pro vulgi nempe opinione et vsu Graecorum ciuili, dicit, intra eam astra ad eandem comparationem redire: ἀποκατάστασιν etiam hic vocat, et magnum s. Metonis annum. Ergo haec pars fabulae aut recentior est Metone et Herodoto, aut, quod fere est vt malim, diu ante Metonem obseruatum est, Lunae solisque cursum intra illos XIX annos ad idem velut principium commune redire. Tanto hoc est probabilius, cum ille annus non sit ita longus, vt obseruationem fugere diu potuerit. Et animaduersum iam a Theophrasto, (de signis aquarum

Digitized by Google

t ventorum principio) a Phaino accepiſſe ſuum annum Metonem. Cum igitur manifeſto hic Aſtronomi unt Hyperborei et ſic cognati Apollini, aſtrorum rincipi; quidni eodem referamus templi rotunditatem, ſphaericae figurae coeli et terrae ſymbolum, et bſeruatos Lunae montes, quam ἀντίχθονα et habitabilem eſſe, Orphicum Pythagoricumque dogma eſt. Supereſt illud apud Diodorum, quod non tantum citharis ſuorum Hyperboreorum colitur, ſed etiam, κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ταύτην, in illo anfractu enneadecaëteridum, qua venit ad Hyperboreos, *praeſens* ipſe *Deus* ſua felicitate laetus pſallit, κιθαρίζει, et ſaltat pernox, χορεύει συνεχῶς τὰς νύκτας ἀπὸ ἰσημερίας ἐαρινῆς ἕως πλειάδος ἀνατολῆς, a verno aequinoctio ad Pleiadis ortum, quod Heſiodus (ἔργ. 383) meſſis initium facit, meſſem autem illius climatis in noſtrum Maium incidere, conſtat. Si quis cogitet caeleſtem Muſicam Pythagoreorum, et magnum illud Apollinis heptachordum [5]), ſi quis illam Pythagorae cum Abaride Hyperboreo amicitiam, facile videbit, etiam in hac parte fabulae eſſe aliquod φιλοσοφούμενον. Sed quod etiam per noctes ſaltat, illud forte eo pertinet, quod apud Hyperboreos, in quantum polo ſubiecti ſunt, ſol ab aequinoctio inde verno non occidit. Puto autem, AA. eſſe apud Diodorum hic aliquid vel ipſius feſtinatione et attentionis remiſſione peccatum, (quod fit in vocabulis contrariis etiam facilius) vel a librario, recurrentibus iisdem vocibus, omiſſum. Quisquis eſt fabulae auctor, hoc voluit, ſaltare noctibus Apollinem ab aequinoctio verno ad auctumnale, ſiue ab ortu Pleiadum vsque ad occaſum, quod παχυλῶς et poetice loquentibus idem eſſe apparet ex Virg. Ge. 4, 232. cf. Seruius hic et 4, 100, et ad vtrum-

5) Macrob. Sat. 1, 19 *Lyra Apollinis chordarum ſeptem tot caeleſtium ſphaerarum motus praeſtat intelligi, quibus ſolem moderatorem natura conſtituit.*

Digitized by Google

que locum la Cerda. Sic doctiſſimus Pontedera in tabula antiquiſſima anni ſolaris Graeci (Antiquitt. Latinarum Graecarumque enarratt. Tab. XII. p. 247) Vergiliarum ortum matutinum ponit Nonis Maiis, et occaſum matutinum IV Id. Nou. Haec poſui non immemor eorum, quae de illo interuallo XL aliquot dierum inter ortum et occaſum Pleiadum habentur apud Heſiodum Op. 283 et Varr. R. R. 1, 28, 2 et quae ad vtrumque locum diſputantur. Neque vero hoc negauerim, ſi cui id magis placeat, ipſum Diodorum de illo Heſiodeo interuallo cogitaſſe, et illud male huc transtuliſſe. Antiquam valde hanc de commeatu illo Apollinis fabulam eſſe, apparet ex Apollo. Rhodio, (2, 677), vbi verſantibus in meridiano Ponti Euxini litore Argonautis Λητοῦς υἱὸς ἀνερχόμενος Λυκίηθεν Τῆλ' ἐπ' ἀπείρονα δῆμον ὑπερβορέων ἀνθρώπων Ἐξεφάνη, in reditu e Lycia ſua ad Hyperboreos illis apparuit Apollo. Porro Hyperboreorum regionem *veterem Apollinis hortum* appellari a Sophocle, vidimus (§. 3).

§. 7.

Origo huius neceſſitudinis.

Origo mythiſtorica vel genealogica adeo neceſſitudinis Hyperboreorum cum Apolline videtur indicata a Pherenico Heracleote. Hic ſcriptor non valde notus cum ſit, et cum, quae de illo adhuc obſeruauimùs, ad hoc argumentum apprime conueniant, eá hic breuiter ſubiiciemus. V. Scholiaſtes igitur Pindari (ad Ol. Γ, 28) τοὺς Ὑπερβορέους τοῦ Τιτανικοῦ γένους Φερένικος φησὶν εἶναι, γράφων οὕτως,

Ἀμφὶ δ' Ὑπερβορέων, οἵτ' ἔσχατα ναιετάουσι
Ναῷ ὕπ' Ἀπόλλωνος, ἀπείρητοι πολέμοιο,
Τοὺς μὲν ἄρα προτέρων ἐξ αἵματος ὑμνήσουσι

Digitized by Google

(Non dubito quin legendum sit ὑμνείσι)

Τιτήνων βλαστόντας ὑπὸ δρόμον (leg. δόμον) αἰ-
θρήεντα
Νάσσασθαι Βορέαο γέαν· (sic leg. pro γῆν) Ἀριμα-
σπὸν ἄνακτα.

Loquitur poeta de Hyperboreis, qui extrema orbis terrarum habitant ad templum Apollinis, bellorum expertes, quos canunt ex veterum sanguine Titanum germinasse, sub serena domo Boreae terram inhabitare: Arimaspum illis fuisse regem. Primos duo versus laudat etiam Io. Tzetzes (Chili. 7, 144 v. 677) simpliciter Pherenicum appellans: ab Athenaeo (Deipnos. 3, 5 p. 78, B.) dicitur Φερένικος ὁ ἱστοριοξ, Ἡρακλεώτης τὸ γένος, in quo loco ipso quoque Titanum mentio est, vt forte opus suum Τιτανικὰ inscripserit. Iam vero Titanis nomine etiam Apollinem venire, superiore dissertatione ostensum §. 3 f. ad Argon. 1055, quod in hac re tanto minus dubitationis habet, cum in Titanibus etiam proprie dictis Hyperion h. e. Sol, Phoebus Apollo, fuerit. Apud Tzetzem l. c. etiam hoc video, citari ibi ex Simmiae Apolline, h. e. libro illius nominis, hos versus:

Τηλυγετῶν δ' ἀφνειὸν ὑπερβορέων ἀνὰ δῆμον,
Τοῖς δὴ καὶ τότ' ἄναξ ἥρως παρεδαίσατο Περσεύς·

per diuitem longinquorum Hyperboreorum populum, apud quos etiam Perseus Heros epulatus est. Ad hanc Apollinis et Hyperboreorum societatem pertinet etiam locus Cic. de N. D. (3 c. 23) vbi Apollo *tertius* memoratur *Ioue tertio natus et Latona, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt adueniſſe.* Pausanias in Phocicis (s. 10, 5) laudat Boeonem indigenam mulierem, h. e. Delphicam. Haec Βοιὼ ἐπιχωρίη γυνὴ ποιήσασα ὕμνον Δελφοῖς, ἔφη, κατασκευάσασθαι τὸ μαντεῖον τῷ Θεῷ τὸς ἀφικομένους ἐξ Ὑπερβορέων τούς τε ἄλλους καὶ Ὠλῆνα. Olenem conditorem ora-

Digitized by Google

culi Delphici facit Boeo, et alios Hyperboreos, quorum etiam nomina plura fuisse in illo Hymno refert Pausanias, V. G. παῖδες Ὑπερβορέων Πάγασος καὶ Ὄλις Ἀγυιεύς. Graeca haec sunt nomina, alterum etiam Apollinis in vicis (ἀγυιαῖς) culti epitheton. Etiam Ilithyia ex Hyperboreis venit, si Pausaniam audimus (Att. s. 1, 18), qui post mentionem templi Ilithyiae s. Lucinae addit: ἦν ἐλθοῦσαν ἐξ Ὑπερβορέων ἐς Δῆλον γενέσθαι βοηθὸν ταῖς Λητοῦς ὠδῖσι. Τὰς δὲ ἄλλας καὶ αὐτῶν Φασὶ τῇ Εἰλειθυίᾳ Δήλιοι, καὶ ὕμνον ἄδουσιν Ὠλῆνος, Venisse ait Ilithyiam ad partum Latonae iuuandum in Delo: diuersam ergo ponit a Diana, quae cum Apolline tum nata est: diuersam etiam a Iunone, cuius tum iris vexabatur Latona, nomen Ilithyiae ab Hyperboreis allatum etc. hic enim modo Hyperboreorum cum Apolline necessitudinem persequimur. Ad hanc etiam illud pertinet, quod apud Diodorum (3, 59 p. 228, 86) aiunt quidam, Τὸν Ἀπόλλωνα τῇ Κυβέλης ἐρασθέντα συμπλανηθῆναι ταύτῃ μέχρι τῶν Ὑπερβορέων, Cybelen dum amore illius captus sequitur, cum illa ad Hyperboreos vsque oberrasse. Addamus et hoc, ipsum carum Apollini caput dici posse Orphea, sacrorum Eleusiniorum conditorem Hyperboreum; Thracem nempe, et ita praeterea Pythagorae, Apollini inter homines ἐπιδημοῦντι, et Pythagoreis coniunctum, vt his passim Orphica adscribantur. Haec forte sunt τὰ ἐκ τῶν Ὑπερβορέων, quae ab Atheniensibus recepta memorat Chrysostomus (in Epist. ad Tit. hom. 3 Tom. XI opp. p. 744, E. Montfaucon.). Sed non lubet euagari longius. Abaridem quidem, amicum Pythagorae, hic praetermittere non licet, quem Scytham fere vocant, qui eius mentionem faciunt, sed nempe Scythae etiam sunt Hyperborei, quod vel ex eo patet, quod Alexandrinus Clemens (Protrept. p. 25 Pott.) ὀνοσφαγίας illas, de quibus mox dicetur, illis tribuit: Hyperboreum quidem diserte appellat Plato in Charmide (p. 237, E),

Digitized by Google

Scythen vero ex Hyperboreis, Apollinis, qui ibi colitur (τῦ ἐκεῖ Ἀπόλλωνος) sacerdotem Iamblichus (c. 19 f. 90 sq.). Hic ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἀποστρέφων (malim ἀναστρέφων) εἰς τὰ ἴδια, ἵνα τὸν ἀγερθέντα χρυσὸν τῷ θεῷ ἀποθῆται εἰς τὸ ἐν Ὑπερβορείοις ἱερὸν, rediens domum e Graecia, vt corrogatum aurum in templum Dei apud Hyperboreos reponeret, obiter in Italia cum esset, videretque Pythagoram, illum agnovit suum esse Apollinem. Poenitet fabulosi huius Agyrtae Herodotum (4, 36), cuius verbis videtur vox vna temere addita, quam hic inclusi: Τὸν περὶ Ἀβάριος λόγον τῦ λεγομένυ εἶναι Ὑπερβορέω, ἐ λέγω, [λέγων] ὡς τὸν ὀϊστὸν περιέφερε κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ἐδὲν σιτεόμενος. Sed quid Apollini Delo sua carius? vbi vero frequentius Hyperboreorum nomen eodem Herodoto teste (qui frustra illos apud Scythas requisiverat) auditum, quam apud Delios? Parcimus illam annuam Hyperboreorum in Delum legationem ex Herodoto (4, 33 — 35) et Callimacho praesertim (H. in Delum 283 — 306) aliisque persequi, de qua πάντα περὶ πάντων dedit ad Callimachum Spanhemius, et per eam occasionem, quidquid fere vsquam est de Hyperboreis relatum, congessit. Ad consilium nostrum modo pertinet iter, quod huic sacrae legationi adsignatur, Callimacho consentiente, ab Herodoto. Sed hinc capiemus disputationis, propter quam omnem, nec illum perfunctorium de Hyperboreis quaerendi laborem sustinuimus, exordium.

§. 8.

Hyperborei in Hispaniae Libyaeue litore occidentali.

Cum dixisset Herodotus (4, 32) nihil Scythas eorumque vicinos memorare de Hyperboreis: addit, eo plura de iis narrare Delios, dicentes: ἱερὰ (Graece

Digitized by Google

enim ponemus, quae maxime ad rem pertinent) ἐξ Ὑπερβορέων φερόμενα ἀπικνέεσθαι ἐς Σκύθας, ἀπὸ δὲ Σκυθέων ἤδη δεκομένους ἀεὶ τοὺς πλησιοχώρους ἑκάστους πομίζειν αὐτὰ τὸ πρὸς ἑσπέρης ἑκαστάτω ἐπὶ τὸν Ἀδρίην. ἐνθεῦτεν δὴ πρὸς μεσαμβρίην προπεμπόμενα πρώτους Ἑλλήνων Δωδωναίους δέκεσθαι. ἀπὸ τούτων δὲ καταβαίνειν ἐπὶ τὸν Μηλιέα κόλπον, καὶ διαπορεύεσθαι ἐς Εὔβοιαν κ. τ. λ. Dicebant igitur Herodoti aetate Delii, sacra illa, quaecunque fuerint, ab Hyperboreis ad Scythas pervenire, ab his accepta vicinos quosque portare longissime versus occidentem ad Adriam, s. sinum Adriaticum: hinc versus meridiem deducta [6]) primos Graecorum excipere Dodonaeos, ab his ea ad Maliacum sinum descendere, traiici in Euboeam, perque vrbes illius ad extremam illarum versus Orientem Carystum, a Carystiis in Tenum insulam deferri, ab his denique in Delum. Haec via, ita designata accurate, ostendit, nisi fallor, Hyperboreos illos Delios et Apollinares, non venisse, certe directo itinere non venisse a septentrionibus Graeciae, e Scythia. Vidisse videntur hanc repugnantiam illi Prasienses (Atticae populus est, ne quis de Prasiensibus ad Argolicum sinum cogitet) apud Pausaniam (Att. s. 1, 31), qui ea de causa aliud iter illi pompae s. legationi assignarunt. Secundum hos enim ab Hyperboreis per Arimaspos et Issedonas, ad Scythas perueniebant, ab his Sinopen, et hinc per Graecos in Prasiense templum Apollinis, vnde Athenienses in Delum deferebant. Antiquior est et fontibus suis propior Herodotea Callimachoque consentiens narratio, quae in Adriam

6) Προπεμπόμενα significat comitatum aliquem et publicam deductionem, qualis in Germania supereſt, praesertim in insignibus imperii ad locum coronandi Imperatoris Francofurto et Aquisgrano deducendis, et praesidio tuto atque honorifico *conducendis*: hoc enim, puto, verbo vtuntur, cum nostrum *Geleit* vel *Gleit* exprimere volunt: sicut etiam *saluum conductum* vocant, qui forte iussius, monente etiam Cl. Wachtero nostro, *discoſſus ſalvus* diceretur.

Digitized by Google

ducit Hyperboreos, per quem rediſſe Argonautas canit Apollonius. Recordemur hic AA. quod modo de Abaride obſeruauimus, illum e Graecia cum rediret in patriam ſuam, obiter Italiam inuiſiſſe et Pythagoram. Cogitemus et illud, quod apud Halicarnaſſenſem Dionyſium (L. 1 p. m. 34 ſq.) narratur, Latinum ſuſcepiſſe Herculem ex Hyperborea puella, quam obſidem a patre acceptam ſecum duceret, ἔκ τινος Ὑπερβορίδος κόρης, ἣν πατρὸς εἰς ὁμηρίαν δόντος ἐπήγετο. Reliqua de hac puella, Palantho, qui deſideret, adire poterit Salmaſio ad Solinum (p. 10, b F) diſputata ex Scaligero, ad Feſtum (V. Palatium). Nunc ſeriem modo obſeruemus fabulae apud Dionyſium. Graeciam ſuam Hercules repetiturus et Argos, cum Hyperborea ſua venit in Italiam, grauidam ex ſe facit, nuptum dat Fauno, apud quem illa conceptum ex Hercule Latinum peperit. Qui iſta vel excogitarunt vel retulerunt ſacrorum ad Delium Apollinem legatorum, Abaridis, Herculis, itinera, illi non expertes ſenſus communis nugatores fuere; ſed qui locorum certe et regionum peritiam haberent eam, vt ſcirent, qui a Ponto Euxino Delum peterent, vel e Graecia ad Scythas iter pararent, his non eſſe Italia neque Adriatico mari opus. Quid igitur? Sunt Hyperborei, niſi me fallit animus, etiam in Oceani ſ. externi maris litore Occidentali: hoc volo, adeo late patuit, adeo fluctuauit nomen Hyperboreorum, cum homines longe remotos, felices tamen eosdem et DIs caros, regionis non ſatis notae incolas ſignaret, vt etiam de illis, quos Occidentalis Oceanus alluit, vel Africanis vel Iberis adhiberetur. Hoc ita ſe habere, iam Pindari vno alteroque loco demonſtrabimus. Incipiamus a fabula antiquiore. Tractans (Pyth. I, 46 ſqq.) locum de felicitate hominum ſuis circumſcripta terminis, quos egredi ac transire nemini liceat, Ναυσὶ τ' ἔστε πεζὸς ἰὼν ἂν εὕροις ἐς Ὑπερβόρεον ἀγῶνα θαυμασὰν ὁδόν. Po-

Digitized by Google

nit Hyperboreos vltra finem orbis terrarum, qui tum cognitus esset, vltra columnas Herculis, Neque nauibus, inquit, neque pedibus incedens admirabilem illam ad Hyperboreorum illos ludos (ad perpetuam quae apud illos celebratur festiuamque hilaritatem) viam inuenias. Deinde arripit occasionem ornandi oden suam descriptione gentis et actorum Persei: Παρ' οἷς ποτε Περσεὺς ἐδαίσατο λαγέτας, δώμασ' εἰσελθών, κλειτὰς ὄνων ἑκατόμβας ἑπιτόσσαις θεῷ ῥέζοντας. Apud Hyperboreos olim Perseus epulatus est, cum illos inueniret solemnes asinorum Hecatombas facientes Apollini. De his asinorum hecatombis non repetam alio tempore in hac Societate a me prolata (Comm. To. 2 p. 33 sq.). Vnum addam locum, in quem postea incidi, Antonini Liberalis, qui (c. 20) Boeo et Simmia (eodem puto, cuius paullo ante e Tzetze locum dedimus) auctoribus narrat fabulam Clinis cuiusdam Babylonii, qui cum in templo Hyperborei Apollinis vidisset ἱερουργουμένας illi θυσίας τῶν ὄνων, voluit ipse in vrbe sua, Babylone, eadem ratione sacrificare Deo, statuitque asinorum hecatomben ad altare: sed cum interminatus esset illi Apollo, ne faceret, dicens, sacrificium asinorum sibi illud solum placere, quod apud Hyperboreos fieret, destitit: persistentibus autem in conatu filiis, asini ab Apolline in furorem concitati etc. longior enim est, et nihil huc pertinet, fabula reliqua. Iam illud cogitemus, magno consensu negare cum Herodoto (4, 28 et 129) Aristotelem et ceteros, (quos videre licet ap. Plin. 8, 43 f. 68) esse asinum septentrionalium regionum, Scythiae et vltra incolam, quod etiam hodie ita se habere Sueci confirmant: non solent autem ita mentiri boni poëtae, qualis Pindarus, Callimachus, et quos illi auctores habent, Delphinum vt fluuis appingant, fluctibus aprum. Quam ferax vero nobilium asinorum sit extremus Africae et Hispaniae Occidens, notum est. Memorat, vt vno exem-

Digitized by Google

plo vtar, Plinius (8, 45 f. 68) *asinas in Celtiberia singulas quadringentena millia nummum enixas.* Columella meus, Gaditanus qui esset, vidit, quae scribit (7, 1, 2): *Huius animalis tam exiguae tutelae plurima et necessaria opera supra portionem respondent, cum et facilem terram, qualis in Baetica totaque Libye sit, leuibus aratris proscindat, et non nimio pondere vehicula trahat.* Sed non soli asini apud Hyperboreos Persei Pindaricos sunt, quos ad septentrionem frustra quaeras, verum dat illis poëta etiam laureas coronas (v. 61 Δάφνᾳ χρυσέᾳ κόμας ἀναδήσαντες) quae nusquam pulchriores quam in illis partibus: et cum hac apud beatam gentem commoratione proxime (v. 72) coniungit Gorgonum et Medusae capitis abscisi fabulam, cuius theatrum esse ad Atlantem et Libyam et Oceanum Atlanticum, Apollodorus (Bibl. 2, 4, 2 p. 85) et alii docent: nominatim, quos laudat scholiastes ad hunc ipsum locum (v. 72) ἐπὶ τῶν περάτων τῆς Λιβύης, ἃ ἐστι πρὸς δύσιν. Nec lauros tantum habent Pindarici Hyperborei; oleas ita habent, vt ea arbor inde in Graeciam et Pisas translata sit [7]). Pindarus in Originibus Olympiorum solemnium describendis (Ol. Γ, 55) oleam, de qua coronabantur ea tempestate victores, allatam dicit ab Hercule ex Hyperboreis. Sed propius considerandus est totus ille locus, non tantum propter hanc causam, in qua versamur, sed quod saepius in hoc poëta fieri obseruo, vt primum intuenti vel nihil dicere, vel alia omnia dicere, et plane nugari videatur, quam rem strenue adiuuant

7) Possis ad totam hanc disputationem contra Hyperboreos soli septentrioni assignatos accommodare illos Tzetzis versiculos (Chil. 7, 144 v. 710):

Τπερβορέοις τόποις δὲ καὶ τοῖς ψυχροῖς ὁ Τζέτζης
Μεγάλως ἰσχυρίζεται μὴ γίνεσθαι τοιαῦτα·
Ἐν γῇ τῇ Αἰθιόπων δὲ, Ἰνδίᾳ καὶ Λιγύπτῳ
Καὶ γαῖς ὁμοιοθέρμοις δὲ, φύσεις φησὶ τοιαύτας.

Digitized by Google

quidam interpretes; accuratius vero consideratus vel acutos, vel veros certe sensus, et constantis hominis phantasias habeat. Age, quas hic offerat, videamus. Oleam, ait (v. 25) Ἴστρος ἀπὸ σκιερῶν πηγῶν ἔνεικεν, ab vmbrosis Istri fontibus attulit, idque vt sibi liceret, persuasit Hyperboreorum populo, famulo cultorique Apollinis. Haec qui obiter legunt, qui cogitant exeuntia Istria in Pontum Euxinum ostia, possunt hic septentrionales cogitare Hyperboreos: oleam quidem ad totum, quam longus est, Istri decursum sua sponte non nasci, satis constat: quae res euertere videtur argumentum nostrum, quo mitiori Hispaniae Africaeque, vbi vicinae sunt, atque occidentem spectant, plagae transscribere Hyperboreos conamur. Sed illis tantum videri potest, qui non meminerunt veteris de Istro opinionis, quam satis fuerit ex Herodoto (2, 33) apponere. Differte ille Ἴστρος τε γὰρ ποταμὸς ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν καὶ Πυρρήνης πόλεως, ῥέει μέσην σχίζων τὴν Εὐρώπην. Οἱ δὲ Κελτοὶ εἰσὶ ἔξω τῶν ἡρακλείων στηλέων, ὁμορέουσι δὲ Κυνησίοισι, οἳ ἔσχατοι πρὸς δυσμέων οἰκέουσι τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ κατοικημένων. Istri origines ponit apud Celtas (vtrum nomen propriorum Celtarum h. e. Gallorum, vt sit, extendit? an de illorum coloniis inaudiit?) et Pyrrhenae ciuitatem (Pyrenaeis hanc montibus cognatam et affinem, soni suadere similitudo videtur) porro Istrum flumine suo totam secare dicit Europam. Celtas illos ponit extra columnas Herculis, confines illis dat Cynesios, qui omnium Europae incolarum extremi ad Occidentem habitant. Constat sibi pater historiae, cum (4, 49) repetit, Ῥέει γὰρ, inquit, διὰ πάσης Εὐρώπης ὁ Ἴστρος, ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν, οἳ ἔσχατοι πρὸς ἡλίου δυσμέων μετὰ Κύνητας (iidem fine dubio, quod Stephano Byzantino etiam sic videtur, qui Κυνήσιοι) οἰκέουσιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ. Meminerimus hic etiam illius opinionis, qua brachium Istri exonerari putabant veteres in Adriam, (Prael. 1, 4) et eo facilius videbimus, Pindaricos

Digitized by Google

Hyperboreos non esse ad frigidum septentrionem quaerendos. Sed videamus cetera Poëtae. Impulit (v. 45) Herculem animus, vt in *Istriam terram* (quam nunc Hispaniam intelligimus) cum Eurysthei imperio insignem aureis cornibus ceruam persequeretur: in quo venatu Apollodoro teste (Bibl. 2, 3) qui cursu solo vincere et viuam capere vellet, annum integrum consumsit. Hanc igitur persequens (v. 55) τῶν μεθέπων, ἴδε κἀκείνην χθόνα τνοιᾶς ὄπιθεν βορέα ψυχρᾶ, vidit illam terram post boream, vbi nihil amplius licet boreae: quo videtur interpretari illud ὑπὲρ, vt sit regio Hyperboreorum, *supra* vltraque vim ventorum nocentium elata ac remota, eo situ, vt ad eam pertinere boreas non possit. Τόθι δένδρεα θαύμαινε καθεὶς, τῶν νιν γλυκὺς ἵμερος ἔσχεν κ. τ. λ. Hic inquam consistens admiratus est arbores, quas cupiit in Olympiaco stadio suo serere ad vmbram et honorem certantium. Per has poeticas ambages cecinit Thebanus vates, quod paucis verbis indicat Pausanias (Eliac. 1, f. 5, 7 extr.) λέγουσιν Ἠλείων οἱ τὰ ἀρχαιότατα μνημονεύοντες — κομισθῆναι ἐκ τῆς Ὑπερβορέων γῆς τὸν κότινον ὑπὸ τῦ Ἡρακλέους εἰς Ἕλληνας. Antiquissima igitur apud Eleos memoria cum Herodoti narratione hactenus consentit, apportatam ab Hercule ex Hyperboreis oleam, ex iisdem, nisi fallor, regionibus, vnde etiam Hesperides attulit s. citros, qua de re videre licet Salmasium ad Solinum p. 760, b. Reuocemus, si videtur, huc etiam, quae supra (§. 5) de Hecataei regionibus Celticae oppositis dicta sunt. Commeatum aliquem inter extremam Hispaniam et loca vltra Pontum olim credidisse oportet, qui mentionem faciunt apud Strabonem (8 p. 42, 13) Ἰβήρων τῶν ἑσπερίων εἰς τὰς ὑπὲρ τὸν Πόντον καὶ τῆς Κολχίδος τόπους μετοικισμένων. Tractauit hunc locum Iac. Perizonius (Aegyptt. Origg. c. 24 p. 470 sqq.) et probabili admodum ratione ostendit, traductam a Nebucadnezare coloniam Ibe-

Digitized by Google

rorum Hiſpanicorum ab Herculis inde columnis in Aſiam. Fuit quidem poſterior aliquot ſaeculis Nebucadnezar Herculis et Argonautarum temporibus. At ea temporis intercapedo argumentationem noſtram non infirmat: nam illud certe relinquitur, quod vnum hic ſpectamus, non debere ἀδύνατον putari talem commeatum, ne improbabilem quidem videri, ſi quis diuerſam adeo ab hodierna et orbis terrarum faciem, et gentium viuendi agendique rationem in conſilio habeat. Ceterum in tantis Geographiae antiquiſſimae tenebris, quas ſtudioſe aliis obieciſſe videntur, qui ſoli fere nauigabant mercatores Phoenicii, eo minus mirandum eſt, fluctuare fabulas. Illud quidem manet, extra columnas Herculis in extremo Occidente vel Libyae vel Iberiae, vel vtriusque adeo, nauigatum Oceanum [8]), allatos inde in Graeciam, ne de aliis dicamus, fructus mitiores: Hyperboreos autem dictos notione obſcura et parum definita regionum remotiſſimarum et felicium incolas, a quorum praedicatione ſuas merces commendarent mercatores, religionem ſuis ſacris quaererent ſacerdotes Delii et Olympii, auctoritatem portentis ſuis quidam Pythagorei.

III. *De praedonibus Francis.*

Imperator Probus inter alias barbaras Germaniae nationes Francos iam ante imperium deuicerat, Fran-

8) Hunc ipſum Occidentalem Oceanum, hoc ipſum Atlanticum mare intellexiſſe videtur doctiſſimus poeta Claudianus (3 Conſ. Honorii 7, 54) de Theodoſio comite, Imperatoris Theodoſii patre canens,

Ille leues Mauros, nec falſo nomine Pictos
Edomuit, Scotumque vago mucrone ſecutus
Fregit Hyperboreas *remis audacibus vndas.*

Ex Mauritiana claſſe ſi petiit Britanniam, praeternauigat illos Hiſpaniae Hyperboreos.

Digitized by Google

cici inde cognomen meritus (Zosim. 1, 68. Vopiscus c. 11). Horum quidam sedes ab illo petierant atque impetrauerant in Thracia et locis Ponto Euxino vicinis. Reliqua iam ipsis Zosimi verbis dicemus in fine libri primi, Καὶ Φράγκων τῶν βασιλεῖ προσελθόντων, καὶ τυχόντων οἰκήσεως, μοῖρά τις ἀποσχοῦσα, πλοίων εὐπορήσασα τὴν Ἑλλάδα συνετάραξεν ἅπασαν. καὶ Σικελίᾳ προσχοῦσα καὶ τῇ Συρακοσίων προσμίξασα πολὺν κατὰ ταύτην εἰργάσατο φόνον. ἤδη δὲ καὶ Λιβύῃ προσορμισθεῖσα, καὶ ἀποκρουσθεῖσα, δυνάμεως ἐκ Καρχηδόνος ἐπενεχθείσης οἷά τε γέγονεν ἀπαθὴς ἐπανελθεῖν οἴκαδε. Iam eandem historiam referat Eumenius (Paneg. Constantii f. 4, 18, 3) *Recursabat in animos illa sub Diuo Probo et paucorum ex Francis captiuorum* (h. e. in sedes alias victoris arbitrio translatorum, vt Iudaei fuisse dicuntur in captiuitate Babylonica) *incredibilis audacia, qui a Ponto vsque, correptis nauibus, Graeciam Asiamque populati, neque impune* (sine poena ac damno eorum, quos inuaderent) *ipsas postremo naualibus nobiles ceperant Syracusas, et immenso itinere peruecti Oceanum, qua terras irrupit, intrauerant.* Qui nihil vellem praetermittere, quod ad memorabilem historiam pertineret, inspexi etiam Vopisci Probum. Ille rem ipsam, sed sine nomine Francorum, breuiter indicare videtur c. 18: *Facta pace cum Persis ad Thracias rediit, et C millia Bastarnarum in solo Romano constituit, qui omnes fidem seruauerunt. Sed cum et ex aliis gentibus plerosque pariter transtulisset, id est, ex Gepidis, Gautunnis et Vandalis,* (vtrum in his Franci etiam comprehendi potuerint, quaerere modo non possum) *illi omnes fidem fregerunt, et occupato bellis tyrannicis Probo, per totum pene orbem pedibus et nauigando vagati sunt, nec parum molestiae Romanae gloriae intulerunt. Quos quidem ille diuersis vicibus variisque victoriis oppressit, paucis cum gloria domum redeuntibus, quod Probi*

Digitized by Google

euaſiſſent, manus. His inter ſe collatis, apparet, Francos illos de Ponto poſt traiectum totum quam longum eſt internum mare, dextro flexu, lectis Hiſpaniae Galliaeque, tum Belgicae litoribus, in patriam ſuam Germaniam maritimam *(qua Océanus terras irrupit)* rediſſe, quam illis Leibnitius inter Rhenum et Albim aſſignauit. Hanc vero antiquam illorum patriam intelligendam eſſe, vel hoc ſatis indicat, quod reditus in Pontum ipſos Probi poteſtati non exemiſſet, ſed ſubieciſſet. Habemus nauigationem valde ſimilem Argonauticae illi, tumultuarie illam quidem et temerario auſu ſuſceptam, exitu tamen pro tam longo per Oceanum curſu inſperato. Neque enim praeſidiorum plus habuere Franci, quam illi Minyae, quin aliquanto forte minus, intermiſſis diu illis mercatoriis antiquorum nauigationibus. Breviſſima forte reſponſio quibusdam videbitur, etiam hoc de Francis conſictum vel nimis auctum eſſe. Sed eadem omnem licebit hiſtoriam vna plaga euertere, ſpongia vna delere. Hoc vero tanto fuerit audacius, importuniusque, quod haec non prima fuit Germanorum maritima expeditio. Iam ſub Gallieno, ſi Eutropio credimus (9, 6), *Germani vsque in Hiſpanias penetrauerunt et Tarraconem ciuitatem nobilem expugnarunt.* Oroſio (7, 22) teſte, *Germani vlteriores* (ab Italia remotiores quam Rhaeti et Alamanni) *abraſa potiuntnr Hiſpania.* Eodem reſpiciens (7, 41) *Irruptae ſunt Hiſpaniae — ſuſtinuere a barbaris — quod etiam ſub Gallieno Imperatore per annos prope duodecim Germanis euertentibus excepere.* Ne dubitemus Francos fuiſſe hos Germanos, facit Nazarius (Paneg. 9, 17). *Franci ipſi*, inquit, *praeter ceteros truces, quorum vis cum ad bella efferueſceret, vltra ipſum Oceanum* (ſuum in mare internum per columnas Herculis) *aeſtu furoris euecta, Hiſpaniarum etiam oras armis infeſtas habebat.* Nempe a ſuis inde Ger-

Digitized by Google

manici maris litoribus totam Belgicam Gallicamque oram, totam deinde Hiſpaniam a tribus oris circumvecti Tarraconem venere. Quo minus muto, quod modo dicebam, Francos praedones in antiquam patriam ſuam, quae tum erat maritima Germaniae inferioris, rediſſe, poſtquam vidi Io. Riuium in hiſtoria nauali media (lib. 2 p. 94) illum locum aliter accepiſſe: *Columnis egreſſi*, inquit, *omnia in aduerſo Africae et Hiſpaniae litore foedum in modum depraedabantur, ſpoliisque onuſti nemine interpellante in Pontum ad ſuos redierunt.* Eſtne vero probabile, eos vel tuto relegere curſum priorem per totum internum mare potuiſſe, vel praeteruectos poſt Hiſpaniam Galliamque oſtia Rheni et Albis, interiectamque inter ea patriam ſuam, per antiquas Argonautarum ambages in regionem, cui poenae cauſa, aut certe, vt obſeruari cuſtodirique poſſent, aſſignati fuerant, rediſſe? Vt fit, primus hic error peperit longe maiorem. Poſt verba, quae modo dedimus, addit ſtatim Riuius: *Cum his Carauſius tot coeli regionibus diſiunctis ſocietatem et foedus iniit. Itaque Franci (horum enim iam, non Getarum aut Scytharum nomen in ore hominum eſſe coeperat) ne foederato ſuo deeſſent, cum pari qua prius claſſe egreſſi* (ex Ponto ſcilicet, ſuperatoque quam longum eſt interno mari) *ad fretum Gaditanum veniunt, id vnum agentes, vt Carauſio iungerentur.* Mirificam deinde hiſtoriam narrat, et Conſtantium cum Francis, quibus in Oceano *extra fretum Gaditanum occurrit, claſſe facit congredi, eosque internecino praelio ſic deleri, nunquam vt deinceps Francorum nomen in regione Pontica, vnde tum veniebant, auditum fuerit.* Bene eſt, quod mox interfecit illos Ponticos Francos orbi terrarum graues bonus Riuius, ſed poterat illos non reducere in Pontum, quod breuius erat, et ſidei eorum, qui

Digitized by Google

proximi his temporibus fuere, Eumenii, Aur. Victoris, Eutropii et aliorum conuenientius. Non inauditum nec insolitum adeo fuisse saeculo quarto exeunte, e Germaniae fluuiis Rheno praesertim soluentes praeter Belgicam, Galliam, Hispaniam, superatis columnis Herculis legere hinc Hispaniae litora, hinc Africae, apparet etiam ex loco Claudiani B. Gildon. 372: *Germania cuncta feratur Nauibus, et socia comitentur classe Sicambri: Pallida translatum iam sentiat Africa Rhenum.*

Digitized by Google

DE AETATE
SCRIPTORIS ARGONAVTICORVM
DISSERTATIO

Digitized by Google

Digitized by Google

DE AETATE
SCRIPTORIS ARGONAVTICORVM.

His temporibus, quibus nos viuimus, tanti quum in omni litterarum genere, tum etiam in antiquitatis perueſtigatione facti ſunt progreſſus, vt, ſemel mota aliqua quaeſtione, non temere deſit certioris viae copia. Sed indicare viam plerumque facile eſt: perſequi, id vero et ei ſaepe, qui ducem ſe praebet, nec raro etiam comiti moleſtum eſt, praeſertim ſi in re ſterili atque exili verſatur disputatio. Quod equidem vti ipſe non ſine taedio expertus ſum in hac quaeſtione, quae eſt de antiquitate Argonauticorum Orphei, ita ne legentibus, quae de hac re ſcripſi, idem accidat, magnopere vereor. Sed eſt tamen his quoque rebus aliquod pretium, quas qui non contemnunt, (contemnunt autem tantummodo imperiti) hi, vt ſpero, non dedignabuntur mecum haec auia Pieridum peragrare loca, nullius ante trita ſolo. Quae etſi minime amoena ſunt, tamen, vt idem poeta ait,

iuuat integros accedere fontes,
atque haurire.

Praeuideo enim fore, vt haec, quae nunc a me dicentur, alio traducta maiorem ſint atque ampliorem habitura fructum.

Digitized by Google

Igitur neminem hac aetate tam in antiquis litte
ris rudem inueniri arbitror, qui cum Gesnero hae
scripta, quae Orphei nomen prae se ferunt, vel vniu
omnia scriptoris esse, vel dictionem habere Homer
cam sibi persuadeat. Hymni quidem, de quibus d
cte disputauit Tiedemannus in primis Graeciae ph
losophis, quin et Argonauticis et Lithicis antiqui
res sint, dubitari non potest: quamquam etiam i
hymnis sunt, qui recentioris aetatis non dubia co
tineant indicia. De Lithicis Tyrwhitti sententia
merito improbat Ruhnkenius in Bibl. crit. P. VIII.
87. qui dubitans, an Valentiniani et Valentis aet
carmen tam sani coloris proferre non potuerit, re
rendum putat hunc libellum ad tempus Domitian
qui, teste Dione Cassio LXVII. p. 1111. philosoph
partim vrbe et Italia eiecerit, partim poena capit
affecerit. Quam sententiam, qui hoc carmen dilig
ter legerit, iis, quae infra de epicorum versibus d
centur, egregie confirmari sentiet. Maior est de A
gonauticis disceptatio. Nam quum Schneiderus i
Analectis criticis, quorum tantummodo primus fasc
culus prodiit Traiecti ad Viadrum CIↃIↃCCLXXVII. no
solum Onomacrito et Cleoni, cui Toupius Em. i
Suid. T. II. p. 98. hoc carmen tribuendum putaba
Argonautica, et iure quidem, eripuisset, sed etia
poetae et recentissimi, et semibarbari opus esse con
tendisset: grauis huic sententiae aduersarius exstit
Ruhnkenius, qui in Ep. crit. II. p. 228. vetustissimu
esse Argonauticorum scriptorem ostendere conatus e
Ab Ruhnkenii sententia non plane alienus fuisse vi
detur Wolfius in prolegomenis ad Homerum p. 2
Schneiderus se ipse defendit in praefatione ad Arg
nautica. Ab vtraque parte, vt equidem existimo, co
pidius, quam par erat, pugnatum est. Sed cogno
scamus caussam, et perpendamus, quae pro vtraqu
opinione allata sunt argumenta. Quibus si compon
lis potest, bene est; sin minus, aliam tentemus viam
Ac primo ipsa ponam Ruhnkenii verba. Hic igitur

Digitized by Google

cuius sint carmina, inquit, *quae Orphei nomine circumferuntur, veterum dissensus incertum facit. Is, qui Argonautica et Hymnos Orpheo subiecit, sive Onomacritus fuerit, vt plures tradunt, sive alius, scriptor certe meo iudicio vetustissimus est; in quo, quamuis animum diligenter attenderim, ne leuissimum quidem recentioris aetatis vestigium reperi, contra proba omnia, et antiquitatem redolentia. Orationis forma Homericam refert, sic tamen, vt pauca singularia in ea notentur. Tale est ἐπεὶ pro ἔπειτα Argon.* 182. *et* 675. *vbi vide H. Stephanum. Abreschius quidem Dilucid. Thucyd. p.* 446. *id aliis etiam scriptoribus vsitatum dicit. Sed exempla magis certa et perspicua requiro. Tale quoque est οἱ pro particula expletiua, quod pluribus locis occurrit, nec semel ex Codice nostro restituetur. Quamquam illud οἱ non prorsus dissimilem vsum habet aliquot Homeri locis, quae Gesnerus laudauit Indice h. v. quibus adde Il. E.* 24. Ὡς δή οἱ μὴ πάγχυ γέρων ἀκαχημένος εἴη. *Erunt fortasse, qui inter singularia quoque referant formam Alexandrinam εἶδα vs.* 116. *et ἔπεσα vs.* 519. *Quibus locis vsus Valckenarius meus ad Herodot. VIII.* 68. *hoc iudicium addit:* Hic forex suis se saepe prodit indiciis. *At sint eae formae indicio, scriptorem Argonauticorum Alexandrinum fuisse; nihil impedio: modo ne ad carminis vetustatem elevandam trahantur. Nam alii quoque poetae, quorum antiquitatem nemo in dubium vocauerit, Alexandrinis formis vsi reperiuntur, tanquam Lycophron vs.* 21. ἐσχάζοσαν, *quo respicit Grammaticus MS. in Bibl. Sangermanensi:* Ἐλέγοσαν, ἐγράφοσαν, καὶ τὰ ὅμοια Ἀλεξανδρεῖς λέγουσι. Λυκόφρων Ἀλεξάνδρᾳ· Ναῦται λίαζον, κἀπὸ γῆς ἐσχάζοσαν. *Idem vs.* 252. πέφρικαν. *vbi vide Tzetzen. Posidippus Anthol. VII. p.* 614. τὴν δὲ, θαλάσσης Ψαύουσαν, περιεῖς εἴχοσαν αἰγιαλοί. *Verum, quem poetam nos ab*

Digitized by Google

antiquitate et elegantia commendamus, eum, ecce, in Germania exortus Orpheomastix recentiorem Graeculum, barbarum ac semilatinum versificatorem appellat, qui quod pingui ingenio concepisset, vix potuerit idoneis verbis efferre. In qua accusationis atrocitate, nescio, quid magis mirer, inscitiamne, an confidentiam. Fatendum quidem est, Argonautica rarius a veteribus, ne a Graecis quidem Apollonii interpretibus, laudari. Quamquam hi, si bene coniecit vir eximius, Io. Toupius Emend. in Suid. T. III. p. 75. quod vix putem, Argonautica sub Cleonis Curiensis nomine laudarunt. Sed ex hoc silentio, frustra sit, qui argumentum ducat ad vetustatis, quam habent, opinionem conuellendam. Etenim diserte laudantur ab antiquis et claris Grammaticis, Oro et Dracone Stratonicensi. Orus quidem apud Etymol. M. p. 787. l. 29. haec ex iis attulit: Τὸν δὴ καλέσσι Φάνητα, ὅτι πρῶτος ἐν αἰθέρι φαντὸς ἐγένετο. *Quae cum Sylburgius vnde sumta essent, ignoraret, sic corrigere instituebat:* τὸν δὴ καλέσσι Φάνητα, Τεῦνεκα πάντων πρῶτος ἐν αἰθέρι φαντὸς ἔγεντο. *Sed Orus de memoria, vt saepe solent Grammatici, laudauit Argonaut.* 13.

ὃν ῥα Φάνητα
ὁπλότεροι καλέσσι βροτοί· πρῶτος γὰρ ἐφάνθη.

Draconis locus est in libro inedito περὶ μέτρων ποιητικῶν, *quem in Bibliotheca Regia euoluimus:* οἱ ποιηταὶ δὲ ἢ προστιθέντες διὰ τὸ μέτρον, συςέλλεσι τὸ ῑ, ποταμηίδος, Παγασηίδος λέγοντες. ὅθεν καὶ Ὀρφεὺς ἐν Ἀργοναυτικοῖς· *(vs. 110.)*

Λαψηροῖσι πόδεσσιν, ὑπὲρ Παγασηίδας ἀκτάς.
ἀντὶ τῦ Παγασίδας. *Idem:* Φόρκυνος τὸ κυ ἐκτείνει· αἱ γὰρ γενικαὶ αἱ διὰ τῦ νος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ὑπάρχουσαι, εἰ παραλήγοιντο τῷ ῡ, ἐκτεταμένῳ

Digitized by Google

παραλήγονται, οἷον Φόρκυνος, πόλτυνος, τὴν δὲ ὀνομαστικὴν συγέλλεσθαι βέλεται Ἡρωδιανός. καὶ ἔτως εὑρήσεις παρὰ ποιηταῖς. Ὀρφεύς· (*Argon. vs.* 337.)

Πρωτέα, καὶ Φόρκυνα, καὶ εὐρυβίην Τρίτωνα.

Suidas, vtriusque Grammatici scripta recensens, nihil de aetate, qua vixerint, addit. Antiquos tamen esse, satis aliunde constat. Iam qui vel leuiter Grammaticos attigerit, ignorare non potest, recentiores quidem, velut Thomam Magistrum et Moschopulum, nullo discrimine veteres, nouitios scriptores laudare: at antiquos, quales Orus et Draco sunt, praecepta sua non nisi veterrimorum et classicorum scriptorum, de quibus in Histor. Crit. Orat. Gr. p. 95. *disputauimus, auctoritate confirmare. Et hanc antiquitatem omnes ita sequuntur, vt Euphorion et Parthenius poetarum recentissimi sint, quorum testimoniis vtantur. Ex his cogitur, nunquam Grammaticos, quos diximus, Orphei Argonautica laudaturos fuisse, nisi carminis vetustatem cognitam perspectamque habuissent. Huc accedit, quod Nonnus, seculi quinti poeta, nec nisi veteres imitari solitus, Argonautica manifesta imitatione expressit, vt ad vs.* 226. *demonstrabimus, non tantum auctoritatis huic carmini tributurus, nisi antiquitatis fides inter omnes constitisset.*

Haec Ruhnkenius. Schneiderus, qui ad haec respondit in praefatione ad Argonautica, praeterquam quod Thunmanni sententiam, quam infra commemorabimus, pro se affert, magis ambiguitatem, quae est in Ruhnkenii disputatione, carpit, quam argumenta ipsa labefactat. Non reputasse Ruhnkenium, quantum temporis spatium inter Onomacritum et Alexandrinos intercessisset; quod tantum esse, vt vix commode vtrique vetustissimorum appellatione comprehendi possint. Incertum esse, qua aetate Orus et Draco vixerint; Orum ne respexisse quidem videri Argonautica eo in loco, quem excitauerit Ruhnke-

Digitized by Google

nius. Nonni denique imitationem non magis certam esse. Itaque ipse Heynio accedit, cui scriptorem Argonauticorum Alexandrinae aetatis poetam videri ait. Quod ego in Heynio, qui pugnantes sententias conciliare volebat, non miror: tanto magis miror in Schneidero, qui Ruhnkenium refellere studebat. Nam qui Alexandrinae aetatis poetam fuisse Orpheum putat, is, nisi accuratius definiat, quo ille tempore vixerit, non video, qua ratione Ruhnkenio, non repugnanti, quo minus Alexandrinus fuerit Orpheus, contradicere queat.

Auctoritas Ruhnkenii metuo ne plus, quam pondus argumentorum, quibus est vsus, ad plurimorum assensionem valeat. Quamquam quum omnino nullius hominis apud eos, qui liberali sunt indole praediti, tanta debet esse veneratio, vt eius in verba iurare, quam ipsi rem cognoscere malint, tum in Ruhnkenio, quamuis egregiae sagacitatis critico, duo alia, eaque valde illustria exstant exempla, quae, ne quis temere iudicium eius in tali re sequatur, admoneant. Vnum, quod communi de Homero opinioni, quam a puero imbibisset, ita adhaerebat, vt, Wyttenbachio teste in vita eius p. 214. Wolfii disputationem de integritate Homericorum carminum probare non auderet. Qua quidem, vt accepimus, etiam perterreri se dicebat. Atqui exhorrescere talia, id est eius, qui a diu probatis opinionibus ne vult quidem abstrahi. Alterum exemplum, idque magis etiam memorabile, praebuit iudicio de carmine Maximi περὶ καταρχῶν· quod ille, vt refert Heynius in prima editione Virgilii vol. II. p. 236, a poeta Alexandrino, Callimachi et Apollonii Rhodii aequali scriptum censebat. Hoc quidem iudicium tanto magis equidem miror, quod ipsa sermonis ratio, in quo genere peritissimus iudex erat Ruhnkenius, aliquot saeculis post scriptum esse istud carmen euincit. Similiter idem errauit ad Lith. 267. carmen de lapidibus orationis cultu elegantiaque reliquis Orphicis cedere existimans. Sed nolo eleuanda

Digitized by Google

auctoritate Ruhnkenii praesidium parare contrariae sententiae. Illorum causa haec dixi, apud quos nimium valet clarorum virorum auctoritas. Quamquam his in Orpheo quidem etiam Valckenarii nomen obstat, quo nullum inueniri magis idoneum iudicem credo. Itaque ad ipsa nunc accedam argumenta, quibus opinionem suam confirmare conatus est Ruhnkenius. In quibus hoc non possum satis mirari, quod de Onomacrito vel cogitasse se indicauit. Hunc enim in omni antiquitate, qui Argonauticorum scriptorem perhiberet, nemo fuit. Sed, ne Onomacritus fecerit Argonautica, antiqua tamen, inquit, esse et orationis forma docet, et grammaticorum fides probat. De oratione mirum est ita sentire potuisse Ruhnkenium. De grammaticis quae dicit, partim cupidius disputavit, partim, si alia grauiora in contrariam partem argumenta accedant, non satis ab omni dubitatione tuta praestitit. Nam Ori quidem testimonium, quod Schneiderus quoque animaduertit, iniuria huc traxit, quum, quae Orus affert, non modo dissimillima sint iis, quae in Argonauticis leguntur, verum etiam in tali versentur argumento, quod non Argonauticorum sit proprium, sed ad sacra Orphica, quae aliis fuerunt in libris tractata, pertineat. Solus igitur pro antiquitate Argonauticorum testis exstat Draco Stratonicensis, cuius quidem fides vel ob id ipsum, quod solus est in tanto vniuersae antiquitatis ipsorumque Apollonii interpretum silentio, suspecta esse debet. Et praeterea in huius testimonio illud incommodum accidit, quod liber iste de metris poeticis, quippe ineditus adhuc, diligentiorem peruestigationem excludit. Quis enim ex iis, quae Valckenarius, Ruhnkenius, Brunckius ex isto libro attulerunt, definire ausit, vtrum ipsius sit Draconis iste commentarius, an epitome ab recentiore aliquo facta grammatico, et additamentis quibusdam deformata? Certe similes errores haud pauci aliis in scriptis grammaticorum inueniuntur: atque, vt aliquod certe exemplum afferam, inc-

Digitized by Google

ditum ſcholiaſten Hephaeſtionis olim ex codice Auguſtano deſcripſi, qui commentarius hunc habebat indicem: Ἡφαιςίωνος περὶ μέτρων. Quae quum ita ſint, equidem ita exiſtimo, Draconis Stratonicenſis auctoritatem, vt nunc quidem res eſt, neutram in partem aliquid probare poſſe. Quod ſi a teſtimoniis ſcriptorum nihil praeſidii eſt, omnis disputatio conſiſtere debebit in iis rebus, quibus ipſum carmen aetatem ſuam prodere videatur. Quo in genere duplicem eſſe conſtat rationem argumentorum, ex quibus coniecturam petere liceat. Etenim aut in rebus, quarum mentionem facit ſcriptor, aut in orationis forma, qua vtitur, aliquid inſit neceſſe eſt, quod aetatis, qua vixerit, indicium faciat.

Ac de illo genere, quod in rebus a ſcriptore commemoratis poſitum eſt, non poteſt non difficilis eſſe in Orphei Argonauticis quaeſtio. Nam et argumentum, in quo carmen iſtud verſatur, peruetuſtum eſt, et ſcriptor, antiquiſſimi poetae nomen mentitus, quae ab iſta aetate abhorrerent, vitare debuit. Praeterea vero, ſi aliquam hoc genus vim habet in aetate carminis inueſtiganda, ad antiquitatem ei detrahendam valebit, non etiam ad probandam. Etenim ſi nihil in rebus tractatis reperiatur, quod non a vetuſtiſſimo ſcriptore traditum videri poſſit, quis tanta erit confidentia, vt ſcriptorem non potuiſſe alios et fortaſſe antiquiſſimos auctores ſequi contendat, praeſertim in eo argumento, in quo exponendo plurimi ſua exercuerint ingenia? Facile vero intelligitur, ſi quid ſit in Argonautarum fabula, quod aetatem ſcriptoris prodere poſſit, id maxime in orbis terrarum notitia, quae a fabuloſis profecta initiis paullatim amplificari illuſtrarique coepit, debere poſitum eſſe. Nec praetermiſerunt hanc rem docti homines. Quamquam, quod ſane mireris, hoc ipſo in genere, quod longe clarius ac certius, quam aliae res, eſſe videtur, in diuerſiſſimas partes diſceſſum eſt. Nam de duobus

Digitized by Google

eruditiſſimis viris vnus, Thunmannus, ex orbis terrarum notitia, quam habuerit ille Orpheus, Ptolemaei Euergetae temporibus eum recentiorem eſſe contendit; alter, Mannertus, ex eodem argumentorum fonte eumdem poetam ante Herodotum collocare conatus eſt. Ac Mannertus in Geographia Graecorum et Romanorum T. IV. p. 25. ſeqq. hoc modo ſententiam ſuam probare ſtuduit. Herodoto quidem antiquiorem eſſe Orpheum propterea, quia minus claram Ponti Euxini notitiam habeat, nomenque Siciliae ignoret, quod non niſi paullo ante Herodotum in hominum ſermonem vſumque venerit. Eumdem vero recentiorem eſſe Homero, quia Pontum Euxinum vndique clauſum eſſe ſciat; quia multa commemoret nomina populorum circa haec loca incolentium; quia columnas Herculis, Tarteſſum, Sardiniam, littora Italiae, Siciliam, denique Aetnae montis incendia cognita habeat. Obſcuram illam Ponti Euxini notitiam deinde copioſius perſequitur. In his ea, quibus poſt Homerum vixiſſe Orpheum demonſtrat, ſi tali demonſtratione opus eſt, nemo dubitabit quin vera ſint. Multo minor, immo nulla vis illorum eſt argumentorum, quibus antiquitatem Herodoto maiorem euincere ſtuduit. Quae argumenta vt ſint vera, non poſſunt continuo ad ipſum Argonauticorum ſcriptorem trahi, ſed, niſi alia accedant, illud tantum efficiunt, vt auctores Herodoto priores ſequutus eſſe Orpheus videatur. Quid vero dicemus de eo, quod Alpium, quod Hiberniae mentionem facit hic idem Orpheus, de quibus nihil inaudiuerat Herodotus? Quod ſi haec res, vt videtur, poſtulat, vt Herodotum antiquiorem Orpheo cenſeamus, clarum eſt alios circumſpiciendos eſſe ſcriptores, quibuscum comparentur Argonautica, et eos quidem tales, qui antiquiores, non qui recentiores ſint: quia non ab illis, quae ignorare videtur Orpheus, ſed ab his, quae cognita ei ſunt, repeti rationes debent. Id autem fecit Thunmannus, ſucceſſu, vt par eſt, meliore. Is in epiſtola ad Schneide-

Digitized by Google

rum, quam hic publicauit in Noua Bibliotheca Philologica, Lipsiae 1778. vol. IV. p. 298—301. in hanc sententiam disputat. Primo post expulsos e locis circa Maeotidem paludem Scythas, quod circiter CCCLXXX annis ante natum Christum contigisse, item post Ephorum vixisse Orpheum. In his enim, v. 1064.

ἠδὲ Γελωνὸν ἔθνος, Βαθυχαίτων τ' ἄπλετα φῦλα,
Σαυρομάτας τε, Γέτας, καὶ Γυμναίους, Κέκρυφάς τε,

respexisse ea, quae ex Ephoro commemoret Scymnus Chius post Holstenii notas ad Stephanum p. 378.

εὐσημότατον εἶναι φησὶ τὸ
τῶν Σαυρομάτων τε καὶ Γελωνῶν καὶ τρίτον
τὸ τῶν Ἀγαθύρσων ἐπικαλούμενον γένος.

Herodoti enim Agathyrsos esse Dacos. Gymnaeos Orphei videri esse Ephori Limnaeos. Getarum cis Danubium habitantium ab Alexandri demum temporibus mentionem fieri. Ephoro male intellecto Agathyrsos ab recentioribus geographis, velut Ptolemaeo, in Asia collocatos esse. Deinde, post Alexandrum vixisse Orpheum, quia Pontum Euxinum et Maeotidem paludem cum septemtrionali Oceano continuari censeat. Tanain ex Araxe deriuatum (v. 753) ab Aristotele Meteor. I. accepisse videri, vbi hic dicat ex monte Parniso iam Oceanum cerni, ex eoque monte Bactrum fluere, et Choaspen, et Araxen, cuius partem esse Tanain. Eadem de Tanai esse apud Scymnum Chium p. 378. Quem fluuium Phasin poeta vocet, Hypanin esse, qui nunc vocetur Cuban, quemadmodum apud Plutarchum de fluminibus Hypanis sit Phasis: testemque affert Holstenium ad Steph. v. Φᾶσις. Porro Orpheum vixisse post Pytheam. Pytheam enim primum cognouisse Britanniam, non etiam Hiberniam, quam tamen commemoret Orpheus, iuxta ac Britanniam, quae ei prisca et indigena appellatione Λυκαία vocetur v. 1213. Pytheam ergo, qui ex

Digitized by Google

Oceano in Tanain penetraſſe ſe narrauerit, poſt Alexandrum, ſed ante Timaeum fuiſſe, qui ei Plinio teſte (H. N. XXXVII. ſ. 11, 1.) fidem habuerit. Hiberniae quidem nomen etiam in libro de mundo inveniri, ſed hunc librum non eſſe Ariſtotelis. Tum Orpheum recentiorem eſſe etiam Philemone, qui Ptolemaci Euergetae temporibus Periplum ſcripſiſſe videatur. Neque enim hunc eſſe comicum illum, quae Harduini et Schlözeri opinio fuerit, immemorum praefationis Ptolemaei. Hunc Philemonem, Celtarum fide nautarum, de Iuernia, immenſae magnitudinis inſula, ſcripſiſſe: ex eo Apollonium Κρονίην ἄλα et inſulam Ἠλεκτρίδα IV. 326. 506. Orpheum Κρόνιον Ὠκεανὸν et νεκρὴν θάλασσαν, de qua Plinius p. 467. ed. Hard. hauſiſſe. Dein, poſt Poſidonium fuiſſe Orpheum. Hunc enim primum Cimbros ac Cimmerios confudiſſe, idemque facere Orpheum, Cimmeriis ad mare mortuum collocatis; pariterque Philemonem, de quo eſt apud Plinium IV. 27. *Philemon Morimaruſam a Cimbris*, i. e. inde a Cimbris, *vocari, hoc eſt, mortuum mare, vsque ad promontorium Rubeas; vltrà deinde Cronium.* Noſſe etiam Orpheum Alpes montes, quos fluuium putauerit eſſe Herodotus. Quos montes non ante Graecis innotuiſſe, quam creſcente eorum cum Romanis commercio. Denique Orpheum poſt cognitum nomen Hermioniae, quam Germaniae eſſe appellationem, fuiſſe. Caeterum, qui Hermiones memoret, primum videri eſſe Melam.

Haec quidem Thunmannus. Quae ego neque amplius perſequi, nec, ſi quid forte in dubitationem vocari poſſit, veluti Λυκαία Britanniae nomen, aut Alpes cum Alpi fluuio permutatae, refellere volo. Nam et tanta eſt harum rerum obſcuritas, vt, niſi diligentiſſima perſcrutatione praegreſſa, vix tuto pedem promouere liceat, neque, etiam ſi haec ad liquidum perduci queant, multum lucri video. Certe Thun-

Digitized by Google

manni disputatio, quae quidem, vt puto, satis euincit Orpheum Herodoto multo recentiorem esse, non attingit tamen, nec per naturam rei potest attingere illam aetatem, cui, mea quidem sententia, aliae eaeque grauissimae rationes Orpheum vindicant. Eas autem rationes dico, quae ex oratione depromuntur: quibus nescio an nihil reperiri certius possit. Ac fortasse illud ipsum, quod hic scriptor se antiquum illum Orpheum, comitem Argonautarum mentitur, facilius etiam in Onomacriti, quam in Alexandrinorum aetatem quadrat: ita vt, si Alexandrinis non est antiquior Orpheus, his etiam aliquanto recentior putari debeat. Sed mittam hoc, quod est in coniectura positum. Ad illa me conferam, quae maiorem habent euidentiam. Ac satis mirari non possum Ruhnkenium, qui ne leuissimum quidem recentioris aetatis vestigium, contra proba omnia et antiquitatem redolentia in Orpheo se reperisse scribat. Quae si alius dixisset, cuius minor eruditio, minus subactum Graecorum lectione esset iudicium, eum profectó male versatum in antiquis scriptoribus esse crederem. In Ruhnkenio autem, qui, si quis alius, ista culpa vacuus est, quid aliud quam errorem agnoscam, quum haec primum scriberet, cupiditatem autem et, si dicere fas est, pertinaciam, quum iteraret? Quamobrem, ne nomen viri atque auctoritas nobis officiant, copiosius est atque enucleatius de oratione Orphei dicendum: quo id me consequuturum spero, vt errasse Ruhnkenium ostendam. Continetur autem oratio, in poeta quidem, duabus maxime rebus, numeris et dictione. De dictione post dicetur, et breuius: quoniam enim materia infinita est, satis erit praecipua commemorare, quae qui augere volet, semel monitus non quaeret frustra. Nunc numeros videamus, de quibus exponendum est explicatius illorum causa, qui ouum non putant ouo similius esse, quam, si modo sex pedes habeat, hexametrum hexametro. Et sunt hi satis multi.

Digitized by Google

Epica Graecorum poesis, quantum nobis quidem aestimare licet, originem ab Homero duxit. Huius exemplum sequuti sunt, qui postea in hoc genere elaborarunt, omnes; sed ita, vt, quae illum ausum esse viderent, sibi non omnia putarent concessa esse. Sic disciplina quaedam exstitit epicae poeseos, varias illa temporum successu experta mutationes. Ad quas qui diligenter attenderit, quasdam quasi sectas epicorum poetarnm deprehendet; vnde, qua quisque aetate vixerit, satis probabiliter poterit colligi. Sed in hac disputatione primam, eamque haud leuissimam difficultatem ipsa creant Homeri carmina, quae, ex quo praestantissima illa Wolfii prolegomena in lucem edita sunt, plurimam et praebuerunt iam dubitandi materiam, et posthac praebebunt. Scilicet praeclarum exemplum recte sequi, id est eius tantum, qui ipse in exemplis esse possit. Sed istas dissensiones qui excitauit, idem, vt speramus atque optamus, componet. Interim hoc iure nostro sumere nobis videmur, nec scriptoris vnius, neque aetatis eiusdem esse carmina ista, e quibus conflatae sunt Ilias et Odyssea. Quamquam in hac re vehementer dissentio a Schneidero, qui suam sententiam in praefatione ad Orphei Argonautica aperuit. Veluti quum decimum librum Iliadis fetum exsuccum et exsanguem ingenii languidi esse contendit, nihil in septimo, nihil in octauo, non in fine noni, non in obliuioso Achille haerens. Sed mittam haec. Illud contendo, in hac quaestione non negligendos esse numeros. Vt vno, sed eo luculento vtar exemplo, quis non mirum quantum interesse sentiat inter numeros, qui sunt in XIII. libro Iliadis, et eos, qui sunt in XXIII? Sed haec indicasse sat est. Progrediendum enim est ad ipsam epici versus historiam.

Ac prima omnium aetas epicae poeseos est, quam a principe poeta Homericam dicemus. Huius aetatis poetae primi sermonem metro accommodarunt: ii-

Digitized by Google

demque non modo epicae dictionis conditores exſtiterunt, ſed plurimarum etiam inuentores formarum, flexionum, menſurarum, quae ab heroico verſu deinde per omnem Graecae linguae copiam dimanarunt. Illi igitur quum ſermonem nullo dum metri vinculo ligatum, nullis dum menſuris, niſi quas in communi vſu aures notarent, diſtinctum, ſed obſequioſum adhuc et varie flectenti facile cedentem fingere et numerorum neceſſitati adſtringere inſtituerent, multa, vt par eſt, conati ſunt, quae quia non ſemper, ſed rarius admitterentur, inſequuta aetate, quae leges a priori accipiebat, vt licenter facta, quum regularum inſtar eſſe non poſſent, paullatim repudiata ſunt. Huius generis quum multae ſunt productiones breuium ſyllabarum in mediis vocabulis, longarumque correptiones, quae ab accentu potiſſimum habent originem, tum in primis haec duo, productiones ſyllabarum breuium in caeſura, et hiatus. Hiatum quidem ex Homero expellere nuper voluerunt. *Tamen vsque recurrit.* Praeterea illa aetate digamma Aeolicum, ſiue alio nomine vocare malis, in vſu fuiſſe videmus: quod quidem fruſtra conati nunc ſunt in Homero reſtituere. Nam quum Homerum a grammaticis, qui nihil de iſta littera cogitarunt, perpolitum habeamus, nihil aliud niſi indicare licet, vbi fuerit in Homero aut Heſiodo digamma, vel vbi expulſum ſit. Sed ne hoc quidem antea fieri poterit, quam quum huius litterae vis et ratio, quae non vbique eadem eſt, clarius fuerit expoſita.

Sequuta eſt hanc aetatem alia, quam Homeridarum vel rhapsodorum appellabimus. Habuit haec, pariter vt prior illa, vſum litterae Aeolicae: retinuit eadem hiatus quosdam et productiones breuium ſyllabarum in caeſura, ſed hiatu multo parcius, quam Homerica aetas, vtitur, et ſic fere, vt eadem exempla habeat, quae multo vſu prior illa poetarum aetas mollierat. Ab aliis licentiis abstinet. Huius generis

Digitized by Google

tum Iliadis et Odyſſeae quaedam partes ſunt, tum Hymni Homerici, praeter hymnum Mercurii et paucos e breuioribus: item ſcutum Herculis, Heſiodo adſcriptum. Prooemium Ἔργων Heſiodi, ne quis eo conturbari rationes noſtras putet, farrago eſt ſententiarum, e diuerſis diuerſarum aetatum ſcriptoribus concinnata.

Proxime locum tenent illi poetae, qui, quum digamma iam negligi coepiſſet, epos aggreſſi ſunt. Hi ab hiatu fere abstinent, ſed ſic vt, quos habent hiatus, plerumque in antiquioribus non fuerint hiatus, ſed facti demum ſint, quum digamma omiſſum eſſet. Quoniam enim antiquos imitantur, multa ab his transferunt, quae quum apud illos ob digamma carerent hiatu, nunc, neglecta iſta littera, hiatum habent. Productiones breuium ſyllabarum in caeſura eodem modo, vt Homeridae, vſurpant. Huic aetati adſcripſerim Homericum hymnum Mercurii.

Hinc paullatim ad maiorem quemdam cultum et ſtabilem diſciplinam progreſſa videtur epicae poeſeos tractatio. Eam diſciplinam in omnibus epicis, qui ad noſtram aetatem peruenerunt, ab Arato vsque ad Manethonem animaduertimus. Hi quum digamma prorſus ignorent, ita Homerum atque Heſiodum ſibi ſequendos duxerunt, vt productione breuis ſyllabae in caeſura, et hiatu vix aliter vterentur, quam in phraſibus et hemiſtichiis ex Homero Heſiodoue petitis. Vna tantum in re digamma, veluti ſi adhuc in vſu eſſet, vim ſuam retinuit; idque non modo apud hos, ſed etiam apud illos, qui hanc aetatem ſequuti ſunt. Pronomina dico οἵ et ἑ. Sed haec quoque aetas temporum ſucceſſu quaedam paullatim nouauit, donec ita deflecteret a veteri elegantia, vt, niſi inſigni quadam conuerſione, epica poeſis non poſſet ab interitu ſeruari.

Quae mutatio, etſi, quo auctore et duce facta ſit, non poteſt certo definiri, non dubitem tamen

Digitized by Google

cam ab Nonno repetere. Magno enim et illustri carmine viam praeire debuit is, quem omnes, veluti novum quemdam Homerum, exprimendum sibi ducerent. Ac tam manifesta est in his poetis, qui noua illa heroici versus forma vsi sunt, Nonni imitatio, vt hunc illis priorem fuisse certissimum videatur. Et, nisi fallor, huius Dionysiaca breui tantam consequuta sunt celebritatem, vt iam aequales eius carmina sua ad horum exemplum conformare studerent. Cuius rei nescio an documentum sit Proclus, quem numeri, quibus est in hymnis vsus, attigisse Nonni aetatem, et legisse Dionysiaca arguunt. Neque epici tantum, sed etiam epigrammatum scriptores Nonni hexametrum adsciuerunt, veluti Paullus Silentiarius, Leontius, Macedonius. Huius igitur sectae sunt Musaeus, Tryphiodorus, Colluthus, Christodorus, Ioannes Gazaeus, ab Rutgersio in Var. Lectt. II. 7. editus, Apollinaris. Eidem aetati quum alia quaedam, quae inter *σύμμικτα ἡρωϊκὰ* in Anal. Brunckii T. III. leguntur, tum fragmentum XXI. adscribi debent. Neque enim, vt Iacobsius, Nonnum ex isto poeta profecisse, sed versus istos ad Nonni exemplum factos existimo. Vsque ad hanc aetatem poetae epici, masculos Homeri numeros sequuti, caesuram fere vsurpauerant eam, quae est in prima tertii pedis syllaba. Sed haec caesura, nisi aliae accedant incisiones, quarum in Homero mira et ars et varietas est, dura sit atque aspera, praesertim si pluribus in sedibus hexametri similis incisio est; multoque magis corrumpitur versus, si trochaica in quarto pede caesura numeros frangit atque debilitat: quod etiam molestius est, si frequens alterum est caesurae genus, quod est in prima pedum syllaba. Hoc igitur modo quum virtus heroici versus paene extincta esset, ad eamque rem Attica illa correptio vocalium ante mutam cum liquida accederet, quae plane ab heroici versus dignitate abhorret: Nonnus, seu quisquis alius melioris disciplinae auctor fuit, spondeorum pondus cum dactylo-

Digitized by Google

rum volubilitate commutauit, caesuram introduxit trochaicam in tertio pede, trochaeum ex quarto pede expulit, Atticis correptionibus liberauit hexametrum, apostrophum, quantum potuit, remouit, hiatus non nisi in Homericis verborum formulis, atque in his quoque rarissime admisit, productiones denique brevium syllabarum in caesura plane eiecit. Ita etsi gravitatem antiquam amisit versus heroicus, numeros tamen recuperauit et rotundos et elegantes, tamque leveram accepit disciplinam, vt, nisi peritus, non posset epos moliri.

Sed quo certius de his rebus constet, diligentius dicemus de duabus postremis epicae poeseos aetatibus. Epicos autem non omnes vocamus, qui heroico versu scripserunt, sed illos tantum, qui Homerica dialecto vsi aut historias persequuti sunt, aut artes doctrinasque tradere instituerunt, qui vocantur didactici. Caeteros, vt bucolicos, et Callimachum, ab his excludimus. Nec de iis dicam, quorum nihil nisi fragmenta ad nos peruenerunt. Itaque ad hos maxime pertinebit nostra disputatio, ad Theocriti carmen XXV. Aratum, Apollonium Rhodium, Nicandrum, duo Moschi carmina, Dionysium Periegeten, Heroden Atticum, Orphei Lithica, Oppianum, Q. Smyrnaeum, Maximum, Manethonem, carmen de viribus herbarum, editum a Fabricio; tum ad Nonnum, et quos supra eiusdem sectae poetas commemorauimus. Atque Theocriti illud carmen vehementer ego miror fuisse qui ad Panyasin, vel, quod etiam incredibilius est, ad Pisandrum referrent. Quod carmen etsi Valckenario alienissimum ab Theocriti ingenio visum est, vereor tamen ne id propterea maxime sic videri possit, quod, vt idem Valckenarius pulcre intellexit, vbique manifesta est imitatio Homeri. Quare equidem quemadmodum illa dissimilitudine caeterorum Theocriti carminum, quae ne est quidem tanta, si comparentur, quae minus ab epico genere recedunt eiusdem poetae scripta, non

Digitized by Google

multum moueor, ita Wartono vt assentiar, qui diuinissimum hoc carmen Theocrito esse iudicat, has maxime caussas habeo, quod non modo prosodiae ratio bucolico generi propior est, sed quaedam etiam a scriptore isto vsurpata sunt, quae, epicis ignota, solis fere concessa erant poetis bucolicis: veluti θέλεις v. 53. οὐξ Ἐλίκηθεν v. 180. ποτὶ ταὔλιον v. 84. νασάμενος v. 265. ὥδε *hic*, v. 11. 14. *huc*, v. 35. 54. De prosodia infra dicetur, quum ad hoc disputationis nostrae caput peruenerimus. Etenim ordinem placet hunc sequi, vt primo de caesura, deinde de productionibus in caesura, tum de hiatu, denique de Atticis correptionibus vocalium ante mutam cum liquida exponamus.

Igitur caesuram supra diximus Homero et antiquis epicis hanc maxime placuisse, quae est in prima tertii pedis syllaba:

μῆνιν ἄειδε, θεά.

Qua illi quidem ita sunt vsi, vt non modo saepe trochaeum isto in loco ponerent:

ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα·

sed plurimas etiam alias admitterent incisiones. Quamquam illa prior caesura, quae in prima est tertii pedis syllaba, principatum obtinuit. Illam igitur morem seruarunt poetae omnes vsque ad Nonni aetatem. Hinc certo argumento colligimus, Orpheum, qui antiquam in caesura consuetudinem retinuerit, Nonno antiquiorem esse.

Sed in magna illa caesurarum varietate, quam habet versus heroicus, vna praecipue incisio est, quae quia vim et robur numerorum debilitat, a melioribus poetis improbata est. Eam dico, quae habet trochaeum in pede quarto:

Πηλεὺς δήν μοι ἔπειτα γυναῖκα γαμέσσεται αὐτῆς.

Hanc igitur non nisi rarissime admiserunt. In Homero haec exempla obseruaui: Iliad. IX. 394. XI. 686.

Digitized by Google

698. XXI. 483. 575. XXIII. 587. 760. XXIV. 526. Odyſſ. V. 400. 476. VI. 294. VII. 192. VIII. 554. XII. 47. 181. XVIII. 149. 322. XXII. 501. Aliis in locis, vbi haec caeſura eſt, curarunt poetae, vt variis eam modis tolerabiliorem redderent: ac primum ita, vt certe ſtatim ſequeretur caeſura in prima ſyllaba quinti pedis: vt Iliad. VI. 2.

πολλὰ δ' ἄρ' ἔνθα καὶ ἔνθ' ἴθυσε μάχη πεδίοιο.

Sic etiam XXIV. 60. 526. Odyſſ. XV. 277. Deinde ſic, vt vocabulum, quod illam caeſuram faceret, non eſſet amphibrachus, veluti in his, Iliad. IX. 482. X. 317.

μῆνον, τηλύγετον, πολλοῖσιν ἐπὶ κτεάτεσσιν.
αὐτὰρ ὁ μῆνος ἦεν μετὰ πέντε κασιγνήτῃσιν.

Ad quod genus pertinent etiam haec exempla, in quibus vocem, cuius menſura eſt amphibrachus, vocabulum vnius ſyllabae, quod cum illa voce proxime iungatur, praecedit, vt Odyſſ. XVIII. 139.

πατρί τ' ἐμῷ πίσυνος, καὶ ἐμοῖσι κασιγνήτοισιν.

Haec enim quis non ſentiat multo minus offenſionis habere, quam illud Iliad. XXIII. 760.

ἄγχι μάλ', ὡς ὅτε τίς τε γυναικὸς ἐϋζώνοιο.

Hae voces monoſyllabae, quae ad ſequentia trahuntur, ſi ſunt in ſecunda quarti pedis ſyllaba, hanc vim habent, vt prorſus non animaduertatur caeſura trochaica. Quamobrem haec minime rara ſunt exempla, vt,

ὡς ἔφατ'· ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων, καὶ ἐπείθετο μύθῳ.
ποιμαίνοντ' ἐπ' ὄεσσι λαβών, καὶ ἔλυσεν ἀποίνων.
τῶν δ' ἅπαν ἐπλήσθη πεδίον, καὶ ἐλάμπετο χαλκῷ.
καὶ τρίποδ' ὠτώεντα φέρειν· ὁ δ' ἔλυεν ὕφ' ἵππους.
κήρυξ γάρ οἱ ἕπετο Μέδων, ὃς ἐπεύθετο βουλάς.

uae leguntur Iliad. I. 33. XI. 106. XX. 156. XXIII. 3. Odyſſ. IV. 677. Alii ſunt loci, in quos vitioſa ctio hanc caeſuram intulit, vt hi:

Digitized by Google

ἐν πόλει ὑμετέρῃ· ἐπεὶ ἐκ ἄρ' ἔμελλον ἔγωγε.
ὣπασαν· αὐτάρ οἱ Περῖτος κάκ' ἐμήσατο θυμῷ.
ἠνιόχοιο πόθῳ· θαλερὴ δὲ μιαίνετο χαίτη.
ἣ ῥ' ὑπὸ Τυνδαρέῳ κρατερόφρον' ἐγείνατο παῖδε

Qui exſtant Iliad. V. 686. VI. 157. XVII. 439. Odyſ. XI. 298. In his locis vix dubitari poteſt, quin poeta dederit ἐκ ἄρα μέλλον, κακὰ μήσατο, quod etiam Ariſtarcho placuit, θαλερὴ δ' ἐμιαίνετο, κρατερόφρο ν' γείνατο. In Heſiodo caeſurae trochaicae in quar to pede haec obſeruaui exempla: in Theogonia v. 2 74. 319. 435. in Ἔργοις v. 518. 751. 800. In Scut Herculis v. 222.

χάλκεον, ἐκ τελαμῶνος· ὁ δ' ὥστε νόημ' ἐπετᾶτ

legendum eſt

χάλκεον, ἐκ τελαμῶνος· ὁ δ' ἔπτατο, ὥστε νόημα

Ἔπτατο cum aliis codd. habet Vitebergenſis. Ne facile erit, puto, qui ſibi perſuadeat, turpem verſum qui ibidem eſt 373. a poeta eſſe profectum:

τῶν δ' ὑπὸ σευομένων κανάχιζε πίσ' εὐρεῖα χθών

Ex Homero, ex quo deriuata eſt corruptio, etiam emendatio petenda videtur, hunc in modum:

τῶν δ' ὕπο σευομένων κανακχὴν ἔχεν εὐρεῖα χθών.

Vide Iliad. XVI. 105. 794.

Patet ex his, antiquos epicos ſatis raro iſtam admiſiſſe caeſuram. Poſtea, quum in artem iam et diſciplinam redacta eſſet epica poeſis, quo quis praeſtantior fuit poeta, eo diligentius ab iſta caeſura abſtinuit; quo negligentior, hoc eam vſurpauit frequentius. Quo certius de hac re conſtet, ordine enumerabimus poetas, qui ſunt aetatis Nonnum praegreſſae. Horum primus Aratus plane iſtam caeſuram declinavit. Nam in Phaenom. 634. quod legitur,

καμπαὶ δ' ἂν ποταμοῖο καὶ αὐτὶς ἐπερχομέναι σκορπίε,

Digitized by Google

in eo exemplo ſcribendum videtur καὶ αὐτὸς ἐρχομένοιο. In Dioſemeis autem v. 291.

νύκτερον ἀείδουσα, καὶ ὀψὲ βοῶντα κολοιοί,

duplex parata eſt excuſatio, vna, quod ὀψὲ βοῶντα vnius vocabuli inſtar eſt; altera ab Homeri auctoritate Odyſſ. V. 272.

Πληϊάδας τ' ἐσορῶντι καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην.

Eadem, quae Arati, etiam Apollonii Rhodii eſt, et Nicandri puritas, niſi quod apud hunc in Ther. v. 728. ita legitur,

ἐν δὲ κάρος κεφαλῇ, γένων δέ γ' ὑπέκλασε δεσμά.

Codd. δὲ γ'. Sed ſcribendum γένων δέ οἱ ἔκλασε δεσμά. Similiter v. 332. ἐπισίζουσί οἱ ἀλφοὶ reponendum pro ἐπισίζουσι μὲν ἀλφοί; et v. 758. pro παρέστραπται δὲ καὶ ὄσσε, legendum, παρέστραπται δέ οἱ ὄσσε. In Apollonio quidem I. 542. iure mireris vulgatam lectionem κελαινὴ κήκιεν ἄλμη a Brunckio augmenti adiectione corrumpi potuiſſe. Sequitur Dionyſius Periegetes, elegantiſſimus ſcriptor, immunis ab hoc vitio. Proximae ſunt hinc Herodis et Marcelli inſcriptiones, in quarum poſteriore bis caeſura eſt trochaica in quarto pede, v. 43. 45. In ſcriptore de Lapidibus nusquam inuenitur. Oppianus, diligens ſcriptor, hanc caeſuram habet Halieut. V. 58 Is vero, qui Cynegetica conſcripſit, imperitus homo, ſaepiſſime: I. 190. 395. II. 119. 120. 182. (qui quidem locus, ſi eſſet in alio ſcriptore, verborum collocatione mutanda cōrigi poſſet) 198. 265. 307. 505. 536. III. 85. 175. 237. 244. 266. 393. 495. 501. IV. 7. 28. 32. 120. 232. 234. 368. 399. 431. Diligentius ab hoc vitio ſibi cauit Q. Smyrnaeus, apud quem haec exempla inueni, I. 12. III. 67. V. 209. 272. 375. XI. 96. Alii in eodem ſcriptore bene multi ſunt loci, in quibus leui mutatione tolli caeſura iſta poteſt, vt augmenti omiſſione in his III. 28. 468. 713. IV. 46. XIII. 362. 368. 405. XIV. 609. Porro IV. 277. pro

Digitized by Google

δέ γ' ἐτέρπετο scribendum δέ τε τέρπετο; 426. ἐγγὺς pro ἔνεγγυς; VI. 474. δὲ κεῖνο pro δ' ἐκεῖνο; IX. 466. ἀμφὶ ἑ χεῖσαν pro ἀμφὶς ἔχεισαν; X. 241. ἐκ ἔτι μίμνε pro ἐκ ἔμιμνε, quod in ἐκέτ' ἔμιμνε mutabat Rhodomannus; XI. 161. δ' ἰαίνετο pro δ' ἄρ' ἰαίνετο. Apud Maximum hanc caesuram non reperi, sed apud Manethonem in his locis II. 173. III. 39. 42. 123. IV. 193. VI. 128. In Orphei Argonauticis inuenitur v. 184. 216. 672. 726. quibus quidem locis ad negligentiam poetae magis, quam ad aetatem indicandam vtar.

Ab Nonno inde plane alia heroici versus forma fuit. Ac caesura quidem, quae legitima habetur in hoc versu, trochaica est in pede tertio. Eam huius aetatis poetae ita frequentarunt, vt quibusdam in locis non ab ipsis poetis, sed ab librariis neglecta videatur, v. c. apud Tryphiodorum v. 119. 584.

χερσὶ μὲν ἀνδρομέῃς, αὐτὰρ βελῆσιν Ἀθήνης.
ἀνδράσι νηχομένοις καὶ ἐ φεύγεσιν ὁμοῖοι.

Scribendum:

χερσὶ μὲν ἀνδρομέῃσιν, αὐτὰρ βελῆσιν Ἀθήνης.
ἀνδράσιν οἰχομένοισι καὶ ἐ φεύγεσιν ὁμοῖοι.

Tanto diligentius ab trochaica caesura in quarto pede abstinuerunt. Apud Nonnum VI. 366. p. 198, 31. δ' ἐβιήσατο pro δὲ βιήσατο, et XLVII. 110. p. 1208, 17. δ' ἐβαρύνετο pro δὲ βαρύνετο scribendum. Apud eundem XVIII. 64.

Ἀττικὸν ἐνθάδε κῶμον ἔγειρον· ἀεθλοφόρῳ γάρ.

Scribendum:

Ἀττικὸν ἐνθάδε κῶμον ἐγείρετον· ἀθλοφόρῳ γάρ.

XXXVII. 212.

εἶπε, καὶ ἐ παρέπεισε· παῖς δὲ γενήτορα νίσσων.

Scribendum:

εἶπε, καὶ ἐ παρέπεισε· παῖς γενήτορα νίσσων.

Digitized by Google

Progredior ad alterum, quo numeros epicorum poetarum pro diuersis aetatibus differre dixi: productiones breuium syllabarum ob caesuram. His constat nihil apud Homerum atque Hesiodum esse frequentius. Sed haec ipsa nomina quum non vnam complectantur aetatem, in diuersis partibus diuersa ratio videtur obtinere, prouti quaeque pars maiorem habet licentiam. Nam quae sunt istius aetatis, quam Homeridarum appellauimus, in his iam non temere, sed sic, vt quamdam quasi disciplinae rationem animaduertamus, productiones istas videmus vsurpari. Sed haec amplius persequi non est huius loci. De illa enim aetate quaerimus, quae iam constitutam priorum exemplis atque auctoritate artem habuit. Haec igitur poetarum aetas quum longe parcius productionibus istis vteretur, his eas conditionibus admittendas putauit: si Homeri Hesiodiue aut hemistichium, aut colon, aut phrasin, in qua esset huiusmodi productio, suis carminibus intexerent; si ante idem verbum, licet alio in vocabulo, productionem haberet Homerus vel Hesiodus; si productio esset in fine coli Homerici vel Hesiodei, quamquam id colon apud hos poetas, aliis sequentibus verbis, non haberet istam productionem; si phrasin Homeri vel Hesiodi, leui mutatione facta, veluti casuum, vnde productione ob caesuram opus esset, reciperent; si similes Homeri vel Hesiodi loquutiones productionem haberent; si productio esset in vocabulo quatuor aut plurium syllabarum, in quo ipso genere antiquiores poetae viam monstrauerant; denique interdum in propriis nominibus, vel ante haec. Hoc igitur modo quum isti productionibus ob caesuram vterentur, sedulo tamen curarunt, vt vel sic, quantum fieri posset, iis abstinerent. Id quo clarius pateat, quaecumque huius generis exempla in recentioribus epicis notaui, ordine enumerabo, praesertim quum verendum sit, ne magna pars corruptorum versuum regulis istis, quas supra dixi obseruatas esse, repugnare existimetur. Illud

Digitized by Google

meminiſſe, qui haec legent, velim, me hanc rationem primis tantum lineis voluiſſe deſcribere. Erunt, quae addi; erunt fortaſſe etiam, quae corrigi poſſint. Id alii ſi fecerint, gratum mihi erit. Satis habebo, ſi via, quam indicaui, vera eſſe iudicabitur. Cuius ſi non alia, haec certe vtilitas erit, vt criticorum audaciae terminos ponat. Atque omnino haec pro additamento haberi velim ad ea, quae olim de metris ſcripſi. De quo libro quoniam diuerſiſſime viros doctos ſentire cognoui, ſemel ad haec reſpondebo, ſed ſic vt neminem domi ſuae ſecum loquentem introducam. *Domum reuertar mimus?* Igitur quum illum librum ſcriberem, fieri non potuit, quin in infinita materia, nullo duce, non idoneis praeſidiis inſtructus, timidior ob conſenſum omnium, qui plurimas licentias veteribus poetis concedebant, audacior alibi, vt in re deſperata, in plerisque verſuum generibus etiam ea ſibi indulſiſſe poetas putarem, quae eos diligenter cauiſſe poſtea intellexi. Sed quae tum poſui doctrinae metricae fundamenta, quasque his fundamentis ſuperſtruxi ſingulorum metrorum deſcriptiones, tantum abeſt, vt labefactatas a quoquam viderim, vt magis vel aliorum vel meis ipſius obſeruationibus confirmatas eſſe laeter. His ergo fretus, quae tum feci piacula, data opportunitate expiabo. Et ſi in tragicorum iambis et anapaeſtis, de quibus vnus omnium optime meritus eſt Richardus Porſonus, ſi in his igitur ſeueri et paene moroſi ſumus, cur eamdem diligentiam non transferamus etiam ad caetera antiquorum metra? cur verſus ſine offenſu toleremus, quales numquam audiuerunt Athenae, veluti,

οἰκτρότατα θοινάματα καὶ σφάγια γενναίων τεκέων,
τᾶς δυσάνω Κολχίδος?

cur vſitatiſſimum genus, dochmiacos, in lacera membra diſcerptum iacere patiamur? cur, ab ipſa earum appellatione, tamquam ab infelici nomine, abſtinen-

Digitized by Google

tes, malimus, quum breuiter dochmiacum possimus, talem versum, quales hic vel ille est, vocare? quasi tu dicas, Virgilium scripsisse metro tali,

versibus, quos olim Fauni vatesque canebant:

cur denique heroicum versum, nobilissimum omnium, omnique tempore celebratissimum, non eadem cura, qua alios, dignum habeamus, inprimisque perscrutemur? Hoc igitur agamus.

THEOCRITI CARMEN XXV.

In Theocriti carmine XXV. quod supra iam dixi medium quasi esse inter bucolicam et epicam dictionem, satis crebra exempla sunt productionum ob caesuram. Vs. 2.

παυσάμενος ἔργοιο.

Hoc etsi neque apud Homerum, neque apud Hesiodum legitur, tamen et in vocabulo quatuor syllabarum est productio, et verba eiusmodi, vt in iis antiquiorum carminibus, quae perierunt, facile reperiri potuerint.

vs. 69.

ἀμφότερον, ὀδμῇ τε χροός, δέπῳ τε ποδοῖιν.

Hoc quoque et quadrisyllabum vocabulum est, et simile multis antiquiorum locis, vt Iliad. III. 179. IV. 60. 145. VII. 418. XIII. 166. XVIII. 365. Od. XIV. 505. XV. 78.

vs. 73.

τὲς μὲν ὄγε λάεσσι.

Etsi hoc apud antiquissimos non inuenitur, simile tamen est ὄγε λιγέως Odyss. XI. 390. Praeter hoc comparari possunt πεδία λωτεῦντα Iliad. XII. 283. δὲ λίθος 459.

vs. 87.

ἐκ βοτάνης ἀνίοντα μετ' αὐλιά τε σηκά τε.

Vide infra ad Dionys. Perieg. 469.

Digitized by Google

vſ. 138. σθένεϊ ᾧ. Iliad. V. 71. πόσει ᾧ. Tum σθένεϊ μεγάλῳ XII. 224. XIII. 192. σθένεϊ τε XV. 108. XVII. 329.

vſ. 201. ποταμὸς ὥς. Sic αἰγύπιος ὡς Iliad. XIII. 531. ἠέλιος ὡς XIV. 185. Od. XIX. 234. ἀθάνατος ὡς VI. 309. θεὸς ὡς Iliad. III. 230. XI. 58. Od. XIV. 205. κασσίτερος ὡς Heſiod. Theog. 862.

vſ. 203.

οἱ ἔθεν ἀγχίμολοι ναῖον, ἄτλητα παθόντες.

Similia ſunt Iliad. XVII. 317. ἴαχον, ἐρύσαντο δέ. Nam vtrum hic digamma fuerit, an non, nihil ad rem, quiá Homeri imitatores eam litteram ignorabant. XVIII. 222. ἄϊδν ὄπα. Od. VII. 341. ὦτρυνον Ὀδυσῆα. Niſi corrupta eſt Theocriti lectio.

vſ. 211. ὅθι λῖς. Apud Homerum eſt ὥςτε λῖς Iliad. XI. 239. XVII. 109. XVIII. 318. τε λῖν XI. 480.

vſ. 222. πρὶν ἰδέειν, et 258. πάσεν δ' ὄγε, πρὶν ἔμ' ἰκέσθαι, et 263. in theſi, νωσάμενος, πρὶν αὖτις. In primo horum locorum eo minus mutari quidquam debet, quod credibile eſt verba πρὶν ἰδέειν ad exemplum antiqui cuiuspiam poetae, qui digamma adhuc vſurpabat, poſita eſſe. Talia ſunt apud Homerum Iliad. XVII. 5. πρὶν αἰδυῖα. XXI. 225. πρὶν ἕλσαι. XXII. 17. πρὶν Ἴλιον. Od. XIII. 113. πρὶν αἰθέρας. Sed in altero exemplo, πρὶν ἔμ' ἰκέσθαι, non eſt dubium, quin γὲ addi debeat, quod cum πρὶν ſaepiſſime iungitur. Apud Homerum πρὶν in arſi producitur his in locis: Iliad. II. 348. πρὶν Ἀργοςδ' ἰέναι. VII. 390. πρὶν ὤφελλ'. VIII. 474. πρὶν ὦρθαι. XVI. 839. πρὶν ἰέναι. XXI. 179. πρὶν Ἀχιλεύς. 340. πρὶν ἀνόπαυε. XXIV. 245. πρὶν ἀλαπαζομένην. 764. πρὶν ὤφελλον. Odyſſ. IV. 254. πρὶν Ὀδυσῆα. XI. 631. πρὶν ἐπί. XIII. 192. πρὶν ἄλοχος. XIV. 334. et XIX. 291. πρὶν ἀπέπεμψε. XV. 210. πρὶν ἐμέ. 393. πρὶν ὦρη. XVII. 105. et XVIII. 401. πρὶν ἰλθεῖν. XIX. 475. πρὶν ἔγνων. Sed horum quoque locorum neſcio an bona pars habuerit additum γέ: certe quin habere poſſit, non eſt dubium. In tertio, Theocritei

Digitized by Google

carminis loco ambiguum eſt, vtrum γὲ addiderit, an Homeri exemplo πρὶν etiam in theſi produxerit. Ita apud Homerum Iliad. VI. 81. πρὶν αὖτ'. IX. 403. XIII. 172. XXII. 156. πρὶν ἐλθεῖν. XVI. 322. πρὶν ἐπέσσαι, 840. πρὶν Ἕκτορος. Odyſſ. IV. 668. πρὶν ἡμῖν.

vſ. 235. ἀπὸ νευρῆς. Iliad. XI. 476. 664. XIII. 585. XV. 313. XVI. 773. XXI. 113. Reponi hoc debet in Scuto Herc. 409. pro ἀπαὶ νευρῆς.

vſ. 257. ἐπὶ λασίοιο. Non diſſimile ἐπὶ λιθέῳ Iliad. XXIII. 202. Ac ſaepius praepoſitio ἐπὶ vltimam in caeſura producit, vt ἐπὶ μελίης Iliad. XXII. 225. ἐπὶ λιγὺς Od. III. 176. ἐπὶ κακὸν XII. 209. ἐπὶ μελίνῃ XVII. 339.

ARATVS.

vſ. 577.

τὸν δὲ καὶ εἰς ὥμους κατάγει μογερὸν Ὀφιοῦχον.

Scribe μογερὸν κατάγει Ὀφιοῦχον.

vſ. 662. ὅ ῥ' ἐνὶ χειρὶ. Odyſſ. XXII. 327. Saepe Apollonius Rhodius, aliique. Haec, quae ante litteram ρ productionem habent, poſthac omittam. Neque enim per licentiam, ſed legitime producuntur.

vſ. 703. δυωδεκάδα μένει ἄλλην. In quo loco etſi aliam lectionem δυωδεκάδ' ἀμμένει e variis lectionibus codicum et ſchol. Vindob. eruere aliquis poſſit, retinenda tamen videtur vulgata. Nam et μ ſequitur, quae littera facile in pronunciando duplicatur, et vocabulum longius maiorem habet veniam. Exemplorum ex antiquis commemoratione ſemel defungar. Ac nunc quidem ea tantum proferam, quae in α exeunt. Iliad. I. 45. ἀμφηρεφέα τε. V. 576. Πυλαιμένεα ἐλέτην. VII. 462. et XII. 31. ἠϊόνα μεγάλην. VIII. 556. ἀριστρεπέα ὅτε. XV. 463. εὐσσελφέα νευρήν. XVI. 143. et XIX. 390. et XXI. 162. et XXII. 133. Πηλιάδα μελίην. XVI. 774. χερμάδια μεγάλ'. XXI. 243. εὐφυέα μεγάλην. XXII. 393. ἠράμεθα μέγα. XXIII. 240. ἀμφραδέα τε. Odyſſ. IX. 147. κυλινδόμενα ποτὶ. X. 42. νισσόμεθα πε-

Digitized by Google

νεάς. 353. πορφύρεα καθύπερθ'. XII. 396. ὀπταλέα τε. XIV. 343. ῥωγαλέα τά. XVIII. 76. δειδίστα σάρκας. Hymn. Apoll. 302. ζατρεφέα, μεγάλην. In Scuto Herculis quidem v. 166.

σίγματα δ' ὡς ἐπέφαντο ἰδεῖν δεινοῖσιν ὀράκεσσιν
κυάνεα κατὰ νῶτα,

quum edd. vett. et codd. Pal. Viteberg. habeant κυάνεοι, legendum puto σιγμαῖ κυάνεαι. Στιγμαὶ adhibuit in explicatione huius loci Io. Diaconus.

vs. 706. Ὠκεανοῖο νέον ἑπότε προγένοντα. Apud Hipparchum νέον δ', in cod. Mosc. νέον γ' est. Quod etsi ferri posset, retinendam tamen puto vulgatam. Hom. hymn. Merc. 371.

σήμερον ἠελίοιο νέον ἐπιτελλομένοιο.

vs. 852. περὶ νέφεα. Vide infra ad Quintum II. 222.

vs. 940. (Diosem. 208.)

ἣ διδύμη ἔζωσε διὰ μέγαν ἠερανὸν Ἶρις.

Ex ingenti multitudine locorum, in quibus ante μέγας, et quae inde composita sunt, breuis vocalis producitur, satis habeo διὰ μεγάθυμον Ἀθήνην, quod proxime ad Arati versum accedit, commemorare, Odyss. VIII. 520. XIII. 121.

vs. 983. (Diosem. 251.)

μηδὲ σύ γ' ἣ χύτρης ἠὲ τρίποδος πυριβήτεω,
σπινθῆρες ὅτ' ἔωσι περιπλέονες, λελαθέσθαι.

Etsi non dissimilis productio in his est, vel etiam digamma ignorantibus esse vita est, Iliad. XV. 351. κύνες ἐρύσσι. XVI. 569. et XVII. 254. Τρῶες ἑλικῶπας. XVI. 592. Τρῶες ὤσαντο. XVII. 730. Τρῶες εἶως. XVIII. 288. μέροπες ἄνθρωποι. XXII. 473. εἰνατέρες ἅλις. XXIV. 604. θυγατέρες ἧξε. Od. XI. 412. σύες ὦς. Hymn. Apoll. 491. 509. ἐτικαίοντες ἐπί. Hymn. Merc. 196. κύνες ὅ τε: tamen vereor ne scripserit Aratus, ἠὲ τρίποδος πυριβήτεω σπινθῆρων, ὅτ' ἔωσι περιπλέονες, λελαθέσθαι. Iliad. XVII. 65. pro κύνες ἄνδρες τε legi debere κύνες τ' ἄνδρες τε,

Digitized by Google

etiam si non suaderent v. 1110. 658. ipsa consuetudo poetarum monstraret.

vs. 1090. (Diosem. 358.)

ὄφρα τις εὐετὴς χαίρῃ ποτιδέγμενος ἀνήρ.

Scribe εὐεσσοῖ e codd.

vs. 1100. (Diosem. 368.) πολυγλαγέος ἐνιαυτῷ. Hoc habet excusationem longioris vocabuli.

vs. 1112. (Diosem. 380.)

τὰ δὲ παντόθι πολλὴς
δάκνωσιν πυκινῇσι κελευόμενα λιθάκεσσιν.

Sermo est de gregibus ouium. Cod. Vind. κελευόμεναι. Scribe κελευόμενοι. Vitium latet in glossa πολλῆς, cuius loco nomen fuit neutrius generis, ad quod τὰ pertineret, fortasse φύλλα.

APOLLONIVS RHODIVS.

I. 289. πολέος ἐμέγηρε τόκοιο. Factum hoc est ad similitudinem aliorum exemplorum producti huius genitiui. Iliad. XIV. 405. σάκεος ὁ δέ. XXI. 23. λιμένος εὐάρμιος. XXII. 282. μένεος ἀλκῆς τε. XXIV. 544. et hymn. Apoll. 37. Μάκαρος ἕδος. Odyss. X. 493. et XII. 267. μάντιος ἀλκῇ. XI. 321. Μίνως ὀλοόφρονος. Hes. Ἔργ. 430. δμῶες ἐν. Theog. 625. δυσηλεγέος ἀπό. Hom. hymn. Merc. ὑψηρεφέος ἄντροιο.

I. 383. μᾶλα μέγα. Iliad. XV. 321. XXII. 407. 435.

I. 464. ἐνὶ μέσσοισιν, et II. 879. ἐνὶ μέσσοις. Hoc non occurrit apud Homerum et Hesiodum. Nihilominus ab aliquo antiquorum acceptum puto.

I. 563. τότε μέγαν. Etsi haec ipsa verba non inveniuntur in reliquiis antiquorum epicorum, tamen apud eosdem plurima alia sunt simillima, ita vt ante μέγας et inde composita productiones habeantur legitimae. Quare in Scuto Herculis v. 437. damnari debet ἀπαὶ μεγάλῳ prae lectione cod. Vit. et quarumdam edd. ἀπὸ μεγάλῳ. Eodem modo in Q. Smyrn. I. 11. ὑπὸ μέγα scribendum pro ὑπαὶ μέγα.

Digitized by Google

I. 639. ἐπὶ δίος. Iliad. I. 515. Odyſſ. VIII. 563.

I. 670. πέρι δὲ μενέαιν' ἀγορεῦσαι. Iliad. XV. 104. Ζηνὶ μενεαίνομεν. XIX. 58. ἔριδι μενεήναμεν.

I. 810. et II. 1022. et III. 228. 305. 585. et IV. 1085. ἐνὶ μεγάροις. Iliad. I. 396. et ſaepiſſime.

I. 936.

ἔστι δέ τις αἰπεῖα Ποσειδάωνος ἔνοδοι νῆες.

Productio excuſatur eo, quod ἔστι δέ τις colon eſt Homericum:

ἔστι δέ τις προπάροιθε πόλεος αἰπεῖα κολώνη.
ἔστι δέ τις Θρυόεσσα πόλις, αἰπεῖα κολώνη.
ἔστι δέ τις ποταμὸς Μινυήϊος εἰς ἅλα βάλλων.
ἔστι δέ τι σπέος εὐρὺ βαθείης βένθεσι λίμνης.

Iliad. II. 811. XI. 711. 722. XIII. 32.

I. 1036. περὶ μέγα, et II. 576. περὶ μέγας. Iliad. XXI. 10. περὶ μεγάλ'.

I. 1096. ἀλκυόνος ἁλίης, quia longius vocabulum eſt.

I. 1191. ὐδὲ μέγα. Saepe, ſi non hoc, at certe δὲ μέγα apud antiquos. Iliad. II. 43. IX. 537. XIII. 366. XXI. 328. 519. XXII. 163. Odyſſ. V. 435. IX. 44. Scut. Herc. 364. 461. Hom. hymn. Cer. 240. Δὲ μέγας Iliad. II. 196. Δὲ μέγαν III. 152. Hymn. Ven. 26. Ὣς μέγα Iliad. XV. 381. Μηδὲ μέγα XXII. 57.

I. 1198.

ἠνορέῃ πίσυνος· ἐν δὲ παλαιτὸν ὦμον ἔρεισεν.

Non modo ἠνορέῃ πίσυνος eſt apud Hom. Iliad. VIII. 226. XI. 9. ſed productio etiam in hoc vocabulo occurrit Iliad. XXIV. 295. 313. τῷ πίσυνος ἐνὶ νηΐ.

I. 1297. et IV. 1145. πυρὸς ὥς. Vide ſupra ad Theocriti carmen v. 201.

I. 1360.

οἱ δὲ χθονὸς εἰσανέχυσαν
ἀκτὴν ἐκ κόλποιο μάλ' εὐρείαν ἐσιδέσθαι.

Digitized by Google

Beckius se dicit cum Brunckio γὲ post εὐρεῖαν inseruisse. At id iam in ed. Stephani exstat. Turpis versus, siue addatur γέ, siue omittatur. Apollonius scripsit λίην εὐρεῖαν ἰδέσθαι.

II. 111. κατὰ λαπάρην. Iliad. VI. 64. XIV. 447. 517.

II. 119. μάλα τεταγὼν haud dubie falsa lectio, quam Brunckius recepit. Versum corruptissimum non noui qui melius sanauerit Ruhnkenio.

II. 183.

τῷ καί οἱ γῆρας μὲν ἔπι δηναιὸν ἴαλλεν.

Δηναιὸς semel tantum apud Homerum est, ὅττι μάλ' ἐ δηναιός, Iliad. V. 407. Sed δὴν de more praecedentem vocalem longam reddit. Ita μάλα δήν, Iliad. I. 416. XIII. 573. Od. XXII. 473. ἔτι δήν, Iliad. VI. 139. XX. 426. XXIII. 690. Od. II. 36. 397. VI. 33. ὀδὲ δήν, Iliad. XVI. 736. Od. V. 127. Similiter ἐπὶ δηρὸν Iliad. IX. 415. ἔτι δηρὸν Odyss. I. 203.

II. 207. μάλα μόλις. Non inuenitur hoc in Homeri et Hesiodi, quae ad nos peruenerunt, carminibus. Sed potuit eodem iure poni, ac μάλα μέγα, praesertim quum vsitata loquutio sit.

II. 358.

Παφλαγόνων, τοῖσιν Ἐνετήϊος ἐμβασίλευεν.

Scribe: τοῖσίν θ' Ἐνετήϊος. Vulgo τοῖσίν τ'.

II. 360.

Ἔξι δέ τις ἄκρη. Vide supra ad I. 936.

II. 404.

Ἄλσος τε σκιόεν Ἄρεος.

At codd. σκιόειν, vt δακρυόειν IV. 1291. Schol. τὸ δὲ σκιόειν ἀντὶ τῦ σκιόεν, κατὰ Ἰωνικὴν πρόθεσιν τῦ ι. Hanc formam si ex Homero hausit Apollonius, locus Homeri fuerit necesse est Iliad. XXIV. 269. vbi nunc est ὀμφαλόεν, εὖ οἰήκεσσιν ἀρηρός. Nonnus XXV. 438. p. 668, 6. habet ἐρόειν. Θυόειν reponendum in Antipatri Sidonii epigr. 83, 10. Aliquanto enim diligentius, quam plerique existimant, curari, ne breuis syllaba in

Digitized by Google

caesura pentametri elegiaci sit, magna locorum copia, e quibus hoc vitium expelli debet, demonstrari potest.

II. 415.

ἀσπασῶς κε παρὰ σέο καὶ τὸ δαείην.

Inusitata haec productio. Ed. Steph. habet κεν. Aut ἀσπασίως κεν πὰρ σέο, aut κε παραὶ σέο scribendum.

II. 566. νέφος ὥς. Vide supra ad carmen Theocriteum v. 201.

II. 624. κατανtικρὺ Πελίαο. Ἀντικρὺ vltima producta saepissime apud Homerum. Id et hoc loco imitatus est Apollonius, et v. 979. IV. 127. 224. 459. 579. 1334.

II. 936.

ὦ ἔνι κῆρη
Λητωΐς, ἄγρηθεν ὅτ' ἐρανὸν εἰσαναβαίνει.

Excusatio productionis ab nomine proprio.

II. 966. Ἀρητιάδα Μελανίππην. Vide supra ad Aratum v. 703.

II. 1071. ἔπι δὲ λόφοι ἐσσείοντο. Iliad. XIII. 615. ὑπὸ λόφον. Od. XI. 595. ποτὶ λόφον.

III. 36. ἐπὶ μέγα. Odyss. V. 366. XIX. 53. Sic ἐπὶ μέγαν Iliad. I. 233. IX. 132. 274. Odyss. XX. 229. XXII. 2. ἐπὶ μεγάλῳ Iliad. X. 304.

III. 445. παρὰ λιπαρήν. Iliad. XXII. 406. δὲ λιπαρήν. Odyss. XV. 331. δὲ λιπαροί. XIX. 368. τὲ λιπαρά. Tum ὑπὸ λιπαροῖσιν Iliad. II. 44. X. 22. 132. XIV. 186. Od. II. 4. IV. 309. XIII. 225. XX. 126. Ἠγάγετο λιπαρήν, Hesiod. Theog. 901.

III. 458.

αὐδή τε μῦθοί τε. Vide infra ad Dionys. Perieg. 469.

III. 534. et IV. 754. ἀπὸ μεγάροιο. Odyss. XX. 343. XXIII. 43.

III. 865.

ἕσσευε δ' αὐτὸς
Ἰαπετοῖο πάϊς, ἐδύνῃ πέρι θυμὸν ἀλύων.

Digitized by Google

Noluit dicere Ἰαπετιονίδης. Heſiodus Theog. v. 746.

τῶν πρόσθ' Ἰαπετοῖο παῖς ἔχετ' ἠρανὸν εὐρύν.

III. 1124. θεὸν ὥς. Iliad. XXII. 434. Odyſſ. V. 36. VII. 71. XIX. 280, Heſiod. Theog. 91.

III. 1381.

ἕτα δὲ μίγδην
ἀμῴων, πολέας μὲν ἔτ' ἐς νηδὺν λαγόνας τε
ἡμίσεας ἀνέχοντας ἐς ἠέρα, τὼς δὲ καὶ ἄχρις
ὤμων τελλομένους, τὼς δὲ νέον ἐσηῶτας.

Priori productioni, quae longioris vocabuli veniam habet, ſimiles ſunt hae Iliad. V. 752. VIII. 396. κεντρηνεκέας ἔχον. XVIII. 589. κατηρεφέας ἰδέ. Od. II. 65. περικτίονας ἀνθρώπους. III. 6. παμμέλανας Ἐνοσίχθονι. XI. 364. πολυσπερέας ἀνθρώπους. Sed pro τὼς δὲ νέον ſcribendum videtur τὼς δ' αὖ νέον.

IV. 97.

κεριδίην σὲ δόμοισιν ἔνι θήσεσθαι ἄκοιτιν.

Ita e Pierſoni emendatione edidit Brunckius, quia Graece non dicatur ϛήσασθαι ἄκοιτιν. Nam vulgo ἐνιϛήσασθαι. Codd. omnes ἐνιϛῆσεσθαι. At haec vera eſt lectio, modo recte intelligatur. Hoc enim dicit: σέ, κεριδίην ἄκοιτιν ἔσαν, δόμοις ἐνιϛήσεσθαι.

IV. 125. βέβλητο, νεφέλῃ ἐναλίγκιον. Iliad. XIV. 350. ἔτι δὲ νεφέλην ἔσσαντο.

IV. 361. κλέα τε μεγάρων. Odyſſ. XVI. 341. XVII. 604. λίπε δ' ἔρκεά τε, μέγαρόν τε.

IV. 466. ἠὲ μέγα. Vide ſupra ad I. 1191.

IV. 526. ἐδέ σφιν, ὡς καὶ πρίν. Iliad. XXIV. 464. σφὶν ἄδε.

IV. 528. et 1548. et 1589. τρίποδα μέγαν. Iliad. XVIII. 344. XXII. 443. XXIII. 40. Odyſſ. VIII. 434. XIII. 13.

IV. 543. Νηϊάδα Μελίτην. Vide ſupra II. 966. et ad Aratum v. 703.

Digitized by Google

IV. 600.

τραύματος αἰθομένοιο βαρὺν ἀνεκήκιεν ἀτμόν.

Etsi Odyss. IX. 257. est φθόγγον τε βαρύν, αὐτήν τε τέλωρον, tamen productio excusationem habet ab similitudine hemistichiorum Homeri, Iliad. VII. 262. μέλαν δ' ἀνεκήκιεν αἷμα, et XXIII. 507. πολὺς δ' ἀνεκήκιεν ἱδρώς, praesertim quum XIII. 705. similis productio sit: πολὺς ἀνακηκίει ἱδρώς.

IV. 620.

ὣδ' ἐπὶ γηθοσύνας τράπετο νόος· ἀλλ' ἄρα τείγε.

Scribe νόος ἐτράπετ'. Iliad. XVII. 546. δὴ γὰρ νόος ἐτράπετ' αὐτῷ.

IV. 640. ἐπὶ μέγας. Vide supra ad III. 36.

IV. 829. νυκτίπολος Ἑκάτη, ob longius vocabulum et nomen proprium.

IV. 870. νύκτα διὰ μέσσην. Non est haec Homeri aut Hesiodi productio. Vide supra ad I. 464.

IV. 1171. εἶσιν ἐνὶ λεχέεσσι. Non est in antiquis. Sed ἐνὶ λέκτρῳ Od. XIX. 516. et ἀπὸ λέκτροιο XXIII. 52.

IV. 1229.

ἤδη Κερῆτιν ἔλιπον, χθόνα.

Lectio ed. Flor. et cod. Guelferb. Κρήτων, quae metro medetur, non praeferenda tamen videtur alteri. Sed, nisi fallor, λεῖπον scripsit Apollonius.

IV. 1284. ξόανα ῥέζ. Iliad. XII. 159. βέλεα ῥέον.

IV. 1398. χθόνιος ὄφις. Proprium hoc Apollonii est.

IV. 1534. νέκυν ἐλεεινὰ παθόντα. Iliad. XXIII. 110. νέκυν ἐλεεινόν.

IV. 1544.

σπινθαρύγεσσι πυρὸς ἐναλίγκια.

Non occurrit in antiquis.

IV. 1735. ὑπὸ λιβάδεσσι. Neque hoc in antiquis est.

Digitized by Google

NICANDER.

Ther. 101. νεοσφαγέος ἐλάφοιο. Sic recte cod. Aug. pro vulgato νεοσφαγέως. Vide ſupra ad Arat. 1100. ad Apollon. I. 289.

Ther. 282.

σῆμα δέ τοι δάκεος αἱμορῥόος αὐτίκ' ἐνίσπω.

Affertur apud Etym. M. p. 245, 37. et in Lexico MS. Vide ſupra ad Apollon. I. 289.

Ther. 468.

ἄλγεσιν ἐμβαρύθουσα κατὰ μέσον ὀμφαλὸν ἴζει.

Cod. Riccard. qui μέσον κατὰ habet, etſi, dum vni vitio medetur, alterum infert, labefactat tamen vulgatam lectionem. Scribe: κατ' ὀμφάλιον μέσον. Ὀμφάλιον Aratus 207. et alibi.

Ther. 591. παλαισταγέος οἴνοιο. Vide ſupra ad Arat. 1100. ad Apollon. I. 289.

Ther. 943.

ἴσα δὲ δαφνης
σπερμεῖα, κύτισόν τε.

Perrara productio eſt ante litteram κ, vt Odyſſ. VI. σπεῖρα καί. X. 42. νισσόμεθα κενεάς. 143. λιμένα καί. 353. πορφυρέα καθύπερθ'. XII. 209. ἐπὶ κακόν. Scut. Herc. 398. δὲ κέγχροισι. Quare vereor ne σπερμεῖον ſcripſerit Nicander. Eutecnius: καὶ δάφνης ἔτι μὴν τὸν καρπόν, καὶ ἧς τὸ ὄνομα βοτάνης κύτισος, verbum ἴσα per ἔτι μὴν interpretatus.

Alex. 397.

μηδέ σέ γ' ἐχθομένη λήθῃ πόσις, ἠ γὰρ ἄϊδρις,
Φαρικῆ, ἢ γναθμοῖσιν ἐπὶ βαρὺν ὤπασε μόχθον.

Praepoſitio ἐπί, praeterquam quod metro vitium infert, non modo inutilis, ſed etiam moleſta eſt. Scribe:

Φαριακῆ, γναθμοῖσιν ἐπεὶ βαρὺν ὤπασε μόχθον.

Digitized by Google

Alex. 504.

τὸ δὲ λαιμὸν ἀμείψῃ
νωδάλων ἀκροτάτοισιν ἐπιπλῶον ὑδάτεσσιν.

Productio haec, vt in verſu nón niſi ex longis vocabulis compoſito, nihil offenſionis habet. Quamquam quum diligentius vitare productiones ſoleat Nicander, fortaſſe non prorſus iniuria ſuſpiceris eum ſcripſiſſe: τὸ δὲ λαιμὸν ἀμείψῃ νωδάλων, ἀκροτάτοισιν ἐπιπλώεσ' ὑδάτεσσιν. Loquitur enim de hirudine.

MOSCHVS.

In Europa v. 34. ποτὶ δὲ λειμῶνας ἔβαινον. Non habeo exemplum ex antiquioribus.

159. πάλιν ἐτέρην. Iliad. X. 281. πάλιν ἐπὶ νῆας. Et alibi ſaepius, ſi locos commemorare vellem, in quibus digamma ſequebatur.

In Megara v. 22. ὄφις ἔτι. Heſiod. Theog. 334. ὄφιν, ὃς ἐρεμνῆς κεύθεσι γαίης.

24. μάλα λιγύ. Iliad. III. 214. μάλα λιγέως.

DIONYSIVS PERIEGETES.

V. 469. Πελωρίς τε Λιλύβη τε: 914. Ὀρθωσίδα τε Μάραθόν τε: 1019. Γηλοί τε Μάρδοι τε. Vſitatiſſima haec loquutio: quare ſaepe productionem habet. Iliad. XI. 265. 541. ἔγχεί τ', ἄορί τε, μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν. XIV. 164. et Odyſſ. V. 268. ἀτημονά τε λιαρόν τε. Iliad. XVI. 767. Φηγόν τε μελίην τε. XX. 242. ὀφέλλει τε μινύθει τε. Odyſſ. VI. 152. et XI. 336. et XVIII. 248. et XXIV. 373. et hymn. Ven. 85. εἶδός τε μέγεθός τε. Odyſſ. IX. 293. ἔγκατά τε σάρκας τε. 426. καλοί τε μεγάλοι τε. XII. 436. μακροί τε μεγάλοι τε. XIII. 289. καλῇ τε μεγάλῃ τε. XV. 417. καλή τε μεγάλη τε. XVI. 341. et XVII. 604. ἔρκεά τε μέγαρόν τε. XVIII. 67. καλές τε μεγάλες τε. Heſiod. Theog. 218. et 905. Κλωθώ τε Λάχεσίν τε. 227. Λήθην τε Λιμόν τε. 320. δεινήν τε μεγάλην τε. Scut. Herc. 5. εἶδεί τε μεγέθει τε:

Digitized by Google

ne illud, μέγα τε δεινόν τε commemorem, quod apud antiquos quidem non per licentiam, sed legitime producitur.

V. 572. κατὰ νόμον. Hesiod. Theog. 417.

V. 751.

ἐ γάρ σφι Θέμις ἀνεμώλια βάλλειν.

Non est in antiquis.

V. 918. ἐνὶ μέσσῃσιν. Vide supra ad Apollon. I. 464.

V. 979. ἐπὶ Νότον. Odyss. XII. 427. ἦλθε δ' ἐπὶ Νότος ὦκα.

V. 998.

τοίη ἐπὶ κείνης ἄροσις πέλει.

Scribe τοίη τοι κείνης. Paraphrastes: ἐπεὶ τοιαύτη ὑπάρχει τῆς γῆς ἐκείνης ἡ ἄροσις.

V. 1147.

ὀρνύμενοι προρέεσσιν ἐπὶ Γαγγήτιδα χώρην.

Ob nomen proprium.

HERODES.

V. 37.

ὥναθ', ὅτε νηὸν Δημήτερος ἐξαλάπαξεν.

Similiter in Hom. hymn. Cer. 319. ἐνὶ νηῷ.

OPPIANVS.

Halieut. I. 297. et II. 24. περὶ μελέεσσι. Non occurrit in Homero et Hesiodo. Sed dictum eadem venia, qua quod sequitur.

Halieut. I. 539. ἀπὸ μελέων. Iliad. XIII. 672. XVI. 607. Odyss. XV. 353.

Halieut. I. 737. ἐνὶ λαγόνεσσιν. Melior lectio ἔσω.

Halieut. II. 70. οἷκ νέκυς. Praeferenda videtur lectio cod. Sylb. οἵη νέκυς.

Halieut. II. 433. ἄσιν ἀλός. Iliad. XXI. 321. τόσσην ἵ' ἄσιν καθύπερθε καλύψω. Ibi alii habent ἄσην, quam lectionem sequutus videtur Oppianus.

Digitized by Google

CYNEGETICORVM SCRIPTOR.

I. 355.

εἵματα πορφυρέα· ταὶ δὲ κλιδὸν ὄσσε βαλέσθαι.

Odyss. X. 353. πυρφυρέα καθύπερθ'.

I. 523. δαμασσάμενος ὀνύχεσσιν. Etsi ob longius vocabulum ferri potest productio, malim tamen cum Arnaldo legere τονύχεσσιν, praesertim quum etiam III. 232. idem vocabulum occurrat.

III. 247.

Ἀτθίδα καὶ Πρόκνην, καὶ Θρηϊκίην Φιλομήλην,
Κολχίδα τε Μήδειαν, ἀρίζηλόν τε Θεμιστώ.

Scribendum Ἀτθίδα τε Πρόκνην, et Κολχίδα καὶ Μήδειαν.

III. 389.

ἔνθα συὸς γενύων πέλασαν αἰθωνες ὀδόντες.

Scribe:

ἔνθα συὸς πέλασαν γενύων αἰθωνες ὀδόντες.

Q. SMYRNAEVS.

In hoc scriptore, quae ab L. Rhodomanno persanata sunt, praetereo.

I. 39. ὑπαὶ νεφέων. Scribendum ὑπὸ νεφέων ex Iliad. XV. 625. XVI. 275. XXIII. 874.

I. 132. 537. III. 95. V. 531. ἀνὰ μέθον. Vide ad II. 322.

I. 332. 744. ἀπὸ μελέων. Sic etiam scribendum III. 318. pro ἀπαὶ μελέων. Vide supra ad Oppian. Hal. I. 539.

II. 139.

Ζηνὶ μεγασθενέϊ· ὃ δ' ἄρ' ὤπασεν υἱέϊ δῶρον.

Ita Homerus Iliad. II. 116. IX. 23. ὑπερμενέϊ Φίλον. Hymn. Cer. 101. γρηῒ παλαιγενέϊ ἐναλίγκιος.

II. 195.

αἶψα δ' ἄρ' ἐπλήσθη πεδίον ἅπαν· τοὶ δ' ἐκέχυντο.

Digitized by Google

Infeliciter hic Rhodomannus οἱ δέ. Scribendum πεδίον πᾶν. Iliad. XXI. 348.

ὣς ἐξηράνθη πεδίον πᾶν, καὶδ' ἄρα νεκρούς.

II. 222. ἔτι νέφεα πτυπέωσι. Sic Iliad. V. 525. οἵ-τε νέφεα. XI. 305. ὁπότε νέφεα. XVII. 594. κατὰ νε-φέεσσι. XXII. 309. διὰ νεφέων. XXIII. 366. ὥςτε νέ-φος. Odyſſ. V. 293 IX. 68. XII. 314. δὲ νεφέεσσι. VIII. 374. XI. 591. ποτὶ νέφεα. XX. 114. ποθὶ νέφος. Hymn. Ven. 67. μετὰ νεφέεσσι.

II. 322. 516. V. 296. VI. 418. κατὰ μόθον. Iliad. XVIII. 159. 537. XXI. 310. Scut. Herc. 158.

II. 344. ἀπὸ μεγάλων. Vide ſupra ad Apoll. I. 563.

II. 542. ἀντικρὺ μέλαν. Vide ſupra ad Apoll. II. 624.

II. 606. IV. 128. 265. V. 3. ἐνὶ μέσσοισι. Vide ſupra ad Apollon. I. 464.

III. 218. ἀπὸ νέκυος. Non inuenitur in iis, quae nunc reliqua ſunt Homeri et Heſiodi.

III. 264. ἀμφὶ νέκυν Ἀχιλῆος. Ob nomen pro-prium. Caeterum νέκυν ἑτέρωσ' Iliad. IV. 492. νέκυν ἐρύοντο XVII. 277. νέκυν ὀλίγῃ 394. νέκυν ἐπὶ 692. νέκυν αἴροντες 724. νέκυν ἐλεεινὸν XXIII. 110.

III. 307. 600. 725. περὶ νέκυν. XIV. 399. περὶ νέ-κυας. Non eſt in Homero et Heſiodo.

III. 315. περὶ μελέεσσι. Vide ſupra ad Oppian. Halieut. I. 297.

III. 638. τε λιγέων. Iliad. XIII. 334. ὑπὸ λιγέων. XIX. 5. κλαίοντα λιγέως. 350. τανυπτέρυγι λιγυφώνῳ. Odyſſ. III. 176. ἐπὶ λιγύς. 289. ἐφράσατο λιγέων. X. 201. XVI. 216. hymn. Merc. 424. δὲ λιγέως. Odyſſ. XI. 390. ὅγε λιγέως. XXI. 56. μάλα λιγέως.

III. 733. σὺν μέλιτι λιαρῷ. Ὕδατι λιαρῷ Iliad. XI. 829. 845. XXII. 149.

IV. 182. ὑπὸ μαζοῖσιν. Od. XIX. 483. ἐπὶ μαζῷ.

IV. 386. ἀριπρεπέϊ Διονύσῳ. Vide ſupra ad II. 139.

V. 113. ἔσαν Ἀχιλῆϊ. Ob nomen proprium. Si-milia apud Homerum ſunt haec: Iliad. VII. 206. ἔφαν. Αἴας. XVIII. 347. et Odyſſ. VIII. 436. ἔχεαν ὑπό. IX.

Digitized by Google

413. ἔφαν ἀπιόντες. X. 47. λῦσαν, ἄνεμοι. XVI. 358. ἔβαν ἐπί. XVIII. 74. ἔφαν Ἶρῳ. XXII. 181. ἔσαν ἑπάτερθε. 449. τίθεσαν εὐερκέος. XXIV. 310. ἔσαν ὄρνιθες.

V. 521.

καί μιν ἀπάντων
τεῦξεν ἄναασσαν ἔμεν, ὅσσων ἀνὰ δῶμα γυναῖκες
ἔδνωταὶ μεδέεσι.

Scribe:

καί μιν ἄναασσαν
τεῦξεν ἁπάντων ἔμμεν, ὅσων ἀνὰ δῶμα γυναῖκες
ἔδνωταὶ μεδέεσι.

VI. 477. XIII. 385. ἐνὶ μυχάτοισιν. Non eſt in Homero atque Heſiodo.

VI. 611. κύνες ὥς. Iliad. XI. 172. βόες ὥς. Odyſſ. XI. 412. σύες ὥς.

VII. 317. ἐΦεζόμενος, ὁ δ'. Ob longius vocabulum. Iliad. V. 463. εἰδόμενος Ἀκάμαντι. IX. 327. μαρναμένος ὀάρων. XI. 547. ἐντροπαλιζόμενος ὀλίγον. XVII. 109. ἐντροπαλιζόμενος ὥςτε. 582. ἱσάμενος ὥτρυνεν. XIX. 345. ὀδυρόμενος ἔταρον. XX. 404. ἑλκόμενος Ἐλικάωνα. XXI. 63. καιόμενος ἀνά. XXIII. 89. ἑξάμενος ἐν. 137. ἀχνύμενος. ἔταρον. XXIV. 736. χωόμενος, ὦ. Odyſſ. VIII. 238. XI. 102. χωόμενος ὅτι. IX. 302. ἐτιμασσόμενος· ἕτερος. 339. ὀϊσσάμενος ἦ. 429. αἰνύμενος. ὁ μέν. XII. 52. τερπόμενος ὅτ'. 336. νιψάμενος, ὅθ'. XXIV. 284. ἀμειψάμενος ἀπέπεμψε.

VII. 518. XII. 62. ἐπὶ μόθον. Vide ſupra ad I. 132.

VIII. 49. δὲ νέΦος. Iliad. IV. 274.

VIII. 144. ἐσέα τε σάρκας τε. Odyſſ. IX. 293. ἔγκατά τε σάρκας τε: quem locum iam Doruillius comparauit. Vide ſupra ad Dionyſ. Perieg. 469.

IX. 184. ὑπὸ μελίῃ. Iliad. XX. 322. δὲ μελίην. XXI. 174. ἄρα μελίην. XXII. ἐπὶ μελίης.

X. 66.

τῶν δ' ὡς ἀνέμων ἰαχὴ πέλε λαίβρον ἀέντων
εἴαρος ἀρχομένοιο, ὅτε δένδρεα μακρὰ, καὶ ὕλη

Digitized by Google

Φύλλα φύει, ἠδ' ὡς τ' ἀνὰ ζαλέης ξυλόχοιο
πῦρ τρομέει αἰθόμενον, ἠδ' ὡς μέγα πόντος ἀπείρων
μαίνεται ἐξ ἀνέμοιο δυσηχέος.

Non hic ſolita felicitate vſus eſt Rhodomannus. Nihili eſt lectio cod. Vat. in primo verſu, τῶν δ' ὥς τε. Scribendum:

τῶν δ' ὡς ἢ ἀνέμων ἰαχὴ πέλε λάβρον ἀέντων,
εἴαρος ἀρχομένοιο, ὅτε δένδρεα μακρά, καὶ ὕλη
Φύλλα φύει· ἢ ὡς ὅτ' ἀν' ἀζαλέην ξύλοχον πῦρ
αἰθόμενον βρομέει· ἢ ὡς, μέγα πόντος ἀπείρων
μαίνεται ἐξ ἀνέμοιο.

X. 194. μέγας ἐνὶ ἀέρι καπνός. Scribe: μέλας ἐνὶ ἠέρι καπνός.

XI. 66.

ἀλλ' ἔ σφιν ἐπὶ πῆμα θαλάσσια ἤρκεσεν ἔργα.

Scribe σφῶν.

XI. 107. ποτὶ μόρον. Non habent Homerus et Heſiodus.

XIV. 39. ἀλλ' ἃ μὲν Ἑλένην γόος ἄμφεχεν. Scribe μάν.

MAXIMVS.

V. 185. ἐνὶ λέκτροισι. Odyſſ. XIX. 516. ἐνὶ λέκτρῳ.

vſ. 250. Τοίη γὰρ ἐπὶ μογερήν. Scribe, τοίῳ γὰρ ἐπὶ σμυγερὴν ἄγει ἄτην.

vſ. 286.

μηδέ τε μοι χρόα φωτὸς ἐπὶ μογεροῖσιν ἰάψει.

Scribe: μηδὰ τέμοι χρόα φωτός, ἐπεὶ μογεροῖσιν ἰάψει ἔσκα πόνοις.

vſ. 313. ἀπὸ διχομήνιδος. Si ita ſcripſit, ſimile eſt in Hom. hymn. Cer. 283. ἀπὸ δαπέδου.

vſ. 496. χοροιμανέος Ἰοβάκχου. Ob longius vocabulum. Et vide ſupra ad Apoll. I. 289.

Digitized by Google

MANETHO.

II. 109. ὃς μὲν γὰρ ὑψῦ. Scribe γάρ θ', vt alibi Manetho, v. c. III. 45. 59.

II. 272. χερσὶν ὀλέκεσιν. Iam Dorvillius χείρεσσ' emendauit.

II. 501. ἐπὶ πύλῃ. Verſus corruptus.

III. 330.

ὕβρεις τε λεχέων καὶ ἀλλοτρίων ὑμεναίων
γίγνονται.

Scribendum, ὑβρισαὶ λεχέων τε καί.

III. 390. παρὰ λεχέεσσι. Παραὶ λεχέεσσι in Homero legitur Odyſſ. I. 366. XVIII. 212. παραὶ λέχεσιν hymn. Ven. 126. quibus in locis fortaſſe παρὰ λεχέεσσι et παρὰ λέχεσιν inuenerunt poetae, qui Homerum ſectati ſunt.

III. 411. ἐπὶ μοίρῃσι: 418. περὶ μοίρῃσι. Sic legendum, miſſa Dorvillii barbarie. Apud Homerum eſt κατὰ μοῖραν Iliad. XVI. 367. Odyſſ. III. 331. 457. IV. 783. VIII. 54. 496. IX. 245. 309. 342. X. 16. XII. 35. et Ὀδυσσῆϊ μοῖραν XX. 281.

IV. 196. ἀβλαβέας εἴκων. Scribe ἀβλαβέως.

IV. 357.

πόρνας καὶ τριβάδας, ἀνδροσρόφα ἔργα τελέσας.

Hic verſus cum eo, qui praecedit, ſic ſcribendus videtur:

τηνίκα δὴ τεύχει μαχλάδας τ' αἰσεῖα φρονέσας,
πόρνας τε, τριβάδας τ'.

Verbum ἀνδροσρόφα vereor vt ſanum ſit.

IV. 374.

ἦμαρ ἐλευθέριον ἕξει ποιητὸς ὀθνείων.

Scripſit, puto,

ἦμαρ ἐλεύθερον ἕξει ἀνὴρ ποιητὸς ὀθνείων.

IV. 561.

αὐτόνομος, κακόθυμος, ἀθεσμοφάγος, ἀτραπέζος.

Digitized by Google

Hoc propter longiora vocabula ferri potest. Nisi vltimum vocabulum praecedenti versui addendum, et inde δολοεργὸς hic reponendum est.

VI. 295.

εἰ δ' ἄρα πὼς ἄεθλον κατ' ἀπείριτον οἶμον ἰόντων
ἀνδρὸς ἐνὶ γενέθλη, τοτ' ἀείκεα ἔργα τελεῦσιν.

Scribe, ἀνδρὸς ἔοι γενέθλη.

VI. 646.

κλῆρον ἢ ἐκ ἤμερσαν ἢ αὖδοντες ἀπάμερσαν.

Scribendum videtur:

κλῆρον ἢ ὤκ' ἤμερσαν, ἢ αὖτις δόντες ἄμερσαν.

POETA DE VIRIBVS HERBARVM.

Carmen illud de viribus herbarum, quod Fabricius in vol. II. Bibl. Gr. p. 630. seqq. edidit, vt mihi quidem videtur, etiam Manethone recentius est. In eo, si ab duobus locis discesseris, non aliam productionem in caesura inuenimus, quam, quod quis miretur, in particulis ὁπόταν et ὅταν. Sed hi loci emendatione indigent.

vs. 62.

εὖ δ' ὁπόταν ἐθέλῃς πόνον ὀφθαλμῶν ἀκέσασθαι.

Scribe:

εὖ δ' ὁπόταν πόνον ὀφθαλμῶν ἐθέλῃς ἀκέσασθαι.

vs. 77.

δικτάμνε γὰρ ὅταν αὖον δέμας ἐν παλάμαισι
τρίψας ἀλφιτοειδὲς ἐνισάξεις Διόνυσον.

Scribe:

δικτάμνοιο γὰρ αὖον ὅταν δέμας ἐν παλάμῃσιν
τρίψας ἀλφιτοειδὲς ἐνισάξῃς Διόνυσον.

Ἐνισάξῃς recte Aldus.

Digitized by Google

vſ. 134.

τῆς βοτάνης τὴν ῥίζαν, ὅταν ἀλγῇ τις ὀδόντα, λαμβανέτω.

Scribe:

τῆς βοτάνης τὴν ῥίζαν, ὀδόντα τις ὁπποταν ἀλγῇ, λαμβανέτω.

Praeter haec loci ſunt duo, quorum ſupra mentionem feci. Vnus in his v. 100.

πρός τε γυναικείας κόλπους καὶ πάντα λοχείης μωλυθεῖσα πυρὶ σμαλερῷ ἔμμηνα καθαίρει.

Ibi Rentorſius πυρὶ μαλερῷ ſcribendum eſſe ſatis probabiliter coniiciebat. Scholiaſtes nihil amplius habet, quam hoc: καὶ πρὸς πάντα ποιεῖ λόχεια γυναικός. Praeterquam, quod πρὸς δέ, *praeterea*, ſcribendum eſt, equidem in hoc ſcriptore malim πυρὸς μαλερῷ, *calore ignis*, quo vulgata lectio ducere videtur.

Alter locus, quem rei herbariae peritis expendendum relinquo, eſt in his v. 151.

ἣν πάντες καλέεσι θεοὶ μάκαρες γλυκυσίδην, ἀμβρόσιον βλάστημα καὶ ἡδεῖαν ἑκάτερθεν.

NONNVS.

Ad illam accedimus epicorum ſectam, in qua principatum tenet Nonnus. Haec a productione in caeſura ita abstinendum cenſuit, vt rariſſime eam admitteret. In Nonni Dionyſiacis vix alia, quam haec, exempla inueniri poterunt.

XL. 217. p. 1028, 32.

ἠράμεθα μέγα κῦδος, ἐπέφνομεν ὄρχαμον Ἰνδῶν.

Iliad. XXII. 393.

ἠράμεθα μέγα κῦδος, ἐπέφνομεν Ἕκτορα δῖον.

Digitized by Google

XL. 543. p. 1048, 28.

τῆτο βέλος, ὅπερ ἔσχεν ὅλη Φύσις.

Rhodomannus recte τόπερ.

XLIII. 422. p. 1136, 11.

νυμφοκόμε Διόνυσε, τί μέμφεαι εἰσέτι κεῖθι;

Rhodomannus emendauit νυμφοκόμες.

XLVIII. 398. p. 1270, 27.

τίς πάλιν Ὠρίων σε βιάζεται; εἰσέτι κεῖται
κεῖνος, ὃς ὑμετέροιο πάλιν ἔψαυσε χιτῶνος.

Πάλαι ſcribendum eſſe iam vidit vir doctus apud Villoiſon. in Epiſt. Vinar. p. 23. Et hoc etiam expreſſit interpres Gallicus.

TRYPHIODORVS.

V. 298.

εἶλκον ἐπὶ πεδίοιο θοῶν ἐπιβήτορα κύκλων
ἵππον.

Scribe ὑπὲκ πεδίοιο.

CHRISTODORVS.

V. 307.

Ἄρτεμις, ἀλλ' ἐ τόξον ἐκηβόλον ἐδὲ φαρέτρην
ἰοδόκον ἀνέχεσα κατωμαδόν.

Reponendum e cod. Vat. ἰοδόκην.

Redeo ad Orpheum. De quo quod ſupra diximus, eum eſſe Nonno antiquiorem, id confirmatur eo, quod more aetatis Nonnum praegreſſae productionibus quibusdam vtitur.

Vſ. 98. παραιφάμενος ἐρεείνεις. Hoc et longioris vocabuli veniam habet, et fortaſſe ex aliquo antiquo carmine ductum eſt, vt quod mox v. 767. memorabitur.

505. Αἰνῆος υἱός. Ob nomen proprium.

508. εἰλίποδας ἕλικας βῶς, ex Homero.

Digitized by Google

767. 774. 1098. παραιφάμενος ἑτέεσσιν, ex Hom. hymn. Cer. 336.

782. ἐνὶ μεγάροισιν: vide ſupra ad Apollon. I. 810.

811. κάλλος τε μέγεθός τε. Vide ſupra ad Dionyſ. Perieg. 469.

1195. μέγα νέφος. Vide ſupra ad Quintum I. 39. II. 222.

1264. κοίλῳ ἐνὶ λυγρῷ. Vide notas.

1340. δμωὶ δέμας εἰκυῖα. Odyſſ. VIII. 194. XIII. 222. ἀνδρὶ δέμας εἰκυῖα.

1367. περικτίονες ἄνθρωποι: vide notas.

1384. ἐνὶ λέκτροις: vide notas.

Videamus nunc hiatum. Vocamus autem hiatum non eodem modo in epicis, vt vulgo in Atticis poetis ſolent. Apud Atticos enim poetas hiatum dicunt, quotiescumque vocabulum in vocalem definens ante vocabulum a vocali incipiens collocatur. In epicis, pariterque in elegorum ſcriptoribus et lyricis, is tantum cenſetur hiatus, ſi vocabuli in vocalem exeuntis vltima ſyllaba ante vocalem, quo ſequens verbum incipit, non eſt in arſi, neque, ſi longa eſt, corripitur. Non ergo hi ſunt hiatus:

μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.
Φαίνετ' ἀριπρεπέα, ὅτε τ' ἔπλετο νήνεμος αἰθήρ.
τὸν δ' ἔτ' ἄρ τε γέφυραι ἐεργμέναι ἰσχανόωσιν.

Hoc quidem genus, in quo longa ſyllaba corripitur, etiam Attici poetae aliquoties in anapaeſtis et melicis verſibus admiſerunt; in iambis et trochaeis neutrum. Omnino enim bene tenendum eſt, magnam in hac re diuerſitatem eſſe numerorum trochaicorum et dactylicorum. Vtrosque numeros latiore ſignificatu dico, quam rationem in libro de metris II. ſatis firmaſſe mihi videor, ita vt trochaici iambos, Creticos, Baccheos, antiſpaſtos; dactylici anapaeſtos, choriambos, Ionicos comprehendant. In trochaicis igitur numeris neque Attici, neque alii vlli poetae, illud genus hiatuum,

Digitized by Google

quod longae ſyllabae correptionem habet, ferendum exiſtimarunt. Verſus Archilochi in Brunckii Analectis T. I. p. 44. fr. 19.

ζωοὶ ἀνθρώπων. κάκιστα δὲ τῷ θανόντι γίνεται.

ita a Grotio, quum emendare eum vellet, vna cum Steſichori fragmento, quod apud Stobaeum ſequitur, corruptus eſt. In Phalaeci verſu in Brunckii Anal. T. I. p. 421.

ἔμπη δὲ νίκης; Ἰσμοῖ. ἦ τὺ δ' ἔμπη;

codex Vat. praebet Ἰσθμόν. Diuerſa ratio eſt trium Pindari locorum Nem. VI. 25. Iſthm. I. 21. II. 64.

νῦν πέφανται οὐκ ἄμοιρος.

ἢ Καστορείῳ ἢ Ἰολά-

ου.

θνατῶν φρένας ἀμφικρέμανται ἐλπίδες.

De his non accurate disputaui in comment. de metris Pindari p. 203. Excuſatur hiatus eo, quod in his omnibus exemplis in fine ordinis eſt; nam ſequens ordo numerorum quaſi noui verſus inſtar habetur. In mediis ordinibus non ſibi indulſiſſet hoc Pindarus, veluti ſic,

νῦν μὲν οὖν πέ|φανται οὐκ ἄ|μοιρος.

Contra, quum ſyllaba longa in arſi producitur, eum hiatum lyrici ne in trochaicis quidem numeris deuitarunt, vt Pindarus Olymp. XIII. 164.

Ζεῦ, τέλει, αἰδῶ διδούς.

Et alibi. Archilochus:

ὡς Διωνύσου ἄνακτος καλὸν ἐξάρξαι μέλος.

Quo facilius, puto, tragicis concedi haec licentia poterit in numeris dactylicis et paeonicis, praeſertim quum in iisdem numeris diphthongum ante vocalem corripiant, quod tamen in trochaicis ne lyrici quidem faciunt. Quare non videtur mihi librorum lectio ſollicitanda eſſe in Euripidis Hecuba 471.

Digitized by Google

τᾶς καλλιδίφρε 'Αθαναίας.

Porsonus in secunda editione, vt hiatum vitaret, edidit,

τᾶς καλλιδίφρει' 'Αθαναίας.

Hunc Ionicum genitiuum elisa vltima equidem nusquam inueni, nisi vbi aut librariis, qui saepe epicas formas aliénis locis scribere consueuerunt, aut criticis deberetur. In Pindari Pyth. I. 74. recte Heynius e codd. edidit,

Λύκιε καὶ Δάλε ἀνάσσων,

quum antea pro vulgata lectione Δάλοιο ἀνάσσων critici dedissent Δάλοι' ἀνάσσων. Originem vitiosae lectionis Δάλοιο monstrat codex, quem contuli, in quo est Δά. λι'. In Pyth. XII. 23. legitur:

ἤτοι τό τε Θεσπέσιον Φόρκοι' ἀμαύρωσεν γένος.

Vnde quid aliud quam colligamus Pindarum scripsisse Φόρκοιο μαύρωσεν? Versum Archilochi, quem supra commemorauí, Porsonus ex emendatione Bentleii in diss. de Phalar. p. 165. ita scriptum affert ad Orestem v. 5.

ὡς Διωνύσοι' ἄνακτος καλὸν ἐξάρξαι μέλος.

Hic quoque, quod apud Athenaeum legitur, Διωνύσοιο ἄνακτος, librariis debetur, qui haec verba saepius hoc modo scripta apud epicos inuenissent. Quare ego in libro de metris p. 118. Διωνύσε scripsi. Ac tantum abest vt vltimam syllabam istius genitiui elisam esse vmquam putem, vt eam ne potuisse quidem elidi credam. Vehementer enim secum ipsi pugnassent Graeci poetae, si formas vocabulorum ob id ipsum inuentas, vt locum deficientis in versu syllabae explerent, rursus decurtare, quam communibus formis vti maluissent. Non dixit Homerus,

Digitized by Google

μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδαο Ἀχιλῆος,

non,

ὃς σέ' ἄνευθεν ἐὼν μέγα κήδεται ἠδ' ἐλεαίρει,

non,

τῶν δ' ἄλλων ὅτις ἔ' ἀκηδέσειν,

non,

νοσφίσας, Ἰθάκηνδε κιών, Ὀδυσῆ' ἐνὶ οἴκῳ εἴποιμ'.

non,

ἔρχε', ἐγὼ δὲ Πάριν μετελεύσομαι,

non,

εἰπέμεν Ἀτρεΐδησ', Ἀγαμέμνονι καὶ Μενελάῳ,

vt quidam olim legebant; non,

πῶς δὴ ἔγωγ', ἢ φημι θεάων ἔμμεν' ἀρίζη,

quod nunc quoque in nuperrima, eaque omnium absolutissima editione relictum video, non dixerim consultone an, quod mihi in eodem vocabulo apud Orpheum accidit, oculis ad alia intentis. Mihi quidem non est credibile vltimam syllabam huius infinitiui elisam esse, quum sine elisione dicere posset poeta εἶναι, nisi, vt in fine versus, quam lenissimos numeros praetulisset. Ac propria est formae ἔμμεν sedes quinta hexametri apud Homerum, qui eam formam nullo alio in loco posuit. Non magis adducor, vt σεῖ Iliad. VI. 454. et ἐμεῖ' XXIII. 789. atque Odyss. VIII. 462. pro σεῦ, vt Clarkius edidit, et ἐμεῦ veras lectiones esse credam. Ex hoc genere sunt etiam illa, quod σφὶν ante vocalem dicitur, non σφίσ', vt recte monuit Erfurdtius ad Sophocl. Electr. 1066. (1070 ed. Brunck.) quod ἀταί, ὑταί, et similia numquam ante vocalem ponuntur, vltima correpta; quod αἰεί vltima producta, non αἰὲν dicitur, vnde corrigi debent Leon. Tar. 16. epigr. incert. 743. Eurip. Phoen. 346. ed. Porf. Nec dissimile est, quod in verbis ἦλθεν et ἤλυθ' obseruasse mihi videor. Ἤλυθ' ἀκωκὴ et alia huiusmodi apud Homerum satis frequenter occurrunt; saepius tamen

Digitized by Google

ἦλθεν, vt ἦλθεν Ὄνειρος. Quid ergo? an existimemus eum etiam ἦλθεν ἀκωκή, et sic caetera dixisse? Non puto. Antiquior enim forma est ἤλυθε, pro qua paullatim ἦλθε dici coepit, idque illo ipso tempore, vt videtur, quo facta sunt ista carmina. Sed postea, quum ἦλθε iam peruulgatum esset, rarius, nisi fallor, et fere tantum in Homericis hemistichiis ἤλυθ' adhibitum est a poetis: vt corrigendus videatur Apollonius Rhodius II. 491. In Simonidis certe epigr. 106. (112. Brunck.) ἦλθεν hoc magis legi debebit, quod ita habet Suidas. Illud vero Sophoclis in Oed. Col. 182. ἕπεο μάν, ἕπε' ὧδ', qua ratione sese tueatur, in promptu est. Sed redeo ad Ionicum illum genitiuum οιο. In hoc quidem tanto minus videtur vltima syllaba elidi potuisse, quod non modo antiqui, sed etiam recentiores epici tam crebro in hac genitiui forma hiatum habent, ea vt magis faciendo hiatui, quam vitando inseruiisse videatur. At quid epici ad Euripidem? Hoc, puto, quod tragici hunc genitiuum, quem ab epicis accepissent, non vsurpabant nisi ad horum exemplum, id est ad explendum versum. Sic alia quaedam ab epicis transtulerunt tragici, quae vix quisquam mutare ausit, vt hosce hiatus:

ἀλλ' ἄνα ἐξ ἑδράνων.
ἁ δέ οἱ φίλα δάμαρ.

Accedit, quod omnino rarissime ista genitiui forma vtebantur, vt Aeschylus in Persis 106. Euripides in Oreste 822. in Phoenissis 849. in Troadibus 844. in Hercule furente 121. in Electra 468. is, qui Rhesum scripsit, v. 912. Aliis enim in locis magnae dubitationi obnoxia est haec forma. In Aeschyli Prometheo v. 531. veteres edd. cum optimis quibusdam codd. Ὠκεανοῦ habent, quam vnice veram esse lectionem metrum docet. Versus in Alcestide Euripidis 465.

καὶ Κωκυτοῖο ῥεέθρων,

vt in Aldina et aliis edd. legitur, non modo frigidissimus est isto in loco, sed ne habet quidem in anti-

Digitized by Google

ſtropha, quod ei reſpondeat: quare eum aliunde illatum puto. Nec vitio caret in Iphigenia Aul. v. 1075. in quo, vt nunc quidem ſtrophica leguntur, Πριάμοιο vltimam ante κλεινὰν productam habet, quod fieri non poteſt. Denique in Iphigenia in Taur. v. 1155. in quo ſolo loco hunc genitiuum ante vocalem inueni, non minor eſt metrorum perturbatio. Vterque locus talis eſt, vt a codicibus ſalutem exſpectare videatur. Vti hunc genitiuum raro, ita formam ſimilem, αο, nusquam admiſerunt tragici. Male in Eurip. Alceſt. 470. quaedam edd. Ἀιδαο habent.

Sed longius, quam volebam, a propoſito digreſſus ſum. Igitur poſtquam, qui iure hiatus dici poſſint, oſtendi, ad epicos reuertar. Horum antiquiores hiatum, quem ab Homero acceperant, ita retinuerunt, vt eum et parcius, nec niſi in Homericis formulis admitterent. Atque in hoc genere illa quidem exempla, vbi ante ἔργα, ἕκαστος, αἶψα, δοιαί, ἄναξ, et alia quaedam, quae apud Homerum, qui digamma vſurpabat, vbique occurrunt, omittenda duxi. Haec enim etiam recentiores multum frequentarunt, digamma quidem ignorantes. Sed qui praeterea in his poetis hiatus ſunt, diligenter notaui, vt pateret, quo quis recentior eſt, eo magis eum ab hiatu abſtinuiſſe. Praecipue vero hiatus apud hos eſt in pronomine ὅ, pro οὗτος; in genitiuis in οιο exeuntibus; in tertia ſyllaba breui quarti pedis. Hic enim pes maiorem habet veniam, quia trochaicam caeſuram, quantum poterat, declinabant epici.

HOMERICVS HYMNVS IN MERCVRIVM.

V. 446.

τὶς τέχνη, τίς μῶσα ἀμηχανέων μελεδώνων.

Magnopere vereor ne ſcripſerit:

τίς δὴ μῶσ' ἥδ' ἐσὶν ἀμηχανέων μελεδώνων.

Heſychius μῶσα, τέχνη.

Digitized by Google

THEOCRITI CARMEN XXV.

In Theocriti carmine non ſunt, niſi tales hiatus, qui apud Homerum ob digamma nulli erant. V. 40. μέγα εἶδος. 45. παρὰ οἶσι πολίταις. 115. ὐδὲ ἐώλπει, 150. τε ἄναξ.

ARATVS.

Vſ. 223. αὐτὰρ ὃ ἵππος. Iliad. I. 333. VIII. 446. αὐτὰρ ὃ ἔγνω. II. 105. 107. αὐτὰρ ὃ αὖτε. V. 142. αὐτὰρ ὃ ἐμμεμαώς. XVIII. 421. αὐτὰρ ὃ ἔῤῥων. XXI. 33. αὐτὰρ ὃ ἄψ. Od. VII. 224. XIV. 1. αὐτὰρ ὃ ἐκ. XIX. 1. XX. 1. αὐτὰρ ὃ ἐν.

vſ. 377. ἐπὶ ἶσα. Iliad. XII. 436.

vſ. 379. γε ἐείσατο corruptum eſt ex οἱ ἐείσατο, vt eſt apud Hipparchum.

vſ. 951. (Dioſem. 219.) ποταμοῖο ἐβάψατο. Iliad. II. 625. Δουλιχίοιο Ἐχινάων. VII. 63. Ζεφύροιο ἐχεύατο. VIII. 479. πόντοιο, ἵν'. XI. 732. ποταμοῖο, ἀτάρ. XIV. 122. βιότοιο, ἅλις. 154. Οὐλύμποιο ἀπό. XVI. 127. δηΐοιο ἰωήν. 512. ὑψηλοῖο ἄρην. XVII. 667. Φόβοιο ἕλαρ. XIX. 73. πολέμοιο ὑπ'. XXIII. 73. ποταμοῖο ἐῶσιν. 224. ἑτάροιο ὀδύρετο. 252. ἑτάροιο ἐνηέος. XXIV. 318. ἀφνειοῖο, ἐϋκλῆϊς. 349. Ἴλοιο ἔλασσαν. 717. κλαυθμοῖο, ἐπήν. Odyſſ. I. 135. 405. ἀποιχομένοιο ἔροιτο. VIII. 251. οἷο, ἵν'. XVII. 73. ξείνοιο ἑκάς. XIX. 19. ἀποιχομένοιο. ἐγά. XX. 21. ἄντροιο ὀϊόμενον. XXI. 229. μεγάροιο, ἀτάρ. Heſiod. Theog. 605. γηροκόμοιο, ὃ δ'. 835. Οὐλύμποιο ἐπάλμενος. Hom. hym. Apoll. 459. πόντοιο ἐπὶ: haec vera lectio eſt. Hymn. Cer. 105. Κελεοῖο Ἐλευσινίδαο. Eadem in aliis ſimilibus genitiuis licentia. Iliad. XVII. 610. Μηριόναο ὀπάονα. XXII. 235. σεῖο ἕλοιμι.

vſ. 962. (Dioſem. 230.) ἐπὶ ὕδατι ὕδωρ. Prior hiatus excuſationem habet a quarto pede, alter ab dativo tertiae declinationis. Vtramque rem, vt ſemel hoc negotio defungar, idonea locorum copia firmabo.

Atque in fine quarti pedis hiatus ſunt in Homero Iliad. I. 38. τε ἶφι. II. 3. φρένα ὡς. V. 538. δὲ

Digitized by Google

εἵσατο. 542. τε Ὀρσίλοχον. 568. ἔγχεα ὀξυόεντα. VIII. 66. XI. 84. Od. IX. 56. ἀέξετο ἱερόν. Iliad. VIII. 105. ἐπιβήσεο, ὄφρα. IX. 690. κατελέξατο· ὣς. X. 70. πονεώμεθα· ὧδε. 93. περιδείδια, ἐδέ. 472. κέκλιτο εὖ. XI. 76. καθείατο, ἦχι. XII. 339. μέγα ἔθνος. XVII. 368. ἔπι, ὅσσοι. 680. κατὰ ἔθνος. XX. 113. ἀνὰ ἐλαμόν. 379. ἐδύσατο ἐλαμόν. 492. φλόγα εἰλυφάζει. XXI. 234. ἐτέσσατο οἴδματι. XXIII. 195. ὑπέσχετο ἱερά. 224. ὀδύρετο ὀσέα. 465. ἡνία, ἐδέ. XXIV. 100. καθέζετο, εἶξε. 207. ὅδε, ἕ σ'. 504. ἀπώσατο ἦκα. Odyſſ. I. 60. Ὀλύμπιε, ἔ. 263. νεμεσίζετο αἰέν. II. 57. XV. 499. τε αἴθοπα. 417. ἕζετο. ἄγχι. III. 8. ἑκαςόθι ἐννέα. 435. εἰργάζετο· ἦλθε. IV. 141. ἐοικότα ὧδε. 831. τε ἔκλυες. V. 153. ἐκέτι ἤνδανε. 255. ποιήσετο, ὄφρ'. 391. XII. 168. ἐπαύσατο, ἠδέ. VII. 6. τε ἔςφερον. IX. 159. δυώδεκα, ἑς. 215. εἰδότα ἔστε. 438. ἐξέσσυτο ἄρσενα. X. 403. ἐρύσσατε ἠπειρόνδε. 404. πελάσσατε, ὅπλα. 458. ἄλγεα ἰχθυόεντι. XI. 34. τε ἔθνεα. XII. 329. ἐξέφθιτο ἦϊε. XIII. 114. ἐπὶ ἥμισυ. XIV. 351. διήρεσα ἀμφοτέρῃσιν. 352. ἔα ἀμφίς. 432. ἀολλέα· ἂν δέ. XVII. 22. ὅδε, ὅν. 254. αὐτόθι ἦκα. XVIII. 393. εἵλετο· αὐτάρ. XIX. 233. κατὰ ἰσχαλέοιο. XX. 161. ξύλα· αἱ δέ. XXII. 249. κενὰ εὔγματα: niſi hic κενέ' εὔγματα fuit: non enim κενὸς habet Homerus. 426. ἀέξετο, ἐδέ. XXIV. 214. ἱερεύσατε, ὅστις. 272. ξεινήϊα, οἷα. 400. σὲ ἤγαγον. 465. τεύχεα ἐσσεύοντο. Heſiod. Ἔργ. 338. τε ἱλάσκεσθαι. 550. ἀπὸ αἰεναόντων. Theog. 182. ἐτώσια ἔκφυγε. 593. σύμφορα, ἀλλά. 706. ἅμα ἐσφαράγιζον. Scut. Herc. 108. ἀρήϊα, ὄφρα. Hom. hymn. Apoll. 190. ἄμβροτα, ἠδ'. Hymn. Cer. 54. ὠρηφόρε, ἀγλαόκαρπε. 241. δὲ ἄντα. Quaedam in his exemplis, in quibus digamma hiatum tollebat, ſciens poſui, quia certe illis, qui Homerum imitabantur, hiatum videbantur habere. Alia ex hoc genere plurima omiſi: item ea, in quibus dativus tertiae declinationis in quarta ſede hiatum facit, quoniam de his mox dicetur.

Caeterum, quae ſit quarti pedis vis in eo, vt remoueatur caeſura trochaica, ex eo poteſt intelligi, quod illo in

Digitized by Google

loco καὶ aliaque in diphthongum vel longam vocalem exeuntia ante vocalem producuntur. Vt Iliad. III. 392. καὶ ἤμασι. XXIV. 718. καὶ εἶξεν. Od. I. 230. καὶ ἤτιος. 232. καὶ αἴσιμα. V. 484. Ἀχαιοί, ἦ ῥα. X. 337. σοι ἤτιον. XX. 166. Ἀχαιοὶ εἰςορόωσιν. Ita etiam recentiores, vt Apollonius II. 762. καὶ ἔνθεμ', quod eſt etiam in Q. Smyrnaeo VII. 233. Idem Apollonius III. 529. καὶ εἴ ματ'. IV. 213. καὶ ἔργ'. Sic nomen Πολυπαίδη quartum pedem ante vocalem finit apud Theognidem v. 25. 57. 79. 129. (131) 143. (145) 1197. (1149). In aliis ſedibus ſi καὶ ita in theſi ante vocalem producitur, vix abeſt ſuſpicio vitii. Sic in Heſiodi Theogonia v. 250.

Δωρίς, καὶ Πανόπη, καὶ εὐειδὴς Γαλάτεια.

Non ita Iliad. XVIII. 45. ſed ſine metri vitio,

Δωρίς, καὶ Πανόπη, καὶ ἀγακλειτὴ Γαλάτεια.

At reſtituendum Πανόπεια, quae forma alibi occurrit, vt apud Nonnum XLIII. 264. In fragmentis Heſiodi negligentiſſima editio Lipſ. v. 83. exhibet:

Πυθὼ ἐς ἠγαθέην, καὶ ἔφρασεν ἔργ' ἀΐδηλα.

Schol. Pind. Pyth. III. 48. habet καί ῥ' ἔφρασεν. Non minus corruptus eſt alius in eadem Loeſneri ed. ex Melampodia verſus, 169.

ὤφειλες δῦναι, καὶ αἴσια μήδεα ἴδμεν.

Schol. Lycophr. ad v. 682. vnde hic locus ſumptus eſt, καὶ ἴσα, bene, quod ad καί, male quod ad quartum pedem, habet.

De Callimachi hymn. Apoll. v. 67. diſputauit R. Bentleius. Apud Ioannem Gazaeum 64. τὰ καὶ ſcribendum.

Antipater Sidonius epigr. 33.

ἢ λίθος ὡς Παφίη θωρήξατο, ἢ τάχα μᾶλλον
εἶδε λίθον Παφίη, καὶ ὤμοσεν· ἤθελον εἶναι.

Scribe καὶ ἐπώμοσεν. Stratonis 32, 1. ex cod. Vat. corrigere iam iuſſit Iacobſius. In problem. arithmet. ep. 17, 15.

Digitized by Google

δισσῶν ἔς τε πυρὴν καὶ ἄλφιτα καὶ τελαμῶνας,

adde ἐς. In epigrammate 77. apud Huſchkium p. 307.

Παλλὰς καὶ Βρόμιος κὰὴ ὁ κλυτὸς Ἀμφιγυήεις

ſcribe,

Παλλάς τε Βρόμιός τε καὶ ὁ κλυτὸς Ἀμφιγυήεις.

Contra idoneam excuſationem ab nomine proprio vel verbis, quorum par ratio eſt, habent haec: Hom. hymn. Cer. 424.

Παλλὰς τ' ἐγρεμάχη, καὶ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα.

Leonidae Alexandrini in ep. 23.

μῆνιν ἄειδε θεὰ καὶ ἄνδρα μοι ἔννεπε Μῶσα.

Negligentiae denique tribuenda haec in epigr. incert. 590. 593.

καὶ Πέρσας ὀλέσεις καὶ αἰνομόρους Σαρακηνές.
σῶμ' Ἀσκληπιάδᾳ καὶ υἱέος ἐνθάδε Βήρυ.

Neutri excuſationi locum eſſe puto in his Theognidis verſibus 61. 191. (193)

μηδένα τῶνδε φίλον ποιεῦ Πολυπαΐδη ἀςῶν.
ἔστω μὴ θαύμαζε γένος Πολυπαΐδη ἀςῶν.

Priorem ex his verſibus aliter ſcriptum exhibuit Brunckius. Alterum intactum praetermiſit pariter atque alium turpiorem etiam, 627. (637) et rurſus alium in Moſchi Europa 97. aliumque in Theodorid. ep. 10.

Sed quoniam ſemel de venia, quam quartus pes habet, dicimus, non praetereunda videtur alia obſervatio. Quum caeſura eſt in fine huius pedis, dactylum ſpondeo praeferunt poetae. Hinc aliquot locis facienda emendatio eſt. Sic in Theognide v. 367. (359) quum olim legeretur,

ἐ δύναμαι γνῶναι νόον ἀςῶν, ὅντιν' ἔχουσιν,

recte Brunckius meliorem lectionem recepit,

ἀςῶν δ' ἐ δύναμαι γνῶναι νόον.

Digitized by Google

In Ptolemaei regis epigr. 2. in Brunckii Anal. T. II. p. 66. recipienda melior lectio,

ἐπ ἔτ' ἐπιψαύω γαίης ποσίν,

pro edito ποσὶ γαίης. Sic etiam in Neſtoris ep. 3. T. II. p. 344. vt bene monuit Iacobſius,

πᾶς δ' ἄρα Κηφισσὸς εἴσω ῥέεν,

pro ῥέεν εἴσω. In Paulli Silentiarii ep. 61. quod legitur,

πόντος ὑποκλύζει χθονὸς ἕδρανα· πλωτὰ δὲ χέρσῳ,

quum olim ita correxiſſem,

πόντος ὑποκλύζει χθονὸς ἕδρανα,

eam emendationem egregie confirmatam poſtea vidi lectione cod. Vat. ἄπλωτα. Non dubito fore, vt ex huiusmodi obſeruationibus, quae per ſe leues et parvi momenti ſunt, aliquando maior quidam fructus, praecipue in Homero, percipiatur. Veluti ſi in loco ob grauem cauſſam ſuſpecto non modo talia occurrant, vt,

ὃ δ' ἀγήνωρ ἐσὶ καὶ ἄλλως·
νῦν αὖ μιν πολὺ μᾶλλον ἀγηνορίῃσιν ἐνῆκας·
αὐτὰρ ἐπεί κε φάνη καλὴ ῥοδοδάκτυλος ἠώς:

ſed etiam numerus accedat, qualis hic eſt,

θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἀνώγῃ, καὶ θεὸς ὄρσῃ,

quis non huic quoque argumento, cum aliis quidem coniuncto, aliquid tribuendum eſſe fateatur?

Sed exempla nunc afferam hiatum facientis datiui tertiae declinationis. Iliad. I. 24. Ἀγαμέμνονι ἥνδανε. 578. Διὶ ὄφρα. IV. 134. ζωστῆρι ἀρηρότι. VI. 422. ἥματι Αἴσης. VII. 292. ἀσπίδι ἐγχριμφθείς. VIII. 283. Τελαμῶνι, ὅ. IX. 238. Διΐ, ἐδέ. X. 285. πατρὶ ἅμ'. XI. 256. Κόωνι ἔχων. XII. 117. ἔγχει Ἰδομενῆος. V. 50. XIII. 584. XV. 536. 742. ἔγχει ὀξυόεντι. XIII. 821. Od. XV. 160. 524. εἰπόντι ἐπέπτατο. Iliad. XIV. 130. ἕλκει ἕλκος. XV. 674. μεγαλήτορι ἥνδανε. XVI. 522. παιδὶ ἀμύνει. 583. ὠκέϊ, ὅστ'. XVII. 196. παιδὶ ὅπασσε. 583.

Digitized by Google

Φαίνοπι Ἀσιάδῃ. XIX. 179. δαιτὶ ἐνί. XX. 22. πτυχὶ Οὐλύμποιο. 322. Ἀχιλῆϊ. ὁ. 385. νιφόεντι Ἴδης. XXII. 459. Od. XI. 514. ἐδενὶ εἴκων. Iliad. XXIII. 278. πατρὶ ἐμῷ Πηλῆϊ. ὃ δ'. 747. ἥρωϊ Ἰησονίδης. 751. λοισθῆϊ ἔθηκε. XXIV. 61. Πηλέϊ, ὅς. Male ſcribitur Πηλεῖ. 335. ἀνδρὶ ἑταιρίσσαι. Odyſſ. V. 125. Ἰασίωνι ἐϋπλόκαμος. 287. Ὀδυσῆϊ ἐμεῖο. VIII. 547. ἀνέρι, ὅςτ'. XII. 372. νηλέϊ ὕπνῳ. XIII. 143. XVIII. 138. κάρτεϊ εἴκων. 305. ἰόντι ἐμῇ. XIV. 336. βασιλῆϊ Ἀκάςῳ. XVII. 443. Δμήτορι Ἰασίδῃ. XXI. 195. Ὀδυσῆϊ ἀμυνέμεν. XXIV. 86. ἀγῶνι ἀριςήεσσιν. Heſiod. Ἔργ. 74. χρεὶ. ἀμφί. Theog. 435. ἀγῶνι ἀεθλεύουσιν. Scut. Herc. 345. πυρὶ ἠέ.

vſ. 1027. (Dioſem. 295.) ἐπὶ ὄψιον αὖλιν. Exculatio a quarto pede.

APOLLONIVS.

I. 322. ὅσσα τε νῆϊ ἐφοπλίσασθαι ἔοικεν. Ob datiuum. Niſi νηυσὶν ſcripſit. Certe ſupra v. 235. ὅσσα περ ἐντύνονται ἐπάρτεες ἔνδοθι νῆες.

I. 543.

δεινὸν μορμύρεσσα ἐρισθενέων μένει ἀνδρῶν.

Scribe περισθενέων.

I. 774.

βῆ δ' ἴμεναι προτὶ ἄεσυ, φαεινῷ ἀςέρι ἶσος,
ὅν ῥά τε νηγατέῃσιν ἐεργόμεναι καλύβῃσιν
νύμφαι θηήσαντο δόμων ὑπεραντέλλονται·
καὶ σφίσι κυανέοιο δι' ἠέρος ὄμματα θέλγει
καλὸν ἐρευθόμενος, γάνυται δέ τε ἠϊθέοιο
παρθένος ἰμείρουσα.

Qui in primo verſu ſunt hiatus, non attinet exemplis firmare, quum digamma habuerit apud Homerum et ἄεσυ et ἶσος. Sed qui eſt in his verbis, δέ τε ἠϊθέοιο, etſi ob quartum pedem ferri poſſe videtur, dubitari tamen poteſt an Apollonius aut γάνυται δὲ τῷ ſcripſerit ex Iliad. XX. 405. γάνυται δέ τε τοῖς Ἐνοσίχθων, aut γάνυται δ' ἄρα τ' ἠϊθέοιο ex Iliad. XIII. 493. γάνυται δ'

Digitized by Google

ἄρα τε φρένα ταμήν. Certe in hoc ipso Homeri loco γάνυται δέ τε φρένα habet Suidas in ἐγανώθην, et γάνυται δὲ φρένα schol. Aristoph. Acharn. 7.

I. 881. de apibus:

ταὶ δὲ γλυκὺν ἄλλοτε ἄλλον
καρπὸν ἀμέργουσιν πεποτημέναι.

Ita Brunckius e sex codd. pro vulgato ἄλλοτέ τ' ἄλλον edidit, damnata Rutgersii correctione ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα. At vt hiatus ferri possit, quem in iisdem vocabulis habet Hesiodus Ἔργ. 713. et inde Theognis 157. (159) Solon fr. 13. quod in Theognide vulgo legitur v. 318. valde tamen otiosum et languidum videtur esse participium πεποτημέναι. Non ita Homerus in illo, αἳ μέν τ' ἔνθα ἅλις πεποτήαται, αἳ δέ τε ἔνθα. Quare nonnihil dubito, an Apollonius scripserit:

ταὶ δὲ γλυκὺν ἄλλοθεν ἄλλῃ
καρπὸν ἀμέργουσιν πεποτημέναι.

Caeterum hiatus minime suauis in formula ἄλλοτε ἄλλος etiam aliis in locis non videtur omni dubitatione vacuus esse. Sic in Solonis eleg. V. 76. qui versus vulgo in Theognideis 232. est, Brunckius corrigit ἄλλοτ' ἂν ἄλλος ἔχοι. In fragm. Phocyl. 6. in Analectis Brunckii T. I. p. 78.

ἀλλ' ἄρα δαίμονές εἰσιν ἐπ' ἀνδράσιν ἄλλοτε ἄλλοι

vide an scribendum sit,

ἀλλ' ἄρα δαίμονες ἄλλοτ' ἐπ' ἀνδράσιν ἄλλοι ἔασιν.

Vide infra ad Oppiani Halieutica.

II. 660. ὁμῶς δ' ἐπὶ ἦματι νύκτα. Etsi hoc est in quarta sede, tamen de lectione dubito, quia Homerus semper ἐπ' ἦματι dicit: Iliad. X. 48. XIII. 234. XIX. 110. 229. Od. II. 284. XII. 105. XIV. 105. Quare scribendum arbitror, ὁμῶς δέ τ' ἐπ' ἦματι νύκτα,

Digitized by Google

quod praecedenti μέν τε respondet. Similis locus mox memorabitur II. 945.

II. 779. ἐμὲ δ' εὗρε νέον χνοάοντα ἰάλυς. Ed. Flor. et quorumdam codd. lectio χνοάοντας ἰάλυς, nata ex v. 43. monstrare poterat veram lectionem: χνοάοντος ἰάλυ.

II. 945. πρόπαν ἦμαρ, ὅμως τ' ἐπὶ ἤματι νύκτα. Sic Brunckius edidit, quum duo codd. ὁμῶς ἐπ' ἤματι, quinque ὁμῶς ἐπὶ ἤματι haberent. Vulgo ὁμῶς καὶ ἐπ' ἤματι, quod genuinum est, modo distinguatur, πρόπαν ἦμαρ ὁμῶς, καὶ ἐπ' ἤματι νύκτα. Vide supra ad II. 660.

II. 955. Τρικκαίοιο ἀγαυοῦ. Vide supra ad Arat. 951.

II. 1270. III. 409, 495. 1270. πεδίον τὸ Ἀρήϊον. Iliad. VI. 201. πεδίον τὸ Ἀλήϊον.

III. 248.

ἄμφω, Χαλκιόπη Μήδειά τε. ἣ μὲν ἄρ' ἤγε
ἐκ Θαλάμης Θαλαμόνδε κασιγνήτην μετιοῦσα.

Lectionem aliorum librorum, τὴν μὲν ἄρ' οἴγε — μετιοῦσαν Brunckius e priore editione mansisse putat, ita vt dein versus exciderit, in quo ἴδον, ἐνόησαν vel simile verbum fuerit. Equidem vereor ne Brunckiana lectio librariis debeatur, qui mutilam orationem, postquam aliquid exciderat, aliquo certe modo resarcire studuerint. Apertum enim est, nexum esse nullum inter haec verba, quae posui, et ea, quae sequuntur: Ἥρη γάρ μιν ἔρυκε δόμῳ. Quae si quis diligentius considerabit, intelliget, puto, haec ipsa verba, Ἥρη γάρ μιν ἔρυκε δόμῳ, ne cum sequentibus quidem, πρὶν δ' ἔτι θάμιζεν ἐν μεγάροις, Ἑκάτης δὲ πανήμερος ἀμφεπονεῖτο κηδν, apte satis cohaerere, quia non praecedere illa de Innone, sed sequi debebant. Quare ipsa haec verba, Ἥρη γάρ μιν ἔρυκε δόμῳ, e priori editione seruata, caussam fuisse existimo, qua verba intercíderent, quae in secunda editione horum loco posita erant. Similiter alibi peccatum esse in Apollonio ostendit Ruhnkenius Ep. crit. p. 190. 191.

Digitized by Google

III. 263. Φρίξοιο ἐφημοσύνησιν. Vide ſupra ad Aratum v. 951.

III. 327. προτέρῳ ἐνὶ ἤματι in tertia ſede, et in quarta αὐτῷ ἐνὶ ἤματι IV. 236. 1502. Non habeo in hanc rem exemplum ex antiquioribus, quamquam non ſine illorum exemplo hunc hiatum ab Apollonio admiſſum exiſtimo. Quod ſi quis fortaſſe in tribus hisce locis εἰν ſcribendum putet, debebit is exempla huius formae in theſi poſitae proferre, quae quidem vix repertum iri puto.

III. 375.

αὐτίχ' ὁμαρτήσαντε ἐφ' Ἑλλάδα· οὐκ ἐπὶ κῶας.

Gloriatur de hac lectione Brunckius. At praeſtat cum Hemſterhuſio et Ruhnkenio p. 191. vulgatam, ὁμαρτήσαντες ἐφ' Ἑλλάδος, tenere, ſiue praecedentem verſum, vt e priori editione ſuperſtitem, delere, ſiue, vt in parentheſi dictum, ſeruare malis.

III. 421. ἀνέρι εἶξαι. Praeterquam quod hiatus eſt in datiuo, de quo ſupra dictum ad Arat. v. 962. etiam εἴκειν apud Homerum nonnumquam hiatum facit, vt Iliad. XXII. 459. Od. XI. 514. οὐδενὶ εἴκων. Od. XIII. 143. XVIII. 138. κάρτεϊ εἴκων. Iliad. XXIV. 100. καθέζετο, εἶξε.

III. 492. Αἰήταο ἀπηνέος. Vide ſupra ad Arat. v. 951.

III. 561. ἐρητύεσθε ἀέθλων. Aut totam phraſin ex quopiam antiquo hauſit, aut hiatum certe ex ſimilibus Homericis, vt Iliad. XVIII. 287. κεκόρησθε ἐελμένοι. Odyſſ. VII. 222. ὀτρύνεσθε ἅμ'. X. 425. ὀτρύνεσθε ἐμοί.

III. 736.

ἀλλ' ἴθι, κεῦθε δ' ἐμὴν σιγῇ χάριν, ὄφρα τοκῆας
λήσομαι ἐντύνουσα ὑπόσχεσιν.

Scribe λήσομεν ἐντύνουσαι.

III. 807.

φάρμακα λέξασθαι θυμοφθόρα, ὄφρα πάσαιτο.

Digitized by Google

Sic Brunckius edidit e quibusdam libris, ipse ad IV. 1487. vulgatam τόφρα retineri potuisse ratus. Quod ibi dicit, ὄφρα et τόφρα promiscue a poetis vsurpari, de recentioribus verum est, non de antiquis, Homero, Hesiodo, et qui praeter hos in hunc censum veniunt.

III. 849. πυρὶ εἰκάθοι. Ob datiuum, de quo supra ad Arat. v. 962. Vide etiam ad Apoll. III. 421.

III. 1112. ὅτ' ἐκλελάθοιο ἐμεῖο. Hunc hiatum duae tuentur caussae, vna, quod haec terminatio verbi in iis est, e quibus vltimam vocalem aegre elidunt epici, quemadmodum in datiuo tertiae declinationis; altera, quod ante casus obliquos pronominis primae personae, item ante adiectiuum ἐμός, non raro hiatus apud Homerum occurrit. Sic Iliad. I. 562. κάθησο ἐμῷ. IV. 412. ἧσο ἐμῷ. V. 896. ἐσσὶ ἐμοί. IX. 57. ἐσσί, ἐμός. 426. ἐφράσσαντο ἐμεῦ. XIX. 194. δῶρα ἐμῆς. XX. 20. Ἐννοσίγαιε, ἐμήν. 205. σὺ ἐμούς. XXIII. 278. πατρὶ ἐμῷ. 583. τὸ ἐμόν. Odyss. V. 287. Ὀδυσῆϊ ἐμεῖο. IX. 459. δὲ ἐμόν. X. 178. ὦκα ἐμοῖς. 425. ὀτρύνεσθε ἐμοί. XII. 199. ἕλοντο ἐμοί. 258. κεῖνο ἐμοῖς. 397. XIV. 249. ἔπειτα ἐμοί. XIII. 305. ἰόντι ἐμῇ. XX. 364. ἄνωγα ἐμοί. Hymn. Apoll. 537. ὅσσα ἐμοί.

III. 1126. κασίγνητοί τε ἔται τε. Iliad. XVI. 456. 674. Odyss. XV. 273.

III. 1134. μήδετο Ἥρη. Ob nomen proprium. Homeri πότνια Ἥρη non debebat quemquam mouere, vt digamma fuisse in hoc nomine putaret.

III. 1283. χρυσάορι Ἀπόλλωνι. Etsi hic hiatus et in datiuo tertiae declinationis, et in quarta sede est, tamen, quia praeter necessitatem admissus est, non dubitari debet quin praeferenda sit altera lectio χρυσαόρῳ.

III. 1333. κατὰ ὦλκας. Iliad. XIII. 707. κατὰ ὦλκα. Habuit enim haec vox digamma apud antiquos, vt patet ex Hesiodo Ἔργ. 443.

IV. 376. σχέτλιε, εἴ κεν. Sensus scribi postulat σχετλίη.

Digitized by Google

IV. 419. Brunckius τόδε γ' ἔργον edidit, quum codd. quidam τόδε τ' ἔργον haberent. Vulgatum τόδε ἔργον non puto damnandum esse, quia hunc quidem hiatum ex Homero receperunt recentiores. Sic IV. 794. τόδε ἔργα.

IV. 546. αὐτῇ ἐνὶ ἕλδετο νήσῳ. Sic recte Brunckius pro vulgato ἐνεέλδετο. Excusatio a quarta sede.

IV. 796.

ἀλλ' ἐμὲ αἰδομένη καὶ ἐνὶ φρεσὶ δειμαίνουσα.

Sic Brunckius dedit e quatuor codd. pro vulgato ἐμέ τ' αἰδομένη, quod seruari debebat.

IV. 908.

ὄφρ' ἄμυδις πλανέοντος ἐπιβρομέοιντο ἀκωκαί.

Sic Brunckius ex ingenio, quia verbum praeteriti temporis praecedit. Libri ἐπιβρομέωνται. Si voluisset Apollonius vsitatam syntaxin obseruare, poterat ἐπιβρομέοιεν scribere. Equidem vereor ne vera sit vulgata lectio. Nam Apollonius iam videtur, licet parcius, ab illa syntaxeos norma recessisse, quam Q. Smyrnaeus et qui huius aequales sunt, susque deque habuerunt. Clarum in hanc rem argumentum promi potest ex Apollonii I. 853. de quo loco fallitur Brunckius ad I. 17. vbi pariter atque in appendice ad I. 1005. falsa et repugnantia de particulis ὄφρα κε prodit. Si haec vera dixi, dubitari poterit de Brunckii emendationibus I. 17. quae aperte falsa est; 660. II. 1096. III. 1135. IV. 243.

IV. 1283.

ἄσπετον, ὅστε βοῶν κάτα μυρία ἔκλυσεν ἔργα.

Ob quartum pedem, nisi aliquid vitii in lectione est.

NICANDER.

Ther. 280. περὶ ἄψεα. Ob quartam sedem. Affert h. v. Etym. M. p. 183, 17.

Digitized by Google

Ther. 536.

πολλάκι δ' αὖ καὶ σπέρμα, ὅτε λοβὸς ἀμφὶς ἀείξει.

Codd. τό τε. Scripsisse videtur τό οἱ.

Ther. 854. πρὸ ἄλλης. Praepositio πρὸ veniam habet etiam maiorem, quam datiuus tertiae declinationis, et secunda persona optatiui, quae in οιο terminatur, quia ο ex πρὸ elidi nullo modo potest. Et habuit Nicander, quae respiceret, Homerica πρὸ ἄστεος, πρὸ Ἀχαιῶν.

Alex. 7. ἐνάσσαο, ἧχί τε. Ob quartam sedem. In eadem Homerus Iliad. XI. 76. καθείατο, ἧχι.

Alex. 79. ἀμφὶ δὲ ὀλκός. Scribendum ex MSS. ἀμφὶ καὶ ὀλκός, quae familiaris loquutio est Nicandro.

Alex. 358.

οἵη τ' ἐξ ὑμένων νεαλὴς ὑπὸ ἕδατι μόσχος
βρώττει ἀναπρέσσα χύσιν μενοεικέα θηλῆς.

Scribendum puto, νεαλὴς ὕπο ἕδατα μόσχος βράσσει. Hiatus in quarta sede eo facilius toleratur, quod ὕπο aduerbium est.

Alex. 564. ἐν δὲ ἑπαρκές. Scribe ἔν καὶ ἑπαρκὲς e codd. Vide supra ad v. 79.

MOSCHI MEGARA.

V. 4. ὅτι ἄλγεα, propter particulam ipsam.

85. ὑπὸ ἧπαρ' ἔχεσα, ob quartum pedem. In eodem carmine Homerica sunt haec, v. 16. κατὰ οἶκον, et v. 102. εἵματα ἕσο.

DIONYSIVS PERIEGETES.

Vs. 234. ἐπειρήσαντο ἀρότρῳ. Codd. recte ἐπειρήθησαν.

vs. 917. Ἀντιόχοιο ἐπώνυμος. Vide supra ad Arat. v. 951.

Digitized by Google

HERODES.

V. 30.

καὶ γὰρ Ἀθηναίη τε Ἐριχθόνιον βασιλῆα
νηῷ ἐγκατέθηκε.

Pro τὲ scribendum videtur οἵ, quod cum νηῷ coniungi debet.

In MARCELLI dedicatione v. 2. θυοσκόα ἱρά. Vera videtur emendatio Iacobsii θυοσκόοι. Ibidem v. 23. αὐτὰρ ὁ ἀτερόεντα. Vide supra ad Arat. 223.

OPPIANVS.

Nitidissimus scriptor Halieuticorum diligentissime vitauit hiatum, quem si quo in loco habet, non nisi talem admisit, in quo et Homerus et caeteri omnes poetae praeiuissent: vt I. 414. δὲ ἔκασα. III. 291. ζώστι ἐοικώς. IV. 194. περιτρομέοντι ἐοικώς. Nam IV. 180.

πᾶν δ' ἦμαρ ἐλίσσεται, ἄλλοτε ἄλλως
παπταίνων θαλάμους,

quod Schneiderus e quibusdam libris edidit, vereor ne cedere debeat vulgatae lectioni, ἄλλοτε δ' ἄλλως παπταίνει θαλάμους, modo sic corrigatur:

πᾶν δ' ἦμαρ ἐλίσσεται, ἄλλοτέ τ' ἄλλως
παπταίνει θαλάμους.

Τὲ quum excidisset, παπταίνει in παπταίνων mutatum fuit. Nimis enim asperum est, quod supra iam ad Apollonium I. 881. commemorauimus, ἄλλοτε ἄλλως, quam vt id placuisse Oppiano probabile sit. Quare etiam quae mox sequuntur v. 191. emendationis indigere puto:

ἀλλ' ὅτε κίχλαι
ὃν τόκον ὠδίνωσιν, ὃδ' ἄσχετα τῆμος ἀΐσσει
ἀμφιπεριτρομέων, ἔπι δ' ἔρχεται ἄλλοτε ἄλλην
εἰς ἅλοχον, μέγα δή τι περιτρομέοντι ἐοικὼς
ὠδίνων.

Digitized by Google

Displicet Schneidero vltimus verſus ob tautologiam. Hanc quidem ita tollere licet, vt ſimul ad hiatum expellendum aliquid momenti accedat, ſi ſcribatur:

οὐδ' ἄσχετα τῆμος ἀΐσσει
ἀμφιπεριδρομέων, ἔπι δ' ἔρχεται ἄλλυδις ἄλλην
εἰς ἄλοχον.

CYNEGETICORVM SCRIPTOR.

I. 252.

πᾶν δέμας εὐώδει, κηώδεϊ· ἔλπετο γὰρ δή.

Hic quidem hiatus quamquam et ob datiuum tertiae declinationis et ob quartam ſedem vitari poteſt, tamen in hoc quidem ſcriptore malim κηώδεί τ' ſcribi. Saepe hic duo epitheta per copulam coniungit, quod non fecerunt meliores poetae. Vide ad Orph. Lith. 81.

I. 407.

τὼ πρόσθεν δέ τ' ὀλιζοτέρω πόδε ἔχων.

Praeſtare videtur lectio cod. Ven. πόδες.

II. 400.

καὶ πόθον ἐ νοέοντα ἐν ἀλλήλοισι κεράσσαι.

Scribe σὺν ἀλλήλοισι.

II. 403.

ἀλλὰ καὶ ὀθνείοις ἐπεμήνατο ὑψόθι φίλτροις.

Pro inepto ὑψόθι Brunckius coniiciebat πολλάκι, quod ad ſenſum quidem accommodatiſſimum eſſet, ſi modo, qua ratione corrumpi potuiſſet, appareret. Leniori mutatione ſcriberetur νειόθι. Simile illud, νειόθεν ἐκ κραδίης.

III. 204.

ἄρσενα δ' εἴ μιν ἴδοι, τότε δή, τότε θυμὸν ὀρίνει
λευγαλέῳ ζήλῳ περὶ μητέρι ἀργαλέος θήρ.

Cod. Reg. πολεμήτορι. Etſi hiatus, vt in quarta ſede et datiuo tertiae declinationis, ferri poteſt, plus tamen

Digitized by Google

poetae eum vitantis consuetudini tribuendum puto. Omnino locus ita videtur refingendus esse:

τότε δή, τότε θυμὸν ὀρίνθη
λευγαλέῳ ζήλῳ πολεμήτωρ ἀργαλέος θήρ.

Sermo est de onagro.

IV. 353.

ὣς κεῖναι μάλα θῆρες ἐπ' ἀλλήλῃσι χυθεῖσαι
νόσφι πόνε κρατεροῖο ὑπ' ἀγρευτῆρσι γένοντο.

Scribe:

νόσφι πόνε κρατεροῖσιν ὑπ' ἀγρευτῆρσι γένοντο.

Q. SMYRNAEVS.

I. 20. μέγα αἰδομένη. Scribe μεγάλ'.

I. 31.

κεῖναι γὰρ ἀεὶ περὶ ποσσὶν ἀλιτρῶν
στρωφῶντ', οὐδέ νυ ἔστι θεὰς ἀλιτρόν θ' ὑπαλύξαι.

Nisi forte οἵ pro νὺ Quintus scripsit, reponendum est:

οὐδέ τιν' ἔστι θεὰς ἀλιτόνθ' ὑπαλύξαι.

Participium iam Rhodomannus reposuit.

I. 41. ἔνθ' ἄρα ἦν. Scribe, ἔνθ' ἄρ' ἔην.

I. 98. μάλα τοῖα ἑῷ προσελέξατο θυμῷ. Etsi in Homero talia vbique occurrunt, alia tamen est recentiorum consuetudo. Quare τοῖον malim.

I. 165.

ἦ δ' ἄρα κυδιάασκεν ἀάσχετα· ἔζετο δ' ἵππῳ.

Scribe ἀάσχετον.

I. 257. VI. 553. ἔγχει' ὀκρυόεντι. Simile est ἔγχει ὀξυόεντι, quae Homerica loquutio est Iliad. V. 50. XIII. 584. XV. 536. 742. fortasse etiam in Quinto reponenda.

I. 302. Σιπύλοιο ἀποῤῥώξ. Rhodomanni correctionem τὰ addentis firmarunt plurimi codd.

I. 460.

τῷ οἱ θηλυτέρην τιν' ἐριζέμεν οὔτι ἔοικεν.

Digitized by Google

Saepe apud Homerum ἐδὲ ἔοικεν. Οὔτι ἔοικεν non memini: quamquam hoc quoque facile ab antiquis accipere potuit Quintus, nisi forte hic maluit scribere ἐκ ἐπέοικεν.

I. 466.

ἰσὸν ἐπεντύνεσθε ἐῶν ἔντοσθι μελάθρων.

Scribe:

ἰσὸν ἐπεντύνεσθαι ἐῶν ἔντοσθε μελάθρων.

I. 527.

ἔνθ' Αἴας ἕλε Δήϊχον ἠδὲ Ἀρήϊον Ὄλλον.

Rhodomannus: Δηΐοχον ἰδ'. Addere etiam τ' debebat.

I. 556.

ἀλλά μοι ἆσσον ἵκεσθ' ἀνὰ κλίνον.

Rhodomannus ἵκεσθε ἀνὰ vel κατά. Scribendum ἵκεσθον. Duos alloquitur Penthesilea.

I. 617. περικαλλέϊ ἵππῳ. XII. 415. περιμήκεϊ ἵππῳ. Ob datiuum.

I. 622. ἐκικέκλιτο ἵππῳ. Aliquid quinta sedes momenti habet. Tum tertia persona verbi passiui saepe apud Homerum hiatum facit. Iliad. VIII. 66. XI. 84. Od. I. 56. ἀέξετο ἱερόν. Iliad. IX. 690. κατελέξατο, ὡς. 470. κέκλιτο εὖ. XIII. 300. ἔσπετο, ὅς. XIV. 285. σείετο ὕλη. XX. 379. ἐδύσατο ἐλαμόν. XXI. 234. ἐπέσσυτο οἴδματι. XXIII. 195. ὑπέσχετο ἱερά. 224. ὀδύρετο ὀξέα. XXIV. 94. ἔπλετο ἔσθος. 100. καθέζετο, εἶξε. 504. ἀτώσατο ἦκα. Odyss. I. 6. ἐρύσατο ἑέμενος. 265. νεμεσίζετο αἰέν. II. 417. ἔζετο ἄγχι. III. 435. εἰργάζετο· ἦλθε. V. 255. ποιήσατο ὄφρ'. 257. ἐπεχεύατο ὕλην. 391. XII. 168. ἐπαύσατο ἠδέ. VII. 217. ἔπλετο, ἦτ'. IX. 438. ἐξέσσυτο ἄρσενα. 553. ἐμπάζετο ἱρῶν. XII. 329. ἐξέφθιτο ἦϊα. XIV. 450. κτήσατο οἶος. XV. 326. ἔπλετο; ἦ. XVIII. 393. εἵλετο. αὐτάρ. XXII. 426. ἀέξετο ἐδέ.

I. 697. κυλινδομένοιο, ὃ δ'. Vide supra ad Arat. v. 951.

Digitized by Google

I. 725.

μέμβλετο, ὡς ἀλόχοιο πολύφρονος, ἣν τ' ἐπὶ ἔδνοις.

Scribendum μέμβλεται. Alter hiatus ex Homero eſt, niſi Quintus ſcripſit ἐφ' ἑέδνοις.

I. 732. ἐδέ τι οἶσθα. Hoc quoque, certe ἐδέ τι οἶδα, vel οἶδε, ex Homero notum.

I. 790.

καὶ τὴν μὲν κατέδαψε μένος μέγα Ἡφαίστοιο.

Scripſit, μέγα σθένος, vt alibi loquitur.

I. 792. αὐάδεϊ οἴνῳ. Ne hoc quidem exemplis firmare opus eſt.

II. 59. πείθεσθε ἑνὶ φρεσί. Scribe μετά.

II. 141. αὐτὰρ ὁ Ἰλῷ. Vide ſupra ad Arat. v. 225.

II. 148. ἀλλὰ ἔκηλον. Hom. h. Cer. 451. et ἀλλὰ ἔκηλος Iliad. XV. 194.

II. 174.

μηδὲν ἐλισσόμενος περὶ υἱέος ἠδὲ φίλοιο.

Scribendum:

μηδὲ ἑ λισσόμενος περὶ υἱέος ἠὲ φίλοιο.

Hiatus excuſatur praepoſitione, cuius vltima elidi non poteſt. Et habuit, quae ſimilia viderentur, Homeri exempla Quintus, quamquam in his omnibus digamma erat, πέρι οἶδε, περὶ ἴσης, περὶ ἄσυ, περὶ οἷσι.

II. 299. ἔτι πρόσω μεμαῶτ' ἔτι ἐλθέμεν. Scribe: ἔτ' ἐπελθέμεν.

II. 384. ἦ βόες, ἦέ τι ἄλλο. Τὶ eamdem veniam habet, vt περί.

II. 389.

ὦ Ἀχιλεῦ, μέγα ἔρκος ἐϋσθενέων Ἀργείων.

Μέγα ἔρκος non eſt in Homero, nec tamen quidquam mutandum, tum propter illud, ἔτ' ἄρα ἔρκεα ἴσχει, et ſimilia (nam digamma fuit in hac voce) tum inprimis, quia hoc Homeri ſpectauit Quintus: ὃς μέγα πᾶσιν ἔρκος Ἀχαιοῖσιν πέλεται πολέμοιο κακοῖο.

Digitized by Google

II. 486.

ϛείνετο δὲ κταμένων πεδίον μέγα ἱππόβατόν τε.

Videtur ſcripſiſſe *μέγα δ' ἱππόβατόν τε.*

II. 649. *Μέμνονι ἦρα Φέροντες.* Et III. 7. *Νέϛορι ἦρα Φέροντας.* Et V. 163. *ἔτινι ἦρα Φέροντες.* Odyſſ. III. 164. *Ἀγαμέμνονι ἦρα Φέροντες.*

III. 109. *τεῆς δ' ἐκελήσαο ἀρῆς.* Quae ad I. 622. de tertia perſona diximus, multo magis in ſecundam expetunt. Iliad. VIII. 105. *ἐκιβήσαο ὄφρα.*

III. 114. *σχέτλιε, ἔ νύ τοι οἶδας.* VI. 388. *σχέτλιε, ἠδ' ἐνόησας.* Vtroque in loco ſcribendum videtur *σχέτλιος.* Dubitari tamen poteſt, an poeta ſcripſerit *ὦ σχέτλι',* qua formula tragici vtuntur. *Σχετλίη* certe prima correpta auctoritatem Homeri habet Iliad. III. 414.

III. 167.

ἔγχος ἐμὸν Φεύξεσθε ἀμείλιχον, ἀλλ' ἅμα πάντες
τίσετε αἰνὸν ὄλεθρον Ἐριννύσιν ἡμετέρῃσιν.

Niſi in priore verſu vſus eſt duali, quia ad Troianos et Dardanos eſt oratio, excuſatio erit ab ſimilibus quibusdam Homeri locis, vt ſupra in Apollonio III. 561. In altero verſu ſcribendum *τίσαιτ',* etſi Homerus interdum in imperatiuo actiui verbi hiatum habet: vt Odyſſ. VIII. 251. *παίσατε ὡς.* X. 403. *ἐρύσσατε ἠπειρόνδε.* 404. *πελάσσατε ὄπλα.* XXIV. 214. *ἱερεύσατε, ὄϕις.*

III. 183.

ἀλλά ἑ, ὡς ζώοντα, νέκυν περιπεϕρίκασιν.

Scribe *ἀλλά οἱ.*

III. 189.

ὦ φίλοι, εἰ ἐτεόν μοι ἀρήγετε εὐμενέοντες.

Scribe *ἀρήγοιτ'.*

III. 197. *Ἕκτορι, εἶγε.* Ob datiuum.

III. 221. *αἴθ' ἐὸν περὶ σίμβλον.* Non *αἴτε ἑόν,* ſed *αἴ ῥά θ' ἑὸν* ſcribendum.

III. 325. *ἄλσεα ὑλήεντα* ob quartam ſedem, niſi etiam ob imitationem veteris cuiuspiam poetae, excu-

Digitized by Google

fari poteſt. Quamquam ſuſpicari licet, Quintum Homeri exemplo ἄλσεα ἀνθερέωντα ſcripſiſſe.

III. 385. ἀμφὶ νέκυν τανύοντο ἀπείριτον. Similia ſunt Homeri Iliad. I. 211. ἔζοντο, ἐρήτυθεν. V. 637. ἐξεγένοντο ἐπί. VI. 501. ἔφαντο ὑπότροπον. IX. 127. ἠνείκαντο ἀέθλια. 426. ἀφράσσαντο ἐμεῦ. XXI. 426. κεῖντο ἐπί. XXIII. 138. ἴκοντο ὄφι. Odyſſ. III. 388. ἵκοντο ἀγάλλεται. XII. 199. ἔλοντο ἐμοί. XVI. 176. ἐγένοντο ἀθεράπευτος. XIX. 542. ἠγερέθοντο εὐπλοκαμῖδες. XXII. 186. ἐλέλυντο ἱμάντων. Hymn. Ven. 228. κατέχυντο ἔθυρα. In Quinto tamen dubito an ſcribendum ſit τανύοντ' ἀπειρέσιον.

III. 475. στήθεα ἠδὲ χιτῶνας. Scribe στήθεά τ'.

III. 480.

ἐπεὶ νύ με θυμὸς ἰάπτει
λευγαλέον· τό με εἶδε καταφθίσειε γοῶντα.

Rhodomannus πένθος pro θυμὸς ponendum cenſet. Equidem ita ſcripſiſſe Quintum puto:

ἐπεὶ νύ με θυμὸν ἰάπτει
πένθος λευγαλέον· τὸ καταφθίσειε γοῶντα.

III. 612. ἀνέρι, ὅν. Potuit ſic ob datiuum: ſed mirum ni praetulit τόν.

IV. 103. ὦ φίλε, al. Scribe ὦ φίλος.

IV. 175. κακῷ περὶ ἕλκεϊ. Vide ad II. 174.

IV. 185. τῶν πέρι οἴδε ἀνέσαν. Scribe τοίδε γ'.

IV. 245.

πέλυς δ' ἐκ ϛομάτων χαμαιδὶς κατεχεύατο ἀφρός.

Quamquam hoc excuſari poteſt, vt ſupra I. 622. neſcio tamen an ſcripſerit κατεχεύατ' ἀφλυσμός. Vide ad Lith. Orph. 475.

IV. 297.

ἀλλ' ἄλλοι νέοι ἄνδρες ἐπεντύνεσθε ἄεθλον.

Scribe:

ἀλλ' ἄλλον νέοι ἄνδρες ἐπεντύνεσθον ἄεθλον.

Digitized by Google

V. 152.

ἀλλ' ἄγ' ἐμοὶ πείθεσθε, ἐπεί ῥα γεραίτερος εἰμί.

Potuit ſcribere ἐπειή ῥα, potuit etiam, quod paene malim, πείθεσθον. Duos enim alloquitur Neſtor: v. verſ. 139.

V. 168.

ὃς φὴς Ἀργείοισιν ἀνηλεγέως χαλεπῆναι
ἀνέρα, ὄντινα τῶνδε θεοὶ μετόπισθε βάλωνται.

Si quis ἀνδρῶν ſcribendum putet, facilis haec quidem correctio erit. Sed, niſi fallor, ita dedit Quintus:

ὃς φὴς Ἀργείοισιν ἀπηλεγέως χαλεπῆναι,
ὄντινά κεν τῶνδ' ἄνδρα θεοὶ μετόπισθε βάλωνται.

V. 280.

ἐς Τρώων πτολίεθρον ἐσήλυθον, ὄφρα πύθωμαι,
ὁππόσα μητιόωντο ὑπὲρ πολέμοιο ἀλεγεινοῦ.

Scribe μητιόωνται.

VI. 56. ἕζετο, ἧχι. Vide ad Nicandr. Alex. 7. et ad Quint. I. 622.

VI. 137. ἀταρβέϊ Ἡρακλῆϊ, et 371. ἐριαυχέϊ Ἡρακλῆϊ. Ob datiuum et nomen proprium.

VI. 194.

λαοὶ δ' αὐτίκα ἷσαν ἐν ἔντεσι μαιμώοντες.

Scribe αὐτίχ' ἕδυσαν.

VI. 296. τεύχεα ἠδὲ καὶ ἄνδρα. Adde τ'.

VI. 384.

τῷ δ' ἔπι Εὐρύπυλος μεγάλ' εὔχετο δῃωθέντι.

Scribe τῷ δ' ἄρ' ἔπ'.

VI. 418. ἦ ἔτι ἔλπῃ. Scribe ἦ ἔτ' ἐέλπῃ.

VI. 500. δὴ τότε Ἀργείων πολέες φύγον. Scribe δή ῥα τότ'.

VI. 629. ἀντικρὺ ἰσμένῃ. Quia vltima in ἀντικρὺ elidi non poteſt. Rhodomannus tamen ἄντικρυς: quod ex ſolo, vt puto, Suida firmari poterit: quamquam hic quoque praefert illorum ſententiam, qui diſcrimen ſtatuunt. Sic Etymologus, quo vſus eſt Brun-

Digitized by Google

ckius ad Apoll. Rhod. III. 493. Schol. Hom. ad Iliad. III. 359. vbi vide Heynium; Hesychius, Phrynichus p. 194. Ammonius p. 17. Eranius Philo p. 161. Thomas M. p. 83. Bona est Eustathii obseruatio p. 685, 30. 1915, 26. ἄντικρυς recentiorum esse, non Homeri.

VII. 263.

ἦχι πόλεις ὀλέκοντο ὑπ' ἀργαλέης ὑσμίνης.

Scribe κατ' ἀργαλέας ὑσμίνας. Ita κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας Iliad. II. 345. V. 200. 530. XII. 347. 360. XV. 562.

VII. 599.

πολλὰ κελεύων
ἐς μόθον Ἀργείοισιν ἀταρβέα θύναι, ἕνεκα πάντων.

Θύναι deleuit Rhodomannus cum optimis codd. Hiatus quarta sede excusatur.

VIII. 225. μεγάλοιο, ὃ δ'. X. 211. ἀκεσσυμένους· ἣ δ'. Vide ad Arat. 951.

IX. 122. μηδενὶ εἴκειν. XIV. 188. μηδενὶ εἴκων. Vide ad Apollon. III. 421.

IX. 483. Φάνεν δέ ἑ, οἷος ἔην περ. Insuauis hiatus, etsi in quarto pede et pronomine ἕ, quod elidi non potest. Quare Quintum τοῖος scripsisse puto, vti τοῖα pro οἷα dixit Nicander Ther. 762.

X. 171. κελάδοντι, ὅς. 204. Ἡρακλῆϊ· ὃ δ'. Ob datiuum.

XI. 24.

ὁππόθ' ἑοῖο
δάμναθ' ὑπ' ὠδίνεσσι πολυτλήτῃσιν ἀνίῃ
θεσπεσίῃ τοκετοῖο, ὅσην ὠδῖνες ἔγειρον.

Scribe:

ὁππόθ' ἑοῖο
δάμναθ' ὑπ' ὠδίνεσσι πολυτλήτῃσιν ἀνίης
θεσπεσίης τοκετοῖο, ὅσην ὠδῖνες ἔγειρον.

Hiatus, vt supra VIII. 225. Ἑοῖο quidem defendi potest simili loco XIV. 12. νηΐδας οἷο γάμοιο. Quamquam elegantius scripsisset, ὁππότε γυῖα δάμναθ'.

Digitized by Google

XI. 62.

ἄμφω ἐπιτάμενοι δόλον ἰχθύσι μητίσασθαι
αἰνὸν ὑπ' ἀγκίστροιο, βαλεῖν δέ τε εἰς ἅλα δῖαν
δίκτυα, καὶ —

Etsi in quarta sede hiatus est, tamen, quia non satis aptae videntur particulae δέ τε, scribendum puto βαλεῖν τ' εἴσω ἅλα δῖαν, nisi hic οἵ' oblitteratum est, de quo infra dicetur. Iliad. XXI. 125. εἴσω ἁλὸς εὐρέα κόλπον.

XII. 52. ἀλλὰ πίθεσθε ἐυπτολέμῳ Ὀδυσῆϊ. Si imperatiuo vti vellet, scribere poterat μενεπτολέμῳ. Quare infinitiuum praetulerim.

XII. 183. de rupibus, quas dii pugnantes vibrabant,

αἳ δὲ ψαμάθοισιν ὁμοῖαι
ξεῖαι διεσκίδναντο· θεῶν περὶ δ' ἄσχετα γυῖα
ῥηγνύμεναι διὰ τυτθά.

Ῥηγνύμεναι Rhodomannus. Δὲ delet Pauwius. Placere talis versus non potest. Quintum scripsisse puto:

ξεῖαι διεσκίδναντο, θεῶν ἀμφ' ἄσχετα γυῖα
ῥηγνύμεναι.

XII. 232. μίμνετε εἰςόκεν. Scribe μίμνειν vel μίμνετον.

XII. 297.

βελοίμην δ' ὑπ' Ἄρηϊ ἐϋκλειῶς ἀπολέσθαι.

Scribe:

βελοίμην κεν ὑπ' Ἄρει ἐϋκλειῶς ἀπολέσθαι.

XII. 308.

Ἀρτέμιδος περὶ νηὸν ἐλευθερίῳ ἐνὶ κήπῳ,
ἔρεϊ ἔτε λίην χθαμαλῷ, ἔθ' ὑψόθι πολλῷ.

Scribe ἔρεί τ'.

XII. 406. λευκαὶ δὲ ὑπὸ βλέφαρ' ἦσαν ὀπωπαί. Scribe γλαυκαὶ δ' ἄρ' ὑπό.

XII. 536. χείρετε ἀφραδέοντες. Quum alibi dualem pro plurali ponat Quintus, vt IX. 491. (vide et-

Digitized by Google

iam Rhodom. ad XI. 321.) ſcripſiſſe eum puto χαίρετον. Fortaſſe etiam alibi, vbi infinitiuum pro imperatiuo reponendum dixi, dualem poſuit.

XII. 562. λυγρῷ δ' ἐπεμαίνετο ἵππῳ. Vide ad I. 622.

XII. 575. ἀπέσσυτο ἀχνυμένη κῆρ. In quarta ſede: et vide ad I. 622.

XIII. 89. αἵματι· οἳ δ' ἐφύπερθε πίπτον. Scribe τοὶ δ'.

XIII. 395. ὄρεϊ ὑλήεντι. Ob datiuum et quartam ſedem.

XIII. 555. de Pleiadibus:

ἀλλ' αἳ μὲν μογεροῖσιν ἐπ' ὄψεϊ ἀνθρώποισιν
ἰλαδὸν ἀντέλλουσιν ἐς οὐρανόν.

Scribe ἐπόψιαι.

XIV. 104. ἐπεὶ μέγα ἤνυσαν ἔργον. Etſi hoc, vt in quarto pede, ferri poteſt, crediderim tamen Quintum ſcripſiſſe, ἐπεὶ μέγα ἔργον ἄνυσσαν, quia hic quidem hiatus frequens eſt.

XIV. 114. ὁππόσα ἔστι καὶ ἔσσεται. Scribe ὁππόσα τ'.

XIV. 170.

καί μιν ἀπ' ἄμφω
δάκρυ κατὰ βλεφάρων ἠλείβετο, ἡδὺ γοώντων.

Scribe καί σφιν ἅμ' ἀμφοῖν. Hiatus ab Homero ob digamma excuſationem habet; tum etiam ob quartam ſedem, et tertiam perſonam verbi, de qua ſupra ad I. 622.

XIV. 437. οὐδὲ ἔδεισεν. Ex iis, quae tentauit Rhodomannus, ſolum οὐδ' ἔδδεισεν verum eſt.

XIV. 494. βίη δέ τι ἄσχετος αἰὲν ψάμμον ἀναβλύεσκε. Scribe βίη δέ οἱ. *Vis eius;* vndam dicit.

XIV. 553. εὖτ' ἐπὶ ἄκρην. Scribe ἤϋτ' ἐπ' ἄκρην.

XIV. 637. ἐρικυδέϊ Ἐννοσιγαίῳ. Ob datiuum et quartam ſedem.

XIV. 653. κατ' ἔκτοθι. ἀλλά. Tychſenius κατεκτάθη correxit.

Digitized by Google

MAXIMVS.

Vſ. 150. εἰ δέ τε οἷς κεν. Ἐν δέ τε Doruillius. Scribe: ἓν δέ θ' ὅσοις κεν.

vſ. 237. μὴ μὲν ἔοι τημόςδε ἐπὶ πλευρῇσι μογῆσαι. Scribe περὶ πλευρῇσι.

vſ. 277. τομεὺς ἐπὶ ἄνδρα σίδηρος. Scribe ἐπὶ Φωτί, vt v. 299.

vſ. 321. οἵτε ἑὺς λείποντες. Scribe οἵ ῥά θ' ἑύς.

vſ. 346.

ἣν δὲ Νεμειήταο πέλη κατὰ ἄςρα λέοντος.

Hunc verſum accelſione interpretationis corruptum puto, poetam autem κατὰ ῥῶμα, vel ὄχοισι, vel aliud ſimile nomen poſuiſſe.

vſ. 471. πονέοιο ἕκαςα. Ante ἕκαςος inde ab Homero non rarus eſt hiatus. Quamquam hic requiritur πονέοιό χ' ἕκαςα.

vſ. 491. περὶ ἄλλα. Scribe περίαλλα.

MANETHO.

II. 67.

οἱ τένοι ἀκροτάτοισι Φαείνονται περὶ ποσσίν.

Doruillius οἵ τέ νυ. Scribe οἵ τέ οἱ.

II. 161. ἀμΦὶ ἕϑεν. Scribe ἀμΦί θ' ἕϑεν.

II. 163. ὅσσα τε ἐκτελέεσιν. Scribe ὁπόσα τ'.

II. 172. πρὸς δ' ἔτι ἀργαλέες καὶ εὐτόλμους. Scribe πρὸς δὲ καὶ ἀργαλέες τε καὶ εὐτόλμους.

II. 256.

ἢ δίΦρῳ ἑζομένους, ὅτι ἀργυρῷ ἐςὶν ἀμοιβή.

Scribe ὅϑι τ'.

II. 309. δίδυσι, ἅ. Scribe δίδυσι, τά. Mox v. 333. iam emendauit Doruillius.

II. 379. ἐνὶ οἴκῳ. Homericum eſt.

II. 393. βασιλῆα ἔϑηκεν. Scribe βασιλῆας.

II. 461. ἢ καὶ ἀΦ' Ἑρμείαο ἀποῤῥέῃ. Etſi hoc defendi poteſt iis, quae ſupra ad Arat. v. 951. de geni-

Digitized by Google

tiuo dicta sunt, tamen, nisi vitium est in verbo, Ἑρμάωνος praetulerim, saepius vsurpatam Manethoni formam. Mox v. 473. iam emendauit Doruillius.

III. 231. τὰ γὰρ ἄστεϊ ἄπειρά τε ἐσί. Scribe ἀτείριτά τ'.

III. 314. ἐπιμαρτυρίαις τάδε ἔρδει. Scribe ἐπιμαρτυρίῃσι τάδ'.

III. 386. ὁππότε ἴσν. Scribe ὁππόταν ἴσν et mox ἐρῶνται pro ὁρῶντο.

IV. 230.

Ἄρης δ' Ἑρμείαν διαλαμπάδα ἀκτίνι βάλλων.

Hiatum non tollunt Doruillii coniecturae. Versus interpretatione corruptus sic fortasse restituendus:

Ἄρης δ' Ἑρμείαν ἀκτίνων λαμπάδι βάλλων.

VI. 57. ἦν δὲ ὅλως. Lege ἦν δ' ἄρ' ὅλως.

VI. 122.

ἦν δὲ πέλῃ Φαέθοντι ἀριγνώτῳ ἰσόμοιρος.

Satis excusationis ab datiuo. Sed tamen scripsisse poetam puto:

ἦν δὲ πέλῃ ἰσόμοιρος ἀριγνώτῳ Φαέθοντι.

VI. 208.

ἐν συνοχῇσι γένοντο, ἰδ' αὖ καὶ δεσμὸν ἔτλησαν.

Scribe γένονθ', οἱ δ' αὖ.

VI. 439. σὺν δὲ Ἄρῃ Κύπρις. Scribe σὺν δ' Ἄρει.

VI. 495. δείκηλον κατὰ ταὐτὸ ἦ ἀντιπέρην. Videtur scribendum καὶ ἀντιπέρην.

VI. 685. θέςφατα εἰδώς. Hoc firmare exemplis non opus.

POETA DE VIRIBVS HERBARVM.

VI. 7.

Ῥάμνον ἔχει πανάκεια ἐν οἴκοισιν πάναρίστην.

Scripsit ἔχειν πανάκειαν.

vs. 33. αἷμα ἐπισμῥῶθέν. Adde δ' e scholiis.

Digitized by Google

vſ. 35. *σύγχρισ τὸν κάμνοντα ὅλων μέλλοντα ὑπνώττειν.* Scribe:

σύγχρισ τὲς κάμνοντας ὅλὲς μέλλοντας ὑπνώσσειν.

vſ. 57. *ἄλλοι δ' ἔρρενα, οἱ δέ.* Scribe *ἄρσενα, τοὶ δέ.*

vſ. 74.

Δίκταμνον βοτάνην αἴρειν ἐπιβάλλεο, κῶρε,
Φροντίδι ἀθανάτῃ ἣν αὐτοὶ θέσπισαν ἡμῖν.

Scribe *Φροντίσιν, ἀθάνατοι.*

vſ. 98.

πινόμενον μετὰ οἴνῳ λευκῷ ἰσοῤῥεπὲς ἄχθος.

Scribe:

πινόμενον, λευκῷ τ' οἴνῳ ἰσοῤῥεπὲς ἄχθος.

vſ. 104.

καρπὸν καλλιγένεθλον ὑπ' ἔμβρυα ἐκβάλλεσιν.

Legendum *ὑπέμβρυον.* Locis ad Heſychium citatis adde Lexicon MS. in quo: *ὑπέμβρυον, τὸ ἐπὶ τῇ θηλαζούσῃ νεογνόν. ἢ παρὰ τὸ ἔσω εἶναι βροτόν.*

vſ. 149. *Κρηταιεῖς δέ τε ὑςάτιοι* — Scribe *δ' αὖθ'.*

vſ. 159. *προλιπόντα σε, ἦν.* Scribe *τήν.*

NONNVS.

IV. 108. p. 118, 3. *ἀντὶ δὲ ἔδνων.* Scribe *δ' ἐέδνων.*

XII. 389. p. 349, 9.

χειρὶ ὀπισθοδότῳ ῥοδέων ἐπαφήσατο μηρῶν.

Scribe *χερσὶν ὀπισθοτόνοις.* Vide XV. 147. p. 420, 25. XXIX. 72. p. 744, 16.

XVII. 290. p. 480, 10. *καί ἑ ἔτι πνείοντα.* Vide ſupra ad Quint. IX. 483. In Nonno quidem non ferendus hiatus. Scribe:

καί οἱ, ἔτι πνείοντα καὶ ἀσπαίροντα δοκεύων,
Βάκχος ἄναξ ἀγόρευε.

Digitized by Google

XVII. 375. p. 484, 29.

μαρναμένων δὲ
ἤδη βαρβαρόφωνος ἐπαύσατο Ἰνδὶς Ἐνυώ.

L. Rhodomannus post ἐπαύσατο adscripsit λείπει τί, sequentem autem versum transpositum putat. Hunc quidem post v. 374. collocari debere apertum est. Sed reliqua non indigere videntur alio auxilio, quam vt pro Ἰνδὶς scribatur aliud vocabulum, v. c. Θυιάς, vt alibi loquitur Nonnus.

XIX. 127. p. 516, 24. λευκαίνετο ἀγκών. Requiritur praesens.

XX. 49. p. 532, 31. ὅτι μὴ κάμες ἄξια Ἥρης. Scribendum videtur ἄξιον.

XXI. 180. p. 566, 8.

μητροκασιγνήτην προσπτύξατο μητέρα Ἰνώ.

Scripsisse Nonnum puto:

αὐτοκασιγνήτην προσπτύξατο μητέρος Ἰνώ.

XXII. 329. p. 596, 8.

ἕτερος δ' ἐπὶ νηδύϊ πίπτων
μεσσατίῃ πεφόρητο ἀραιοσομένῳ κενεῶνος.

Recte Rhodomannus χαραξομένῳ.

XXIV. 71. p. 625, 14.

σήσας ἀμφὶ ῥέεθρα ἑὰς σίχας.

Idem ῥέεθρον correxit.

XXVIII. 312. p. 738, 22. Κορυβαντίδα, ἧς. Rhodomannus τῆς. Ibidem quod statim sequitur v. 314 ἔνθα ἐκείνη idem recte mutauit in ἔνθα ἑ κείνη.

XXX. 227. p. 776, 27. περιμηκέα, ὃς δέ. Idem Rhodomannus recte περιμήκετον.

XXXII. 293. p. 818, 14. ἀλλὰ Ἀμαδρυάδες. Idem recte ἄλλαι.

XXXIII. 354. p. 840, 14. εἰμὶ δὲ αὐτή. Rhodomannus recte εἰμὶ καὶ αὐτή.

XXXIX. 84. p. 996, 17. περὶ τόμα εἱμένα. Rhodomannus recte τόμαθ'.

Digitized by Google

XL. 309. p. 1034, 25. πυρὶ, τῷ pro eo, quod in prima ed. erat, πυρὶ ᾧ, receptum iam ex Ang. Politiani Misc. Syll. I. c. 12.

XLIV. 211. p. 1150, 21.

ὀψίγονον Τιτῆνα ἐμοὶ θώρηξε Λυαίῳ.

Rhodomannus Τιτῆνα νέῳ.

XLIV. 313. p. 1156, 24.

υἱέα κεφίζουσα ἐὰς φρένας ἰοχεαίρη.

Ita in secunda editione editum ex infelici emendatione Falckenburgii. Prima habet ἰοχεαίρης. Rhodomannus pro ἐὰς verissime τεῆς. Locus ita scribendus atque interpungendus:

ἀλλὰ θεὰ φυγόδεμνος ἐπὴν ποτε παῖδα λοχεύσῃ,
υἱέα, κεφίζουσα τεῆς φρένας ἰοχεαίρης,
πήχεϊ παιδοκόμῳ ζηλήμονι δεῖξον Ἀγαυῇ.

XLIV. 315. p. 1156, 26. κυνοσσέε, εἰ. Recte Rhodomannus scribit atque interpungit: τίς νέμεσίς ποτε τοῦτο, κυνοσσόος εἰ.

XLVI. 38. p. 1182, 2. πείθομαι ὡς ἓν ἔπεισα, ἑκών. Rhodomannus: πείθομαι, ὡς ἐνέπεσιν· ἑκών.

TRYPHIODORVS.

V. 113.

πρῶτα μὲν ἑστήκει κενεόφρονι ἀνδρὶ ἐοικώς.

Ante ἐοικὼς vsitatus est hiatus. Sed pro ἀνδρὶ scribendum φωτί ex Iliad. III. 219. quem locum manifesto imitatus est Tryphiodorus.

vs. 323.

κυδιόων ὑπέροπλα· βίη δ' ἐπέρεισεν Ἀθήνη,
χεῖρας ἐπιβρίσασα ἐϋγλυφέων ἐπὶ μηρῶν.

Quidquid tandem scripserit Tryphiodorus, hoc scribere non potuit. Fortasse:

χεῖρας ἐϋγλυφέεσσιν ἐπιβρίσασ' ἐπὶ μηροῖς.

Digitized by Google

Nisi duobus hemistichiis permutatis legendum:

κυδιόων ὑπέροπλον· ἐϋγλυφέων δ' ἐπὶ μηρῶν
χεῖρας ἐπιβρίσασα βίῃ ἐπέρεισεν Ἀθήνη.

vs. 399.

ποῖα δέ μοι δέσποινα καὶ αὐτῷ δῶρα ἄνακτι
ἀντὶ τόσων καμάτων Ἀγαμέμνονι δῶρον ὑφαίνει;

Loquitur Cassandra de Clytaemnestra. Δῶρα ex interpretatione natum, qua id nomen ad ποῖα intelligendum esse indicabatur. Tryphiodorus scripsit:

ποῖα δ' ἐμοὶ δέσποινα, καὶ αὐτῷ ποῖον ἄνακτι
ἀντὶ τόσων καμάτων Ἀγαμέμνονι δῶρον ὑφαίνει.

IOANNES GAZAEVS.

Vs. 55.

ἀντολίη γὰρ
πρωΐα ὠδίνουσα πυριτρεφέων ἀπὸ κόλπων
ξανθοφαὲς μαίωσε φάος νέον.

Scribe πρωΐη. Praeterea, si quis in hoc scriptore fuit elegantiae sensus, inuerso verborum ordine dixit νέον φάος. Idem v. 347.

καὶ πτερὰ κῆφα τιταῖνον ἀειρομένων ὑπὲρ ὤμων
Ἠῶον περὶ νῶτον ὀπίσερα. ἑβδομάτη δέ.

Sermo est de horis: quare ὀπίσειραι scribendum.

Reuertor nunc ad Orpheum, quem hiatus, quos habet, antiquiorem Nonno, ratio autem, qua iis vitatur, aetatis esse vsque ad Nonnum pertinentis monstrant. Atque Homerici hiatus in eo sunt hi: v. 100. ἐπὶ οἶνοπα πόντον. 119. δὲ εἶδα. 163. ἀγλαὰ ἔργ'. 233. ἐκέκλετο ἠδ' ἀγόρευεν in quarta sede. 392. ὄφρα ἴδωμεν. 526. ἔτι ἐκών. 549. γέρα ἠδ' ἐτίλοιβὰς in quarta sede. 607. ἀλέοιντο ἀνάσσης. 614. δωμήσατο οἶκον in quarta sede. 770. τὰ ἕκαστα. 843. ἐρίνετο ἴσος in quarta sede. 1268. λελίητο ἰδέσθαι. 1317. ἀνάπυστά τε ἔργα in quarta sede. De alio hiatu, v. 1198. μέγα ἄλσος dictum

Digitized by Google

in notis. Alium v. 789. ἐξέσσυτο ὕπνϐ emendatione ſuſtuli, quae quidem non plane neceſſaria videtur. Confer quae ſupra attuli ad Quintum I. 622. IV. 245.

Quae hactenus disputata ſunt, hanc maxime vim habent, vt ante Nonnum vixiſſe Orpheum oſtendant. Nunc illa videamus, quae in illa aetate, quae praegreſſa eſt Nonnum, certiorem locum ſcriptori Argonauticorum aſſignent. Haec vero tria ſunt: correptiones vocalium ante mutam cum liquida; vſus pronominum οἵ et σφίν; denique vniuerſa orationis conformatio.

Ac primo dicatur de Atticis correptionibus vocalium ante mutam cum liquida. Veteres epici carminis ſcriptores iſtam correptionem, qua grauitas heroici verſus mirum quantum imminuitur, tantopere reformidabant, vt peccare, ſi hoc peccare eſt, in contrariam partem mallent. Productiones enim brevium ſyllabarum tam in his ſcriptoribus frequentes ſunt, quam rarae correptiones: ita vt vix vllum certius ſit recentioris aetatis indicium, quam quod e crebro harum correptionum vſu depromitur. Quamquam hic quoque aliquid valet ipſa poetae ars, quum, quo quis imperitior erat poeta, eo plus ſibi licentiae indulgeret. Sed poetarum inſcitia non habet tantam vim, vt de aetate aut nullum, aut non idoneum praebeat indicium: quia recentiores etiam modum egredi in hoc genere poterant, veteres, niſi contemni vellent, abstinere a tali negligentia debebant. Non loquor autem de illis correptionibus, quae ſunt in nominibus propriis, aut omnino in eiusmodi vocibus, quas, niſi admiſſa correptione, non fert hexameter, vt Ἀφροδίτη, προκείμενα. In his enim aperta eſt correptionis neceſſitas. Quare nullam aut offenſionem, aut inſcitiae reprehenſionem habent haec, οἵ δὲ Ζάκυνθον ἔχον, ἱερῆς ἀπὸ ἄκρυ Ζελείης, ἐς πεδίον προχέοντο Σκαμάνδριον, ἀλλὰ Σκάμανδρος, atque alia huius-

Digitized by Google

modi. At vbi poterat vitari correptio, ibi eam tanta cura veteres declinarunt, vt vix pauca ex hoc genere exempla, quae quidem certa sint, proferri queant. In Homericis carminibus haec fere inueniuntur, ipsorumne poetarum negligentia, an criticorum mala sedulitate, non dixerim: Iliad. III. 414. σχετλὴ prima breui; XI. 69. δὲ correptum ante δράγματι; XXIII. 186. ante χρῖεν; XXIV. 324. τετράκυκλον prima breui; Odyss. V. 488. ἐνέκρυψε secunda correpta, vbi si ἔκρυψε legeretur, nemo praepositionem desideraturus esset; VIII. 92. vltima in κατὰ breuis ante κρᾶτα; item XII. 99. δὲ ante κρατί; XIV. 529. ante χλαῖναν. De aliis quibusdam locis aliquanto maior dubitatio est. Hos ordine commemorabo. Odyss. XI. 582.

ἑσαότ' ἐν λίμνῃ· ἣ δὲ προσέπλαζε γενείῳ.

XII. 330.

καὶ δὴ ἄγχιν ἐφέπεσκον.

XV. 443.

δεσμῷ ἐν ἀργαλέῳ, ὑμῖν δ' ἐπιφράσσετ' ὄλεθρον.

XXI. 138. 165.

αὐτῇ δ' ὠκὺ βέλος καλῇ προσέκλινε κορώνῃ.

XXIII. 110.

σήμαθ' ἃ δὴ καὶ νῶϊ κεκρυμμένα ἴδμεν ἀπ' ἄλλων.

Quae quidem tantopere ab Homerica consuetudine abhorrent, vt dubitari non possit, quin correptio criticis debeatur. Illud, quod est in Odyss. XVII. 375.

ὦ ἀρίγνωτε συβῶτα,

crasin habet. Aperte falsa lectio est in Odyss. XI. 143.

εἰπέ, ἄναξ, πῶς κέν μ' ἀναγνοίη τοῖον ἐόντα.

Quae ex codd. quibusdam et Apollonio ita emendari debet:

εἰπέ, ἄναξ, πῶς κέν με ἀναγνοίη τὸν ἐόντα.

Hesiodus in Theogonia v. 160. secundam in ἐκεφράσατο, et v. 632. primam in Ὄθρυος corripuit. In Ἔρ-

Digitized by Google

γρις v. 567. habet ἀκροκνέφαιος; 578. ἔργοιο τρίτην, nisi ibi ἔργε τριτάτην dedit; 588. αὐαλέος δέ τε χρώς, vbi τε sine detrimento deleri potest; 589.

εἴη πετραίη τε σκιή, καὶ βίβλινος οἶνος,

qui versus non vnam habet difficultatem; 605. ἀπὸ χρήμαθ'; 655. τὰ δὲ προπεφραδμένα πολλά; vbi cod. Aug. πεφραδμένα: sed veram lectionem seruauit cod. Viteberg. προπεφασμένα; 727. ἠελίοιο τετραμμένος: scribe ἠελίῳ. In Scuto Herculis ὑπὸ vltimam breuem habet ante τρυγητήρων v. 293, sed quod statim v. 294. sequitur βότρυας non habet primam syllabam correptam, sed duas postremas contractas. In Homeri hymno in Apollinem v. 387. ἐφράζετο prima breui est; ibidem v. 408. quod legitur, ὡς ἔπλεον, non primam correptam, sed extremas contractas habet. In eodem hymno v. 439. pro ἀμάθοισιν ἐχρίμψατο legendum est ἀμάθοις ἐχρίμψατο. In hymno Veneris v. 179. pro οἵην δή με τὸ πρῶτον legendum videtur οἵην δή με πρῶτον. Ἀτλήτων prima breui in hymno Cereris v. 344. omnes corruptum esse fatentur. Equidem sic scribendum puto:

ἣ δ' ἐπ' ἀλάοσις
ἔργοισιν μακάρων ὁλοὴν μητίετο βελήν.

Hesychius: ἄλαστα. ἄτλητα. Illum nihil moror, qui haec de Cerere intelligenda esse negat. In hymno Mercurii non haesserunt critici in hoc loco v. 293.

ὣς ἄρ' ἔφη, καὶ παῖδα λαβὼν φέρε Φοῖβος Ἀπόλλων.
σὺν δ' ἄρα φρασσάμενος τότε δὴ κρατὺς Ἀργειφόντης
οἰωνὸν προέηκεν.

At ipse sensus talem, si recte iudico, mutationem exigit:

Digitized by Google

ὣς ἄρ' ἔφη, καὶ παῖδα λαβὼν φέρε Φοῖβος Ἀπόλ-
λων,
σπάργαν' ἀφασσόμενος· τότε δὲ κρατὺς Ἀργει-
φόντης
οἰωνὸν προέηκεν.

Vide Apollon. Rhod. IV. 181. Praeterea in eodem hymno v. 557. μέλι vltima breui eſt ante χλωρόν.

Sed ſi ad illos ſcriptores animum aduertimus, qui recentiore vſi ſunt epicae poeſeos diſciplina, in his qui primus occurrit, THEOCRITVS, etſi is in carmine XXV. aliquot correptiones ante mutam cum liquida habet, nolim tamen hinc de aetate carminis dubitationem mouere. Nam quemadmodum alia, quae bucolicae poeſeos ſunt, ad epicum genus ab hoc ſcriptore traducta eſſe ſupra vidimus, ita eum has quoque correptiones, ex eodem fonte hauſtas, admiſiſſe crediderim. Et, quod non negligendum puto, quis auſit hoc carmen, quod non inepte bucolicum epos vocari poſſit, in iis, quae proprie dicuntur epica, numerare, praeſertim quum non ſit integrum? Vt paucis dicam, duae ſunt, ſi a didacticis discedas, epici carminis formae, vna grandior et ſublimior, altera tenuioris argumenti. Harum ſi quid vnam decet, non decet item alteram. Quod veteres bene intellexerunt; neque epici tantum, ſed caeteri quoque, qui hexametro verſu ſcripſerunt. Sic Callimachus in hymnis grauiorem illam ſpeciem conſectatus eſt; Theocritus in bucolicis alteram. In iſto igitur Theocriti carmine haec ſunt exempla: v. 2. πρόφρων; 47. τινὰ ante πρέσβυ; 51. ἀγρώτης, niſi ibi praeferenda eſt altera lectio ἀροτρεύς; 60. μάλα πρός; 74. δειδίσσετο τρηχύ; 144. et 176. ποτὶ et περὶ ante πλευρά; 145. ἐδράξατο; 174. τόδε τλήμεναι; 180. δέ σε φράζομαι; 183. Ἀπίδα κνώδαλον; 193. ὅττι με πρῶτον; 227. ἐκρύφθην; 232. αὐτὰρ ὁ κρᾶτα; 237. ὅθι πνεύμονος; 249. πυρὶ πρῶτον et κύκλα; 250. τανύφλοιος; 256. ἄνδιχα τρηχύν; 264. ἤλασα προφθάς.

Digitized by Google

Purus ab hac negligentia ARATVS est; nec minus APOLLONIVS: in quo quae in contrariam partem obseruaui exempla, vereor ne corrupta sint. Ac primum I. 1208.

δίζετο κρηναίης ἱερὸν ῥόον

Brunckius, quamuis e codicibus, dedit pro eo, quod vulgo sine prosodiae dispendio legebatur,

δίζητο κρήνης ἱερὸν ῥόον.

II. 126.

μαίονται δ' ὅ τι πρῶτον ἐπαΐξαντες ἕλωσιν.

Hic quidem vti correptio non valde placet, ita multum displicent verba μαίονται δέ, si cum praecedentibus coniuncta considerantur. Paene adducor, vt cultissimum poetam participio vsum putem, quo repositio nihil est, quod pulcerrimum locum deformet:

ὡς δ' ὅτ' ἐνὶ ϛαθμοῖσιν ἀπείρονα μῆλ' ἐφόβησαν
ἤματι χειμερίῳ πολιοὶ λύκοι, ὁρμηθέντες
λάθρη ἐϋῤῥίνων τε κυνῶν, αὐτῶν τε νομήων,
μαιόμενοι τί πρῶτον ἐπαΐξαντες ἕλωσιν,
πόλλ' ἐπιπαμφαλόωντες ὁμῶ.

In eodem poeta III. 226. θέρμετο Πληϊάδεσσιν et 357. Ἰήσονα Κρηθείδαο ab nominibus propriis excusationem habet: quamquam in priore loco suauiores essent numeri, si legeretur, Πληϊάδεσσιν ἐθέρμετ'. Ibidem v. 805. pro δακρύοισι legendum δάκρυσσι. Ibidem v. 1315. quod legitur, προπεφραδμένον, in προπεφασμένον mutandum est ex Hesiodo, quem imitatus est Apollonius, Ἔργ. 655. de quo loco supra dictum est. Deinde III. 1392. ἠΰτε κρηναῖαι ἀμάραι. Scribe εὖτε. Εὖτε, *veluti*, exstat Iliad. III. 10. reponendum etiam in Theocrito XXIV. 49. Denique apud Apollonium III. 1393. Brunckius ex Abreschii coniectura edidit:

πίπτον δ', οἱ μὲν ἀκλάξ, τετρηχότα βῶλον ἐδῆσι
λαζόμενοι πρηνεῖς,

Digitized by Google

quum antea legeretur ὀδάξ. Ac ſane intolerabilis iſta eſt tautologia, ὀδὰξ ὀδοῦσι, ſed quod hic vitium eſt, id mea quidem ſententia non eſt in ὀδάξ, verum in ὀδοῦσι, quod interpretationis cauſſa adiectum vltimam verſus vocem, fortaſſe ἀρύρης, expulit.

NICANDER, didacticorum, vt Parmenidis atque Empedoclis, exempla ſequutus, aliquoties correptionem admiſit, vt haec ſunt in Alexipharmacis: v. 226. ὀχλίζεις; 505. ὀχλιζομένας; 242. ἀκροσφαλές; 364. ἐπιθρομβωθῇ, atque alia. Vltimas autem vocabulorum ſyllabas ſequente muta cum liquida ſaepiſſime corripuit, vt v. 2. ἀνεδέγμεθα βλάστας. Vide v. 17. 34. 76. 91. 137. 190. 202. 214. 237. 246. 251. 252. 273. 286. 299. Didactici enim poetae hanc veniam habent ob eam cauſſam, quod multis vti coguntur vocabulis, quae ſine correptione non apta forent hexametro. Poſtea epici, quae Atticis itemque didacticis in vſu eſſe viderent, ſibi quoque putarunt concedenda eſſe.

MOSCHVS, ſiue quisquis ſcripſit nitidiſſimum carmen de Europa, raro ſibi aliquid in hoc genere indulſit, vt v. 68. ξανθοῖο κρόκου. v. 74. ἐβέβλητο. v. 125. ἀνέμοισι πέπλος. v. 147. κατιθύνοντα πλόον. Saepius, qui Megaram fecit, aliquanto recentior poeta: vt v. 3. τὸ πρίν. 34. ὀστέα κρωσσόν. 55. ἀνέρι θνητῷ. 59. δακρύοισι, niſi δάκρυσσι ſcribendum. 64. κέκλαυται. 73. λυγρῦ. 82. πυκινώτερα κλαίω. 120. μέχρι δή μοι, niſi ſcripſit μέχρις μοι.

DIONYSIVS Periegetes perpauca habet correptionum exempla: v. 52. οἶδμα προχεύων; 118. ἄχρις; 331. ἐπὶ τρισσήν; 465. ἀνδράσι Πλωταί; 1173. ἐκληρώσαντο.

In LITHICIS haec ſunt, in fine vocabulorum v. 70. 249. 252. 293. 412. 559. in mediis vocabulis 524. 545. 587. 730.

Raro etiam OPPIANVS hanc ſibi conceſſit licentiam, vt in Halieut. I. 133. αἴθοπι χροιῇ; 578. ὅπλων. Contra imperitus homo, qui CYNEGETICA ſcripſit, plurima habet exempla, quae quid com-

Digitized by Google

nemorem, quum idem ante litteram ζ finales syllabas corripiat, vt I. 92. μεδσόθι ζώνης; III. 56. ἀπαλύτατο ζώνην; IV. 238. υἱέϊ Ζηνός, quod nemo quisquam epicorum fecit, nisi Orpheus apud Macrob. Sat. I. 23. et is, qui libros I. et V. Apotelesmaticorum scripsit, a Manethone ille, vt bene vidit Tyrwhittus, diversissimus. Qui quum adeo rudis atque indoctus sit, vt vix in numero epicorum haberi possit, nec supra eius mentionem feci, et hic praetereundum duco.

Progredior ad QVINTVM Smyrnaeum. Hic vero iam frequentissime vocales breues ante mutam cum liquida corripuit. De plurimis exemplis quaedam saltem commemorabo. I. 122. ὕπνος: (sic etiam IX. 67.) I. 170. λυγραί. 191. τέτληκα. 197. κεκληγώς. 200. ἀθρήσειν. 785. ἀφνειῆ. 827. μέχρις. II. 231. ἰσμέθλων: (sic etiam III. 156.) II. 355. λύθρῳ (sic etiam III. 316.) II. 470. 474. ὁμίχλη. III. 130. πατρός. 502. τέκμωρ. III. 537. IV. 289. Πατρόκλοιο, quod ambas priores syllabas breues habet. III. 569. ὑποτλήσομ'. IV. 285. ἴδρις. V. 635. δὲ πνοιή. VI. 211. ἀφρός. 342. σταθμόν. 629. ἀντικρύ. IX. 300. ἐπέπνευσεν. 499. τετραμμέναι: sic etiam X. 488.

Similiter MAXIMVS: vt v. 32. πάτρην. 38. ἄτρηκτα. 134. διχομηνίδι πλείῃ. 302. ἄκμην. 326. ἐπιφρόζεο. 342. ἄλσεϊ ἐμῷα. 400. λυγρῇ. 439. τέχνης.

Eodem modo MANETHO: ex quo vt certe aliquid afferam, (iam enim taedet) habet ille ἀθνέων II. 248. ἐσαθρήσῃ III. 285. et IV. 184.

δείκνυσιν, μαχλικῶν τε λόγων θρασυγλωσσέας ὠδάς.

Nec minus scriptor DE VIRIBVS HERBARVM, vt v. 46. ὑπὸ γλῶσσαν. 86. κατάπλασσε. 88. κατακλάσσεται. 90. κατακλάσμασι. 110. ὕδρωπα. 134. παρυτεύκυκλος: et παραχρῆμα saepe.

Apertum est, quantopere grassata sit haec barbaries. Eam NONNVS ita expulit, vt vix aliqua apud eum inueniri possit istiusmodi correptio. Pauca, quae

Digitized by Google

quis fortaſſe proferat e Dionyſiacis exempla, facile eripiemus. XIX. 136. p. 516. vlt.

ὅστις ἀεθλεύσειε κυκλάμενος ἴδμονι ταρσῷ,
νικήσας τροχαλοῖο ποδὸς κρίσιν, ἔτος ἐλέσθω
καὶ χρύσεον κρητῆρα, καὶ ἡδυπότῃ χύσιν οἴνῳ.

Patet ſcribendum eſſe ἀεθλεύσει. XXIX. 208. p. 752, 20.

ἀκροτάτοις ὀνύχεσσι λίθον τινὰ ξαΐνεν ἀείρας.

Praeclare L. Rhodomannus λίθον τινὰ βαιόν. XXXIV. in fine:

καὶ εἶχε χιονέην ὀλέκων κυανόχροος ἀνὴρ
ἐνδόμυχον κύκλον εἶχε πολισσέχοιο κυδοιμῷ.

Pro κύκλον, quod ſenſu caret, ſcribendum κλέος. XLI. 97. p. 1056. vlt.

καὶ Φθαμένη Κύπριον καὶ Ἴσθμιον ἄσυ Κορίνθῳ
πρώτη Κύπριν ἔδεκτο Φιλοξείνῳ πυλέωνι.

Scribendum ſine haeſitatione:

καὶ Φθαμένη Κύπρον τε καὶ Ἴσθμιον ἄσυ Κορίνθῳ.

XLIV. 277. p. 1154, 21. ἐν σκοπέλοισι τεχνήσατο. Scribe σκοπέλοις. XLVII. 69. p. 1206, 9. vbi ex Falckenburgii et Rhodomanni correctionibus eſt,

πλάσσαι, βωθρῆσαί τε, βαλεῖν τ' ἐνὶ κύμασι γύρους,

etſi ἐν legi poteſt, neſcio tamen an ſeruanda ſit vulgata. Hoc enim genus correptionis, quod eſt in ſyllaba finali, admiſiſſe videtur, licet aegre, haec ſecta. Ita apud MVSAEVM eſt v. 194. Φάρεϊ κρύπτε: ſed apud eumdem v. 105.

πολλάκις ἱμερόεσσαν ἐὴν ἀπέκρυψεν ὀπωπήν,

corrigendum puto ἔκρυψεν. Etiam TRYPHIODORVS talia quaedam habet, veluti τρίχα χρυσῷ v. 65. ἀμαρύγμασι χροιῆς v. 70. COLVTHVS v. 208. αἶψα δὲ Θρηϊκίοιο. Vnde intelligitur, meliorem viam, quam Nonnus oſtenderat, a poetis hunc imitantibus eodem modo, vt ab iis, qui ante Nonnum fuerunt, Homeri

Digitized by Google

exemplum, paullatim deſectam eſſe. Quare non mirum, ſi et in hoc genere, et in aliis vitioſus eſt Apollinaris.

Erunt fortaſſe, qui mirentur, quod Batrachomyomachiae nullam fecerim mentionem. Quae quum non eſſe recentior expeditione Xerxis exiſtimetur, tot tamen correptionum exempla habet, vt ſententiam noſtram mirifice labefactare poſſit. At quae in hoc carmine reperiuntur correptiones, non modo excuſationem habent tum ab ludicro argumento, tum a poetae inſcitia, ſed, quod grauius eſt, tantum abeſt vt iis, quae ante diſputaui, repugnent, vt ea non mediocriter confirmare videantur. Etenim vel leuiter hoc carmen conſideranti planum eſſe debet, tot illud tantisque interpolationibus eſſe corruptum, vt penitus immutatum cenſeri oporteat. Tanto illud ſtudio lectitatum aliquando tractatumque eſt. Hanc ob cauſſam ab iſto carmine, vt a farragine verſuum diverſiſſimis aetatibus factorum, plane abstinet noſtra disputatio.

Iam vero ſi ad Orpheum nos conuertimus, quid aliud, quam aut magnopere ignoraſſe eum epicae poeſeos diſciplinam, aut aetate fere aequalem Quinto eſſe fatebimur? Ignorantiam, quemadmodum Cynegeticorum ſcriptori, non temere poſſumus ei obiicere, qui neque caeſuram trochaicam in quarto pede nimis frequentauerit, neque ante litteram ζ vocalem corripuerit, nec duo epitheta ornantia per copulam coniunxerit, quod ipſe tamen Quintus fecit. Quare correptiones vocalium ante mutam cum liquida non poſſunt aliud, niſi aetatem ſcriptoris haud longe a Quinti temporibus remotam arguere. Correptionum iſtarum exempla in fine vocabulorum exſtant v. 8. 19. 26. 31. 53. 54. 69. 201. 328. 342. 400. 405. 430. 538. 557. 587. 595. 640. 643. 657. 691. 763. 886. 900. 932. 999. 1035. 1051. 1080. 1130. 1197. 1226. 1381. in mediis vocabulis v. 6. 12. 21. 24. 29. 30. 32. 68. 87. 240. 266. 298. 309. 327. 398. 425. 434. 440. 443. 462.

Digitized by Google

467. 473. 662. 669. 727. 736. 744. 755. 772. 789. 855. 900. 954. 965. 981. 984. 1003. 1064. 1066. 1097. 1115. 1132. 1151. 1155. 1174. 1196. 1209. 1236. 1241. 1290. 1294. 1298. 1333. 1369. 1380.

De epicorum poetarum numeris satis explicatum est. Sed antequam ab hac disputatione ad aliam transgrediar, paucis ostendam, etiam in elegiacis poetis has quaestiones non sine fructu adhiberi. Nam quum poetae, qui elegiaco versu scripserunt, paene maiore, quam epici, seueritate vsi sint, diligenter cauendum est criticis, ne multa, quae excusari vulgo solent, patienter ferant, alia autem, quae excusatione opus habeant, inferre in hos scriptores conentur. In quo genere quum a multis peccatum videmus doctis hominibus, tum nescio an ab nullo saepius, quam a Brunckio. Sed ordine tangam, quae in hac re potissima sunt. Ac correptiones quidem breuium syllabarum ante mutam cum liquida ab iis, qui elegiaco metro vsi sunt, praecipue vero ab his, qui epigrammata scripserunt, aliquanto magis quam ab epicis vsurpari non est quod miremur, quum et breuia fere sint ista poematia, et grauitate multum cedant carmini epico. Tanto studiosius productionem breuis syllabae in caesura et hiatum isti fugiunt, quamquam hiatum quidem in quarta sede hexametri, item in fine dactyli, qui primus est in vtraque parte pentametri, aliquoties admittunt, in quam rem exemplo potest esse versus, qui est in epigr. incert. 565.

ἀμφί τε ἀθανάτες, ἀμφί τε ἠμιθέες.

Ad haec qui diligenter attenderit, non dubitabit, quin longe maxima pars exemplorum, in quibus aut productio ista, aut hiatus ab his poetis admissus esse creditur, correctione indigeat. De plurimis locis paucos afferre satis habeo. In Theognide, in quo Brunckius v. 187. (189) 256. (250) malam productionem Stobaei auctoritate remouit, quam tamen ipse in versum 11. intulit, merito ob eam rem reprehen-

Digitized by Google

ſus a Porſono in praefat. ad Hecub. p. 9. in hoc igitur poeta v. 329. (319) legitur:

καὶ βραδὺς εὔβελος εἶλεν ταχὺν ἄνδρα διώκων.

At ſcribendum eſt,

καὶ βραδύς, εὔβελος δ', εἶλεν ταχὺν ἄνδρα διώκων.

Ibidem v. 461. eſt,

μή ποτ' ἐπ' ἀπρήκτοισι νόον γ' ἔχε,

quod perinde eſt ac ſi νόον ἔχε legeretur, quum γὲ a poeta ſcribi non potuerit. Lege,

μή ποτ' ἐπ' ἀπρήκτοισι νόον σχέθε.

In Hermeſianactis elegia v. 23.

Ἀσκραῖον ἐσικέσθαι ἔχονθ' Ἑλικωνίδα κώμην.

Quo in loco quum acute animaduerſſe videatur Ilgenius, poetam contradicere Heſiodo, recepta eius emendatione ἐκόνθ', in quam primus Dalecampius, inde alii inciderunt, (v. Heinrichii obſſ. in auctt. vett. p. 31. ſeq.) ſcribendum puto,

Ἀσκραίων ἐσικέσθαι ἐκόνθ' Ἑλικωνίδα κώμην.

In Anthologia plerumque huic vitio medetur optimus codex Vaticanus, cuius lectiones pluris faciendas fuiſſe exquiſitis exemplis docuit Schaeferus, vir eruditiſſimus, ad Longum p. 416. ſeq. Sic exempli cauſſa in Philippi Theſſalonicenſis epigr. 67. vbi legitur,

ἠίόνι τόδε σῆμα βροτῆ παντλήμονος ἄθρει,

quod ego olim vitandae productionis cauſſa ex coniectura adſcripſeram, ἠόνιον, poſtea codicis illius auctoritate firmatum intellexi. Sic etiam in eiusdem Philippi ep. 4, 4. in Nicarchi ep. 35, 6. in epigr. incert. 98. 387. et alibi ſaepius. Idem vitium alii codd. tollunt in epigr. incert. 580. et alibi. Sed mittam haec, quae ex codd. corrigi poſſunt. In Eratoſthenis fragm. 2, 12. quod quidem epicum eſt, legitur:

καὶ γαῖαν ἄμπεσχε, περίψυχος δ' ἐτέτυκτο.

Scribendum videtur:

Digitized by Google

ὃς γαῖάν τ' ἄμπεσχε, περίψυχός τ' ἐτέτυκτο.

De prosodia nominis γαῖα dixi ad Orph. Argon. 1287. Recentillimi tantum, et in his vix alius, nisi aliquis imperitior, videntur γαίη dixisse, vt in epigr. incertorum 727. 729. b. Vitiosa haec forma tollenda est ex epigr. incerti poetae 174. vbi sic editum:

μῆτερ ἐμὴ, γαίη Φρυγίων, θρέπτειρα λεόντων,
Δίνδυμον, ὦ μύσαις ἐκ ἀπάτητον ὄρος.

Miror interpunctionem Brunckianam placere potuisse Iacobsio. Nam quid hoc est, γαίη Φρυγίων? Magis etiam miror, non animaduertisse criticos, quam inepte Phrygiam alloquatur poeta, quum Rheam debeat. Quid enim Phrygiae dedicet cymbala sua Gallus? An vero, vt cepisse videntur hunc locum, Rheam appellat terram Phrygiam? Dindymenen vocat Dindymum? Absit: immo scribendum est:

μῆτερ ἐμὴ Ῥείη, Φρυγίων θρέπτειρα λεόντων
Δίνδυμον ἂν μύσαις ἐκ ἀπάτητον ὄρος,

i. e. ἀνὰ Δίνδυμον. Codex Vat. Δινδυμόνης. In Alcaei Messenii ep. 21. ita legitur:

δίζημαι κατὰ θυμὸν ὅτε χάριν ὁ παροδίτας
δισσάκι ΦΙ μῆνον γράμμα λέλογχε πέτρος.

Non contradicam Schaefero ad Longum p. 408. παροδίτης cum aliis eiusmodi nominibus proprie adiectivum esse contendenti: sed ex Alcaei versu hoc colligi posse nego. Nam, vt productionem articuli taceam, non solum παροδίτης nusquam in Anthologia, si bene memini, adiectiuum est, sed, quibus in locis hoc nomen occurrit, hi in Alcaeo ὦ παροδῖτα scribendum esse arguunt. Inuenitur enim tantummodo in compellatione. Atque ὦ παροδῖτα est in Hippiae ep. T. II. Anal. Brunck. p. 57. in Q. Maecii ep. 10. in Lucillii 75. in epigr. incert. 706. 741. 753. Et simpliciter παροδῖτα in Carphylii ep. 2. in Agathiae 90. in epigr. incert. 714. Sic etiam ὦ παριὼν in epigr. incert. 756. In Dioscoridis ep. 7. optimam codicis lectionem cor-

Digitized by Google

rupit Brunckius, quum vitii veram ſedem non animaduertiſſet, quam tamen datiuus Ἔρωτ' vltima eliſa monſtrare poterat. Lege:

ὅρκῳ κοινὸν ἔρωτ' ἀνεθήκαμεν· ὅρκος ὁ πιςὴν
Ἀρσινόης θέμενος Σωσιπάτρῳ φιλίην.

In eiusdem poetae ep. 24, 3. legitur:

τερπνότατε Μέσσιν Ἀνάκρεον.

Corrige,

τερπνότατ' ἐν Μέσσιν Ἀνάκρεον.

In Antipatri Sidon. ep. 42.

δισσοὶ δὲ δισσὰς ἔκτανον ἑβδομάδας.

Scribe καὶ δισσοὶ δισσάς. Alphei ep. 8, 2. pariter vt Lucillii 43, 3. 117, 2. addito γὰρ ſanari debent. Apollonidae epigramma 31. quum aliis vitiis laborat, tum eo, quod περισεφέα ante σηκὸν vltimam productam habet. Id epigramma, cuius quartum verſum pulcre emendauit Iacobſius, ſic ſcribendum videtur:

Μητρὶ περισεφέας σηκῆ, Κυθέρεια, θαλάσσῃ
κερπίδας βυθίας οἴδματι πηξαμένη,
χαίρεις τ' ἀμφί σε πόντος ὑπὸ Ζεφύροιο πνοῇσιν,
ἀβρὸν ὑπὲρ νώτου κυανέου γελάσας,
εἵνεκά τ' εὐσεβίης, νηῒ θ', ὃν ἐδείματο, σοῖο
Πόσσιμος αὐχήσειν μείζονά φησι πάφου.

In Dionyſii epigr. 5. male legitur,

ἀλλὰ τί πωλεῖς;
σαυτὴν, ἢ τὰ ῥόδα, ἢ συναμφότερα;

Scribendum,

ἢ τὰ ῥόδ', ἢ σαυτήν, ἢ συναμφότερα.

In Erycii ep. 3, 3. vix poterit vulgata defendi exemplo Anytae 10, 2. Immo, niſi magis reconditum quid latet, ordo verborum, quamuis etiam Suidae auctoritate firmatus, ita mutari debebit:

Digitized by Google

ὁππότε μιν κατά τε κνημὲς λασίης τε χαραδρας.

In Luciani ep. 9. Brunckius edidit:

εὖτε δ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδεν χιονώδεα βόλβαν
σριφνὴν, τὸν πινυτὸν ἤδη ἔκλεπτε νόον,
ἤτησεν παρὰ προσδοκίαν.

Inconcinnam orationem simul cum metri vitio ita corrigendam puto:

εὖτε δ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδεν χιονώδεα βόλβαν,
σρυφνὴν, ἣ πινυτὸν δὴν οἱ ἔκλεπτε νόον,
ἤτησεν παρὰ προσδοκίαν.

Hoc dicit: *vbi vuluam vidit, quae iam diu tenebat exspectantem, popoſcit.* In Lucillii ep. 121. apertum est legi debere addita particula δέ,

πτωχὸς δ' ἐδὲ τὰ τέκνα φιλεῖ.

Eadem emendatione indiget Stratonis ep. 83. In Frontonis ep. 1. T. II. p. 346. legitur:

καί σε ποιήσουσιν αἱ τρίχες Ἀχυάγην.

Scribendum καὶ δέ σε ποιήσουσ'. Sic καὶ δὲ in Cerealii ep. 3. in problem. arithm. 10. In Palladae ep. 3.

ἔτε γὰρ Εὐρώπης, ἔτε Δανάης περικαλλὲς,

ſcribe ἔτ' ἦν. In problem. arithm. ep. 3. turpis versus est:

εἰπὲ πόσον δῶκαν, ὅπως δ' ἴσα πᾶσαι ἔχεσκεν.

Quem quis dubitet ita corrigere:

εἰπὲ δὲ πίσσον ἔδωκαν, ὅπως τ' ἴσα πασαι ἔχεσκεν.

Habent huiusmodi epigrammata aliquam veniam, quod non tam poeseos elegantia in iis spectatur, quam res, memoriae cauſſa vtcumque verſibus comprehenſa. Sunt tamen in his quaedam, quae vel sic non videantur ferenda esse. In epigr. incert. 289.

μὰ τὸν βαθοίναν Ἡρακλέα.

Scribe, ἐ τόν: et vide Schaeferum ad Longum p. 417. In epigr. incert. 465, 7. ſcribe Ἄιδεω. Male correctum verſum in epigr. incert. 743. ita lege:

Digitized by Google

συμφωνεῖν ἐρατοῖς δεξαμένα μέλεσιν.

Nec ſanus eſt verſus in epigr. incert. 620.

ὃν καὶ τῇδε θανόντα τάφος ὅδε ἀμφικαλύπτει,

ſi quidem genuinus eſt. Sed eum, ſi quid video, adiecit aliquis, qui hoc aenigma ſpeciem inſcriptionis ſepulcralis habere vellet. In Archelai ep. 1. T. II. p. 58.

Λύσιππος. τίν' ὁδὶ χαλκὸς ἔχει δύναμιν;

Atticum ὁδὶ non magis ferri poteſt, quam αὐτηὶ in Pancratis ep. 3. T. I. p. 259. aut ὦδὶ in problem. arith. 17, 9. Neque vero ὁδὲ ſcribendum, ſed τίνα δή.

Singulari conſideratione indigent vocatiui nominum maſculinorum primae declinationis, vt πλάσα, τεχνῖτα, qui quum non videantur produci poſſe, ſaepe tamen apud epigrammatum ſcriptores producti inveniuntur, vt in Poſidippi ep. 14, 1. 2. in Archiae ep. 30. in Gaetulici ep. 9. in Pantalei ep. v. vlt. T. II. p. 404. Pertinet ad hanc quaeſtionem etiam Zoſimi ep. 1, 1. T. II, p. 452. vbi iſta vocatiui forma, vt natura longa, ante vocalem corripitur.

Eadem cura, qua productionem breuis ſyllabae, etiam hiatum vitare hi poetae ſolent. Ex hoc quoque genere corrupta quaedam afferre placet. Eratoſthenes ep. 3, 11.

τοῖσδε δὲ ἐν πινάκεσσι μεσόγραφα μυρία τεύχοις.

Scribe τοῖςδά σύ γ' ἐν πινάκεσσι. In Archiae ep. 17. pro ἔποτε ἀντίβιος ſcribe ἔποτ' ἀνταντίβιος. In Tullii Laureae ep. 1. legitur:

εἰ δέ τι τῶν ὄντων τότε ἢ πλέον ἢ καὶ ἔλασσον
ἔλθοι ἔχων.

*Η ante πλέον abeſt in codice. Scribe:

εἰ δέ κε τῶν ὄντων τότε τι πλέον ἢ καὶ ἔλασσον
ἔλθῃ ἔχων.

Digitized by Google

In Philippi ep. 70. pro ἆρ' ἀτὸ Ἥρης ſcribendum videtur ἆρά γ' ἀφ' Ἥρης. In Theaeteti ep. 2. quod eſt in Crantorem philoſophum, vltimus verſus ita legitur:

ἦ ῥ' ὄγε καὶ ζώει κεῖθι ἐν εὐθυμίῃ;

Brunckii coniectura εὐτυχίῃ ſenſum nihil adiuuat, qui perineptus eſt. Apud Diogenem Laert. eſt ἦ ῥ' ὄγε. Scribe ſine interrogationis nota:

ἦ ῥ' ὄγε καὶ κεῖθι ζώει ἐν εὐρυθμίῃ.

In Satyrii Thyilli ep. 5.

σχοίνες μηρύεσθε, ἐφ' ὁλκάδα φορτίζεσθε ἀγκύρας.

Legè μηρύεσθ', ἐπ' ὁλκάδα. In Nicarchi ep. 24. pro σὲ ἔδει ſcribendum σ' ἔδεεν: in Agathiae ep. 80. σ' ἐφάμην pro σὲ ἔφην. Poſſem alia addere: ſed abſtineo. Illud adiicere, vt ſententiam meam confirmem, volo, ſcriptores epigrammatum ne illo quidem hiatu, quem ſyllaba longa in arſi facit, multum delectatos eſſe. Nam quum breuia ſint iſta carmina, curandum putarunt, vt quam nitidiſſima eſſent. Itaque ne hanc quidem negligentiam temere feremus. Eam codices ipſi remouent e Dioscoridis ep. 21, 3. e Crinagorae ep. 26. vbi pro ἔπειτ', vt in cod. Vat. et vulgatis legitur, ἔπεί τ' ſcribendum; ex Antiphanis ep. 9. 6. e Lucillii ep. 10, 4. e Iuliani Aegyptii ep. 3, 3. vbi veram lectionem aſſequutus eſt Iacobſius; ex ep. incert. 398, 5. vbi idem timidius, quam debebat, veram lectionem probat. Huc referendum eſt etiam Addaei ep. 8. vbi de Euripide haec dicuntur, vt quidem ex Reiskii coniectura edidit Brunckius:

σὺν δ' ἐ τᾶτον ἐγὼ τίθεμαι τάφον, ἀλλὰ τὰ Βάκχᾳ εἵματα, καὶ σκηνὰς σῇ ὀπὶ πειθομένας.

Cod. Vat. cum vulgatis habet ἵματα καὶ σκηνὰς ἔμβλης πειθομένας. Eleganter Iacobſius βήματα corrigit, quamquam de neceſſitate huius emendationis dubito. Caetera idem infeliciter tentauit. Scribe:

Digitized by Google

ἀλλὰ τὰ Βάκχε
ἤματα, καὶ σκηνὰς ἐμβάδι πειθομένας.

Tumulus, inquit, *tuus Dionysia sunt, et cothurno parentes scenae.* Paucos adiiciam locos, in quibus ex coniectura hiatum istum tollere conuenit. In Callim. ep. 31, 6. verae lectionis vestigia apud Athenaeum exstant, quibus quidem nuperrimus Athenaei editor adeo nescii vti, vt incredibilem metri imperitiam proderet. Totum distichon ita scribendum:

εἰ δὲ Γαληναίη, λίπαρὴ θεός, ἕλος ἐρέσσων
ποσσί νιν, ὥστ' ἔργῳ τὄνομα συμφέρεται.

Νἰν ad praegressum πελάγεσσι spectat. In Crinagorae ep. 22, 5. τριτοκεῖ mutandum videtur in nomen adiectiuum τριτόκεια, cuius vltima eliditur. In eiusdem ep. 41, 5. scribendum σοί γ' ὄνομ' ἔσκεν. In Lucillii ep. 26. est:

πῆ μοι χορτασίη ὀσρακίνων πινάκων;

Scribe, quod etiam ad sensum fortius est:

ὀσρακίνων πῆ μοι χορτασίη πινάκων;

In Stratonis ep. 79. lege:

ἤδη μοι πολιαὶ μὲν ἐπὶ κροτάφοισιν ἔθειραι.

Respondet καί, vt saepe. In Macedonii ep. 21. legitur e pessima correctione Ios. Scaligeri:

αὐτίκα δ' ἡμετέροιο πιὼν κρητῆρα Λυαίου
παισὶ Καναστραίοις μαρναμένας ἐθέλω.

Vat. codex: μαρναμένην ἐθέλῃς. Scribe μάρναμαι, ἣν ἐθέλῃς. Sed satis de his. Enimuero non sum nescius, aliquot exemplis, quae omnem emendationem excludant, hunc hiatum defendi posse. Verum his nihil commoueor. Videndum enim, qui scriptores tali hiatu vsi sint, et vbi, et quomodo: quae nunc persequi longum foret. Sed semel de hac re moniti lectores, si has res, leues illas quidem, sed ad emendationem veterum poetarum necessarias, non contempserint,

Digitized by Google

ſponte viam, qua incedendum ſit, inuenient. At nimirum plurimi, operae moleſtiam detrectantes, haec parui pendunt; in primis venuſtior illa philologorum ſecta. Nae illi haud reputarunt, venuſtatem in veterum ſcriptis latius patere, quam quoad obiter legendo percipi poteſt.

Redeo ad propoſitum. Ac poſteaquam de numeris expoſuimus, ſupereſt vt orationem Orphei conſideremus. Haec disputatio duas habet partes. Nam et omnis color orationis, et ſingulae verborum formulae indicium de aetate ſcriptoris facere poſſunt. Horum illud, quod priore loco poſui, paucis tantum attingam, quoniam magis ſenſu percipi, quam certa demonſtratione explicari poteſt. Atque antiquorum propria ſunt in primis haec duo, ſimplicitas orationis etiam in ſummo ornatu; grandis autem, elata, metaphoris ſplendens dictio non niſi in re actuoſa et plena commotionis animorum: qualis quidem dictio ab epici carminis natura abhorret. Contra recentem aetatem, corruptumque venuſtatis ſenſum arguit oratio moleſta, quaeſita, omnino grauior quam pro rei tractatae conditione. Multo autem recentioris, magisque corruptae aetatis indicium ea dictio eſt, in qua qui eſt ornatus, vim ſuam et virtutem nimio vſu iam amiſiſſe intelligitur. Cognoſcitur hoc ita, ſi ſcriptor praeſertim alienus a vano ornatu, exquiſitas verborum formulas ibi adhibet, vbi non voluit ornare orationem; vbi autem grandiore dictione opus eſt, ſe abstinet. Vt exemplo rem illuſtrem, moleſta dictione vſi ſunt Callimachus, Nicander, Lycophron, ſed perpetuo, vt pateat, gratiam hinc ſcriptis ſuis quaeſiviſſe. Multo poſt idem fecit Nonnus. Hic pariter atque illi habuit imitatores ſuos, qui, quae iſti multo vſu vulgaria reddiderant, pro vulgaribus adſciuerunt. Quo fieri non poteſt quin ſeriores aetate ſe eſſe prodant. Sic igitur etiam Orpheus. Hic, minime fecundo praeditus ingenio, quum breuitatem et ſimplicita-

Digitized by Google

tem magis neceſſitate, quam conſilio conſectaretur, multa tamen habet, quae quia altius aſſurgere videntur, ita ſunt ab huius oratione aliena, vt manifeſtum ſit, iis temporibus ſcripta eſſe, quibus iam erant vulgaria. Pauca afferam exempla: alia vbique ſe offerent legentibus. V. 35. ὀνειροπόλοισιν ἀταρτοῖς. 127. πολυμήτιδι τέχνῃ. 216. ὄρτηκας. 219. ϛάχυν, vbi vide notam. 240. πόρσυνεν ὀχλίζειν. 1330. πυρσὸν ἅρπτος. Vide etiam notam ad v. 263. Praeterea etiam in ipſa rerum tractatione quaedam apud Orpheum reperiuntur, quae longiſſime ab antiquorum conſuetudine recedunt. Haec in notis tetigi ad v. 207. 405.

Sed haec indicaſſe ſatis habeo. Diligentius quaerendum eſt de ſingulis verborum formulis, quae aliorum poetarum vſu adhibito certius demonſtrant, qua aetate vixerit Orpheus. In his formulis primarium locum obtinet pronomen οἵ, cuius quum plane ſingularis vſus in Orphei Argonauticis reperiatur, operae pretium eſt quaerere, quomodo ille, et quando potuerit oriri. Sed ante quam eo perueniemus, inchoatam a Dóruillio disputationem de pronunciatione huius pronominis, in Vanno crit. p. 391. ſeqq. amplius perſequamur, quam quaeſtionem quum omnino in hac materia declinare non poſſumus, tum ea hanc quoque praeſtabit vtilitatem, vt quasdam noſtras in Orpheo mutationes, ſi quis forte exſtiturus ſit aduerſarius, vindicet. Igitur Apollonius Dyscolus in Excerptis gramm. poſt Maittairii librum de dialectis p. 427. Αἰολεῖς, inquit, σὺν τῷ F. φαίνεται Foι κῆνος. Σαπφώ. Idem p. 425. σαφές, ὅτι καὶ τὸ Αἰολικὸν δίγαμμα ταῖς κατὰ τὸ τρίτον πρόσωπον προσενέμησαν, καθὸ καὶ αἱ ἀπὸ Φωνήεντος ἀρχόμεναι δασύνονται. Ἀλκαῖος· ὥϛτε θεῶν μηδὲν Ὀλυμπίων λῦσε ἄτερ γέθεν: i. e. Fέθεν. Is quidem vſus huius pronominis non Aeolenſium proprius, ſed communis omnium Graecorum fuit. Inde δαΐῃ οἱ Iliad. V. 4. non δαΐεν; inde εἴ τίς οἱ, οἵ κέν οἱ, et alia plurima, ſyllabam praecedentem productam habentia.

Digitized by Google

Eadem ratio reliquorum casuum pronominis tertiae personae, apud Homerum quidem est, ἕ, ἑο, ἕθεν, vnde ἑ ἕθεν ἐσὶ χαρείων. Apud recentiores tantum ἕ et οἵ semper ita vsurpantur, vt, si breuis vocalis praecedat, ea hiatum faciat, neque elidatur; sin syllaba breuis consonante terminata, ea producatur; sin vocalis longa, ea non corripiatur. Ἑο, ἕθεν apud hos iuxta atque aliae voces, in quibus non est digamma, ponuntur, vt υἱὸς ἕθεν in Theocri carm. XXV. 160. apud Apollon. I. 1032. ἰθὺς ἑεῖο. II. 6. πειρήσασθαι ἑεῖο. III. 1065. πολλὸν ἑεῖο. 1335. τῆλε δ' ἑεῖο. IV. 782. ὅσσον ἑεῖο. Non ita οἵ et ἕ: cuius rei caussam quaerenti apertum est, scriptores, qui dicendi normam ab Homero acceperunt, in datiuo et accusatiuo, qui casus vbique occurrunt, Homericam consuetudinem sequutos esse; in caeteris casibus, quod horum rarior vsus est, neglexisse. Admonebat enim, quod vbique legebatur; latebat, quod parcius.

Sed hoc ipsum quum contendimus, οἵ ita semper vsurpari, ac si digamma haberet, verendum est, ne litem nobis intendere videantur bene multi quum Iliadis et Odysseae, tum aliorum quoque poetarum loci. De iis quidem scripturibus, qui post Homericam aetatem vixerunt, habeo, quod respondeam; de Homero ipso difficilior est quaestio. Non loquor de locis huiusmodi, vt Iliad. XXIII. 540. καί νύ κέν οἱ πίρεν ἵππον, Odyss. IV. 174. καί κέν οἱ Ἀργεῖ νάσσα πόλιν, quorum similis est alius in posteriore parte Iliadis, et aliquot apud alios poetas, vt apud Callimachum h. Del. 150. fragm. 53. Nam hic quidem vnius litterae detractione communem vsum seruari patet: atque ita est Iliad. XXIII. in cod. Harl. Odyss. IV. in cod. Vespas. Sed alii sunt loci, qui non ita faciles emendaturo se praebeant. De his igitur quid censebimus? An ferendos existimabimus? Erunt fortasse, quibus hoc placeat, quum videant non paucos esse. At horum numerus si ad infinitam comparetur multitudinem illorum locorum, in quibus contraria ratio ob-

Digitized by Google

inet, paene euaneſcit. Et, quod grauius eſt, hic ipſe tam frequens vſus facit, vt δ' οἵ, μέν οἱ correpta particula μέν, et ſimilia, in epico, elegiaco, lyrico carmine plane inſolentia Graecis auribus et inaudita illa videantur. Nec noſtrum quemquam fore arbitror, qui quidem dictioni poetarum Graecorum ſatis ſtudueuerit, quin ei δ' οἵ non aliter ac δ' γάρ, μέν οἱ, correpta μέν, non aliter ac ſi in μὲν γὰρ corriperetur eadem particula, ſonare videatur. Luculentum in hanc rem documentum habemus Laurentium Rhodonanmum, qui etſi aliquando vſum poetarum neglexit, plerumque tamen in Quinto Smyrnaeo, ſolis auribus obſequutus, vbi iſtud pronomen occurreret, eam lectionem praetulit, quae ſecundum vulgarem quidem doctrinam hiatu vel trochaeo laborabat. Sed afferam locos omnes, in quibus οἵ ſine ſpiritu eo, qui conſonantis officio fungatur, reperi. Apud Homerum quidem hi inueniuntur. Iliad. II. 665.

ἀπείλησαν γάρ οἱ ἄλλοι
υἱὲες υἱωνοί τε βίης Ἡρακληείης.

V. 338.

ἀμβροσίῳ διὰ πέπλῳ, ὅν οἱ Χάριτες κάμον αὐταί.

VI. 90.

πέπλον, ὅς οἱ δοκέει χαριέστατος ἠδὲ μέγιστος.

101.

μαίνεται, ἐδέ τίς οἱ δύναται μένος ἰσοφαρίζειν.

289. Odyſſ. XV. 105.

ἔνθ' ἔσάν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι.

Iliad. XI. 339.

ἐ γάρ οἱ ἵπποι
ἐγγὺς ἔσαν προφυγεῖν.

XIII. 561.

Ἀσιάδην, ὅς οἱ ἔτα μέσον σάκος ὀξέϊ χαλκῷ.

XVI. 735.

μάρμαρον, ὀκριόεντα, τόν οἱ πέρι χεὶρ ἐκάλυψεν.

Digitized by Google

XX. 282.

ἔσῃ, καὶδ' ἄχος οἱ χύτο μυρίον ὀφθαλμοῖσιν.

XXIII. 865.

ὄρνιθος μὲν ἅμαρτε· μέγηρε γάρ οἱ τότ' Ἀπόλλων.

XXIV. 53.

μή, ἀγαθῷ περ ἐόντι, νεμεσσηθῶμέν οἱ ἡμεῖς.

72.

ἦ γάρ οἱ αἰεὶ
μήτηρ παρεμέμβλωκεν ὁμῶς νύκτας τε καὶ ἦμαρ.

Odyſſ. I. 300. III. 198. 308.

Λίγισθον δολόμητιν, ὃς οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα.

V. 234.

δῶκε μέν οἱ πέλεκυν μέγαν, ἄρμενον ἐν παλάμῃσιν.

VI. 280.

ἤ τίς οἱ εὐξαμένῃ πολυάρητος θεὸς ἦλθεν.

IX. 360.

ὣς ἔφατ' αὐτάρ οἱ αὖτις ἐγὼ πόρον αἴθοπα οἴνον.

XI. 441.

μηδ' οἱ μῦθον πάντα πιφαυσκέμεν, ὃν κ' εὖ εἰδῇς.

XIII. 430.

κάρψε μέν οἱ χρόα καλὸν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσιν.

XV. 101.

ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἵκανον, ὅθ' οἱ κειμήλια κεῖτο.

XXI. 416.

εἵλετο δ' ὠκὺν ὀϊστόν, ὃς οἱ παρέκειτο τραπέζῃ.

His adde de accuſatiuo Iliad. XIV. 162.

ἐλθεῖν εἰς Ἴδην, εὖ ἐντύνασαν ἑ αὐτήν.

Odyſſ. XVIII. 109.

τοὶ δ' ἴσαν εἴσω
ἡδὺ γελώοντες, καί ἑ δειπανόωντ' ἐπέεσσιν.

Et de genitiuo Iliad. XIX. 384.

πειρήθη δ' ἕο αὐτῷ ἐν ἔντεσι δῖος Ἀχιλλεύς.

Digitized by Google

His igitur locis quid faciemus? Heyniani quidem rhapsodi nulla in re magis, quam in hac, mirabiles sunt, qui minus etiam, quam ipse Homerus, talem pronominis istius collocationem indulgere sibi potuerunt. Nec quidquam proficiet, siquis rariorem formam ἴν talibus in locis positam iudicabit. Nam in hac quoque forma digamma fuisse Hesychii γὶν ostendit. Neque vero imputari tales versus diasceuastis possunt, qui, vtcumque Aeolicae litterae ignari, vsum tamen epicorum omnium seruare debebant. Quamobrem ego quidem vnice de corruptione cogitandum existimo, quamquam non sic, vt continuo etiam emendatio consequi possit. Duplex enim genus corruptionum in Homericis carminibus est, vnum proprium huius poetae, quod in mutationibus grammaticorum est positum, alterum commune scriptorum omnium, quod debetur librariis. Horum prius tollere ex Homerico textu non licet, nisi aut alia itidem antiqua lectio exstet, aut aliis argumentis certo erui poetae verba possint; alterum tollere oportet. Grammaticos quidem latuit consonantis vicem tenens spiritus in pronomine οἷ. Quos etsi deflectentia illa a communi aliorum vocabulorum vsu, δαῖέ οἱ, οὐ ἔθεν, οὔ ἑ, praeteriisse non est credibile, tantum tamen aberat vt de Aeolica littera in Homero cogitarent, vt ne posse quidem de ea cogitari censerent. Neque enim hoc praeteriisset Hephaestio, quum p. 8. in versibus, quibus vna mora desit, etiam hunc numerat:

καὶ μὲν οἱ Λύκιοι τέμενος τάμον ἔξοχα πάντων.

Iliad. VI. 194. Quo facilius induci potuerunt grammatici, vt versus quosdam ad suam opinionem reformarent: cuius rei exempla quaedam vide in scholiis Ven. ad Iliad. XIX. 384. XXIII. 387. Nam quae vbique exempla exstant huius pronominis, versum, nisi consonans accedat, corrumpentis, quis ignorat, quibus grammaticorum commentis excusari defendique possint? Igitur grammaticorum lectiones pro Homericis

Digitized by Google

verbis in his puto verſibus eſſe ex illo, quem ſupra poſui, locorum numero. Iliad. II. 665. vbi genuina lectio videtur fuiſſe ἀπειλησαν δέ οἱ. V. 338. πέπλοι. ὅν οἱ. VI. 101. ἠδέ τίς οἱ. VI. 289. Odyſſ. XV. 105. ἔνθ' ἔσαν οἱ. Iliad. XI. 339. ἐ γὰρ οἱ ἵπποι, vbi aliam meliorem lectionem commemorat ſcholiaſtes Venetus, ἐ δὲ γὰρ ἵπποι. XVI. 735. ὀχριόεντα, τόν οἱ: vbi Bentleius videtur antiquam lectionem inueniſſe, ὀχριόεντ', ὅν οἱ. Similis eliſio eſt in Scuto Herculis v. 255. Τάρταρον ἐς κρυόεντ': quam propterea affero, quia rara eſt. Ita enim delicati ſunt Graeci, vt multa, quae dici poſſunt, non dixerint. Quare in hoc genere quam maxime opus eſt exemplis. Iliad. XX. 282. κὰδ δ' ἄχος οἱ, quae lectio, etiam ſi a pronomine diſceſſeris, difficultatem aliquam habet. Si tamen ἄχος a poeta eſt, hunc κὰδ δ' ἄρ' ἄχος χύτο dediſſe crediderim. XXIV. 53. νεμεσσηθῶμέν οἱ. Ariſtarchi νεμεσσηθέωμεν fortaſſe antiquae lectionis νεμεσσηθείομεν ἡμεῖς indicium eſt. Odyſſ. VI. 280. ἦ τίς οἱ, vbi credibile eſt poetam ἦ νύ οἱ dediſſe. Iliad. XIV. 162. εὖ ἐντύνασαν ἓ αὐτήν, vbi dubitari poteſt, an εὖ ἐντύνασα ἓ αὐτὴν ante grammaticorum emendationem fuerit, quod cum praecedentibus, ἥδε δέ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη Φαίνετο βουλή, recte iungitur, ſi ſenſus, qui idem eſt ac ſi dixiſſet ἐβουλεύσατο, ſpectatur. Sic XVII. 551. ὣς ἡ πορφυρέη νεφέλη τυκάσασα ἓ αὐτήν. Caeteros locos magis paene putem ab librariis corruptos eſſe, quam a grammaticis. Quod non improbabile videbitur comparanti quum illa, quae in indice ad Orpheum v. οἱ allata ſunt, tum quae mox ex aliis ſcriptoribus proferentur. Vt ex ipſo Homero certum exemplum commemorem, Odyſſ. V. 483. vbi eſt, φύλλων γὰρ ἔην χύσις ἤλυθα πολλή, in cod. Harleiano οἱ minoribus litteris inter γὰρ et ἔην adſcriptum eſt. Sed videamus locos, qui ſupra allati ſunt. Ac primo illi, in quibus eſt ὅς οἱ, Iliad. VI. 90. XIII. 561. Odyſſ. I. 300. III. 198. 308. XXI. 416. ſic videntur corrigendi eſſe, vt reponatur ὅ οἱ. Tum Iliad. XXIII. 865. μέγη-

Digitized by Google

ρα γάρ οἱ τότ' Ἀπόλλων, quod infeliciter a Bentleio et Heynio tractatum est, ita scribendum:

ὄρνιθος μὲν ἄμαρτε· μέγηρεν γὰρ τόγ' Ἀπόλλων.

Τόγε cod. Barocc. quod etiam sine codice reponendum erat: et reposuit nunc Wolfius. Iliad. XXIV. 72. ἦ γάρ οἱ αἰεὶ μήτηρ παρμέμβλωκεν. Poetam dedisse puto: ἦ τέ οἱ αἰεὶ μήτηρ παρμέμβλωκεν. Porro tres simillimi loci, in quibus par corruptionis origo fuit, parem ob caussam parique modo restituendi sunt. Hos dico: Odyss. V. 233:

καὶ τότ' Ὀδυσσῆϊ μεγαλήτορι μήδετο πομπήν.
δῶκε μέν οἱ πέλεκυν μέγαν, ἄρμενον ἐν παλάμῃσιν·

XI. 440.

τῷ νῦν μήποτε καὶ σὺ γυναικὶ περ ἤπιος εἶναι·
μηδ' οἱ μῦθον ἅπαντα πιφαυσκέμεν, ὃν κ' εὖ εἰδῇς.

XIII. 429.

ὣς ἄρα μιν φαμένη ῥάβδῳ ἐπεμάσσατ' Ἀθήνη·
κάρψε μέν οἱ χρόα καλὸν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσιν.

Multis Homeri exemplis firmari posset omissio particularum μὲν et δέ, sed recordanti illud Iliad. XVII. 50.

δέπησεν δὲ πεσών, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ·
αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι, Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι·

non dubium erit, quin ob illud ipsum οἱ omissa sit particula δέ. Quare in superioribus locis scribendum: δῶκέν οἱ πέλεκυν, μή οἱ μῦθον ἅπαντα, κάρψεν οἱ χρόα καλόν. Pergo ad Odyss. IX. 360.

ὣς ἔφατ'· αὐτάρ οἱ αὖτις ἐγὼ πόρον αἴθοπα οἶνον.

Imperiti esset, ὣς φάτ'· ἀτάρ οἱ corrigere, nisi etiam ἐγὼν αὖτις scriberetur: sed delendum videtur ἐγώ. Od. XV. 101. vera lectio fuit:

ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἵκονθ', ὅθι οἱ κειμήλια κεῖτο.

Odyss. XVIII. 110. scribendum e cod. Harleiano:

ἡδὺ γελώοντες, καὶ δεικανόωντ' ἐπέεσσιν.

Digitized by Google

Denique Iliad. XIX. 384. *πειρήθη δ' ἕο αὐτῇ ἐν ἔντεσι* lectio est Aristarchea pro *πειρήθη δέ οἱ αὐτῇ*, quod alii grammatici tuebantur, datiuum pro genitiuo positum putantes. Hos refellebant Aristarchei eo, quod ita etiam *αὐτῷ* dicturus fuisset poeta. Veritas media inter vtrosque: construenda oratio sic: *πειρήθη αὐτῇ ἐν ἔντεσί οἱ.*

Sed progrediamur ad alios poetas. Atque in HESIODI Ἔργοις v. 526. vbi legitur,

ἐ γάρ οἱ ἠέλιος δείκνυ νομὸν ὁρμηθῆναι,

scribendum est *ἐδέ οἱ*, oratione cum praecedentibus continuata. In Theogonia 892.

τὼς γάρ οἱ ἐφρασάτην.

Recte quaedam vett. edd. *φρασάτην.* In Scuto Herculis v. 15.

ἐ γάρ οἱ ἦεν
πρὶν λεχέων ἐπιβῆναι ἐϋσφύρῳ Ἠλεκτρυώνης.

Scribe *ἐδέ οἱ ἦεν.* V. 125. *ὃν ῥ' οἱ ἔδωκε.* Recte cod. Viteb. et ed. Trincau. *ῥ'* omittunt.

Ex HYMNIS HOMERIDARVM hymnus in Venerem habet hoc exemplum v. 9.

ἐ γάρ οἱ εὐαδεν ἔργα πολυχρύσου Ἀφροδίτης.

Scribe *ἐ γάρ οἱ ἄδεν.* In hymno Cereris v. 207.

ἐ γὰρ θεμιτόν γ' οἱ ἔφασκε,

mala est Ruhnkenii correctio. Quod codex habet, *θεμιτόν τοι* mutandum erat in *θεμιτόν οἱ.* Eodem modo alii critici saepius errarunt, vt Salmasius in epigr. Phaniae 4. T. II. Anal. Brunck. p. 53. Piersonus in Verisim. p. 232. Ilgenius ad Hom. h. l. Apoll. v. 46. In hymno Mercurii v. 142.

Κυλλήνης δ' αἶψ' αὖτις ἀφίκετο δῖα κάρηνα
ὄρθριος, ἐδέ τίς οἱ δολιχῆς ὁδὸς ἀντεβόλησεν
ἔτε θεῶν μακάρων, ἔτε θνητῶν ἀνθρώπων.

Hic quoque scribendum videtur *ἔτις οἱ.* Omisit poeta *δὲ* ob ipsum pronomen, vt paullo ante ab Homero

Digitized by Google

factum ostendi, et infra Pindarum feciſſe demonſtrabo. In eodem hymno v. 400.

ἦχ' ἔ δὴ τὰ χρήματ' ἀτάλλετο νυκτὸς ἐν ὥρῃ.

Barneſius coniecit ἦχ' οἱ δή, quod non defuit qui elegans appellaret. Scribendum puto, ἦχί ῥά οἱ τὰ χρήματ'.

THEOCRITVS XI. 15.

ἔχθιστον ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος
Κύπριος ἐκ μεγάλας, ἃ οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον.

Non debebat ſummis viris probari haec lectio quorumdam librorum pro vulgata τό οἱ. Vrſinus in Virgilio cum Graecis ſcriptoribus collato p. 321. haec ſic ſcripta affert, τότε δ' ἥπατι πᾶξε βέλεμνον. Hinc leni transpoſitione litterarum corrigendum videtur: τὸ δέ θ' ἥπατι πᾶξε βέλεμνον. *Vulnere*, inquit, *a Venere accepto laborabat: et ipſum illa hepar ferierat.* Niſi poeta ſcripſit, ἕ οἱ, *quoniam.* — XV. 112.

πὰρ μέν οἱ ὥρια κεῖται, ἴσα δρυὸς ἄκρα φέροντι.

Scribe πὰρ μέν οἱ κεῖθ' ὥρι', ὅσα. Sic μὲν ante οἱ productum XVII. 82. Porro XXIV. 42.

δαιδαλέην δ' ὥρμησε μέτα ξίφος, ὅ ῥ' οἱ ὕπερθεν
κλιντῆος κεδρίνῳ περὶ πασσάλῳ αἰὲν ἄωρτο.

Scribendum ὅ οἱ: ſic τό οἱ Homerus Iliad. XXII. 307. producto τό. XXV. 270.

μέχρις οἱ ἐξετάνυσσα βραχίονας.

Scribe μέχρι οἱ e codd.

In BIONIS carm. II. 7.

χὠ παῖς ἀσχάλλων, ἔνεχ' οἱ τέλος ᾐδὲν ἀπάντη.

Brunckius recte edidit ὅτι οἱ, vt eſt VIII. 6.

In MOSCHI carm. I. 19.

τυτθὸν ἑοῖ τὸ βέλεμνον.

Scribe τυτθόν οἱ. IV. 25.

ᾐδ' ἄρ' ἔχει τέκνοισιν ἐπαρκέσαι· ἦ γὰρ οἱ αὐτῇ
ἆσσον ἴμεν μέγα τάρβος ἀμειλίκτοιο πελώρου.

Digitized by Google

Quod ſimplicitate commendabile eſſet, ὅττι οἱ αὐτῇ, longius tamen a vulgata recedit, neque apparet, cur mutatum fuerit. Quare poetam ſcripſiſſe puto, ἦ μάλα γάρ οἱ ἄσσον ἴμεν μέγα τόρβος. Similiter in Arriano οἱ αὐτῷ pro οἵ legi obſeruauit Koenius ad Greg. Cor. p. 34. Οἵ et αὐτῷ permutata etiam apud Herodotum VII. 8, 2. apud Pindarum Ol. XIII. 130. In Moſchi carm. IV. 42.

πολέων γάρ οἱ ἔργον ἐτοῖμον
μόχθων.

Corrige πολέων δέ οἱ.

In ARATI Phaen. 50.

ἄλλην δὲ σπείρῃ περιτέμνεται· ἡ μέν οἱ ἄκρη
ἐρὴ πὰρ κεφαλὴν Ἑλίκης ἀναπαύεται Ἄρκτῳ.

Scribe ἡ δέ οἱ: ſic etiam v. 485. vbi legitur:

τὸ μέν οἱ θέναρ ὑψόθι κεῖται.

Ibidem de ortu Andromedae v. 706.

ὠκεανοῖο νέον ὁπότε προγένωνται
ἰχθύες ἀμφότεροι· τὰ μέν οἱ κατὰ δεξιὰ χειρὸς
αὐτοὶ ἐφέλκονται, τὰ δ' ἀριστερὰ νειόθεν ἕλκει
κριὸς ἀνερχόμενος.

Hic ſi genuina eſt vulgata, mutato accentu τὰ μὲν οἱ ſignificabit *hi*. Sed e cod. Vind. in quo τὲς μὲν pro τὰ μὲν eſt, coniicias fuiſſe olim, τοὶ μέν οἱ δεξιὰ χειρός.

In APOLLONIO III. 1204.

ἀμφὶ δὲ φᾶρος
ἔσσατο κυάνεον, τὸ μέν οἱ πάρος ἐγγυάλιξεν
Λημνιὰς Ὑψιπύλη.

Scribe τό ῥά οἱ.

In HERODIS inſcriptione v. 15. dubitari non poteſt, quin vera ſit lapidis ſcriptura ἐπὶ οἵ, pro ἐπεί οἵ. In MARCELLI titulo v. 46.

σῆμα μέν οἱ νηῷ ἵκελον δήμῳ ἐν Ἀθήνης.

Digitized by Google

Scribe σῆμα δέ οἱ. Vitiosam scripturam μέν, etiam si in lapide est, non credam a poeta profectam esse. Originem debet illud μὲν sequenti δέ. Sed versus hic, quem posui, ad praecedentia tam aperte refertur, vt necessaria in eo sit particula δέ.

In OPPIANI Halieut. II. 142.

εὐρύτατος πάντεσσι μετ' ἰχθύσιν· ἦ γάρ οἱ εὖρος
πολλάκις ἐνδεκάπηχυ δυωδεκάπηχύ τ' ἐτύχθη.

Non melior alia lectio est ἐν γάρ οἱ. Scribe ἦ τέ οἱ.

Aliquoties hoc in genere corruptus est Q. SMYRNAEVS.

I. 142.

κνημῖδας χρυσείας, ἅς οἱ ἔσαν εὖ ἀρηρυῖας.

Χρυσέας legendum vidit Rhodomannus, qui non debebat malle χρυσείας κνημῖδας.

I. 158.

ἀμφίτυπον βεπλῆγα, τόν οἱ Ἔρις ὤπασε δεινή.

Scribe βεπλῆγ', ὅν οἱ.

I. 166.

καλῷ τ' ὠκυτάτῳ τε, τόν οἱ ἄλοχος Βορέαο
ὤπασεν Ὠρείθυια.

Scribe ὠκυτάτῳ θ', ὅν οἱ.

II. 288.

ἀπέπλαγχθεν γάρ οἱ αἰχμὴ
τῆλε χροός.

Scribe δέ οἱ.

V. 399.

ἣ δέ ἑ κύσσεν ἑλοῦσ', ἐπεί οἱ πέλε γαμβρὸς ἀμύμων.

Et similiter XII. 428.

ἀδ' ὅγε λυγρῆς
λῆγεν ἀτασθαλίης, ἐπεί οἱ φρένας ἄασε Κύπρις.

Vtroque in loco explicatio genuinam lectionem ὅτι οἱ vel ὅ ῥά οἱ expulit.

Digitized by Google

VI. 213. de hydra:

καρήατα δ' ἀλγινόεντα
ἄλλα μέν οἱ δέδμητο κατὰ χθονός, ἄλλα δ' ἄεξεν
ἐξ ὀλίγων μάλα πολλά.

Corrupta lectio ab librariis, qui μὲν appoſuerunt. Scribe ἄλλα ῥά οἱ δέδμητο. Simillimus error eſt in lib. XI. v. 80.

ἄμφω Κητείους· τὸν μὲν δέρατι, τὸν δ' ἀλεγεινῷ
ἄορι δηώσας.

Vbi optimi codd. prius μὲν omittunt.

VI. 392.

χωόμενος Νηρῆος, ὅς οἱ σχεδὸν αἶσαν ἀνέτλη.

Scripſit ὅ οἱ.

IX. 382.

ὡς τῷ ὑπίχνιον ἕλκος ἀέξετο πυθομένοιο
ἰῷ ἀπὸ συφελῆο, τόν οἱ ἀπομόρξατ' ὀδῶσιν
λυγρὸς ὕδρος.

Scribe συγερῆ, τόν οἱ ἐνομόρξατ'. Poſtremum verbum ita in optimis codd. ſcriptum.

XII. 53.

ἤ γάρ οἱ ἔσσετ' ἄπρηκτον ἐὔφρονέοντι νόημα.

Aut ἐχί οἱ ἔσσετ', aut ἤ γάρ οἱ ἄπρηκτον ſcripſit.

His denique addendi ſex loci in Orphei Argonauticis: de quibus vide notam ad v. 505.

Haec quidem exempla inueni in iis poetis, qui hexametro verſu ſcripſerunt. Nunc progrediar ad elegiacos et lyricos. Fateor, in his nullum me locum reperiſſe, in quo, niſi ex emendatione, οἵ praecedentem ſyllabam produceret, praeter vnum, qui eſt apud Pindarum, ſed ne hunc quidem omni dubitatione vacuum. De eo loco infra dicam. Nunc ſumam omnino nullum inueniri. An vero hinc concludamus, corripuiſſe hos poetas ſyllabam conſonante terminatam, ſi ſequeretur ϝ? Non puto. Facilius credam lyricos quidem talem poſituram verborum

Digitized by Google

vitasse: elegiacos ne hoc quidem fecisse probabile est. Quid enim? quum hiatum ante οἵ, si hic est hiatus, constanter seruauerint, adeone eos negligentes fuisse, vt productionem, quae cum hiatu isto coniunctissima est, contemnere, et hexametros facere, quos in epico carmine claudicare faterentur, non dubitauerint? Profecto hoc audere non poterant, nisi ab vniuersa Graecia rideri vellent. Initium faciam a Phanoclis elegia, quam cum epistolis criticis edidit Ruhnkenius. In eius elegiae v. 4.

ἐδ' ἦν οἵ θυμὸς ἐν ἡσυχίῃ,

restituendus hiatus ἐδέ οἱ ἦν. Bacchylides epigr. 20.

εὐξαμένῳ γάρ οἱ ἦλθε βοαθόος.

Videtur scripsisse εὐξαμένῳ ὅ οἱ ἦλθε βοηθόος. Hegesippus ep. 2. in Analectis Brunckii T. I. p. 254.

ἐφάνη γάρ οἱ αὐτά.

Scribendum puto ἐφάνη δέ οἱ αὐταί. Sermo est de Diana, cui Hegelochea, quod sibi apparuisset, statuam dicauerat. Nam εἵσατο in isto epigrammate pro ἔσσατο legi debere apertum est. In Phalaeci epigr. 6. T. I. p. 422.

ἔτις οἱ ἀνθρώπων ἤρισεν ἐδαμά πω.

Scribe ἔτίς οἱ ἀνητῶν. In Tullii Gemini epigr. 1. T. II. p. 279.

δεῖσε γάρ οἱ φρήν.

Scribe δεῖσε δέ οἱ φρήν. In Agathiae ep. 41. T. III. p. 48.

τήκεταί οἱ κραδίη.

Scribe τήκετο. Porro epigramma adesp. 188. hoc est:

Κλασθείσας πάτρας σεισμῷ ποτὲ Κάνταβριν ἐς γᾶν
Χαιρήμων ἔπτα, πατρίδα φυσόμενος,
Καίσαρι δ' εἰλιχθεὶς περὶ γόνασι, τὰν μεγάλαυχον

Digitized by Google

ὤρθωσεν Τράλλιν τὰν τότε κεκλιμέναν.
ἀνθ' ὧν συγγενές οἱ τοῦτο βρέτας, ὄφρ' ἐπὶ βωμῷ,
οἷά γε δὴ κτίςας, τάνδε φέροιτο χάριν.

Non commemorauit Iacobsius Vulcanii coniecturam, ἀνθ' ὧν συγγενέες τοῦθ' οἷ βρέτας, quae ne vsui repugnaret, certe scribendum erat τόδε οἷ. Sed non potuit omnino ita scribere poeta, quum Chaeremon, homo, vt Agathias testatur, humili loco natus, non videatur a cognatis suis impetrasse statuam. Et, quod grauius est, ciuitas ei, non priuati hunc honorem decernere debebant. Quare sublato vitio, quod e similitudine litterarum ω et ες, vt in codicibus scribi solent, ortum erat, reponendum puto:

ἀνθ' ὧν σύγγνω οἷ τοῦτο βρέτας.

Ciuitas ei decreuit hanc statuam. In epigr. incert. 211.

κρατὸς ἐπὶ σφετέροιο, καί οἱ κλέος οὐρανόμηκες.

Σφετέρου, vt ante correxeram, nunc in Athenaeo ex antiquissimo codice edidit Schweighaeuserus. Quidam loci inueniuntur, vbi οἷ vel syllabam praecedentem producens, vel hiatum faciens omissum ab librariis est. In epigr. incert. 146. Brunckius edidit:

Ἀμφιτρύων ὅτ' ἔμελλ' ἀγαγέσθαι δεῦρο γυναῖκα
Ἀλκμήνην, θάλαμόν γ' ἐκλέξατο τοῦτον ἑαυτῷ.
Ἀγχάσιος δ' ἐποίησε Τροφώνιος ἠδ' Ἀγαμήδης.

Suspecta fuit antiquitas huius carminis Wolfio vel ob solum ἑαυτῷ in prolegomenis ad Homerum p. 56. Firma manebit Wolfii sententia, etiam si illud argumentum, cuius mentionem feci, ei eripiatur. Certe qui ad ineptam particulam γέ, ad lectionem, quae apud Pausaniam est, θάλαμόν γ' ἐλλέξατο, ad illud, quod γὲ et οἷ saepissime permutantur, cuius rei exempla dedi in indice ad Orpheum, attenderit, eius assensionem facile me impetraturum spero, si hunc versum sic olim scriptum fuisse contendero:

Digitized by Google

Ἀλκμήνην, Θάλαμόν οἱ ἐλέξατο τᾶτον.

Quod in fine verſus legitur, ἑαυτῷ, aut, vt ſupra quibusdam exemplis oſtendimus, explicatio eſt pronominis οἵ, quae vocabulum, quod vltimum in verſu erat, expulit, aut corruptum eſt ex verbis ὃν αὐτῷ, vt oratio hoc modo continuata fuerit:

Θάλαμόν οἱ ἐλέξατο τᾶτον, ὃν αὐτῷ
Ἀγχάσιός τ' ἐποίησε Τροφώνιος ἠδ' Ἀγαμήδης.

Illud ἑαυτῷ etiam ex Theognidis v. 891. (875) expellendum eſt:

γνώμης δ' ἐδὲν ἄμεινον ἀνὴρ ἔχει ἔν γε ἑαυτῷ.

ſcribe ἔν γε οἵ αὐτῷ

Nunc dicam de lyricis, e quibus vnus, ſed inſtar omnium idoneus teſtis ſit Pindarus. In hoc enim propemodum ſolo de metris conſtat. Aeolici autem, vt Sappho, vel propterea praetereundi ſunt, quod hos digamma in iſto pronomine vſurpaſſe quum per ſe patet, tum Apollonii Dyscoli teſtimonio compertum habemus. Igitur Pindarus, apud quem ſaepiſſime pronomen οἵ occurrit, hiatum conſtanter ſeruavit: quod vt vno ſaltem loco confirmem, ἕ οἱ dixit Pyth. II. 153. Pauci tamen, ſed corrupti loci, in contrariam partem afferri poterunt. De his ergo videamus. Olymp. II. 74.

πέφνεν ἑοῖ σὺν ἀλλαλοφονίᾳ γένος ἀρήϊον.

Scribe ἔπεφνέ οἱ. Vtrumque vocabulum ita in codd. legitur. Pyth. II. 78.

ἄνευ δ' οἱ χαρίτων τέκεν γόνον ὑπερφίαλον.

Codex Auguſtanus, quem contuli, certe rectius ſcribit δέ οἱ, quamquam repugnante metro. Quod ſupra in Homero notauimus, eum particulam δὲ omittere, ne pronomini vis inferatur, id etiam in Pindaro obſeruare licet, in quo ἄνευ οἵ ſcribendum eſſe ſimilis locus docet, Pyth. IX. 148.

Digitized by Google

τέκε οἱ καὶ Ζηνὶ μιγεῖσα δαίφρων

et quae ſequuntur. Male ibi Mingarellius ſcribi volebat τέκε δ' οἱ. Nem. IV. 96.

φύτευέν οἱ θάνατον.

Recte cod. Aug. φύτευέ οἱ. Nem. VII. 32.

ἐπεὶ ψευδέεσσίν οἱ ποταναῖς μαχαναῖ.

Codex Aug. ψεύδεσσί οἱ. Scribe

ἐπεὶ ψεύδεσί οἱ ποταναῖς τε μαχαναῖς
σεμνὸν ἔπεσί τι.

Nem. X. 149.

Ζεὺς δ' ἀντίος ἤλυθέν οἱ.

Facile hic quoque deleri littera poſſet, quae metro repugnat, niſi cod. Aug. haberet ἄντια, vnde fortaſſe non male coniici poterit, Pindarum ſcripſiſſe, Ζεὺς δ' ἤλυθεν ἀντία οἱ. Iſthm. IV. 109.

τὰς Μεγάρα τέκεν οἱ Κρεοντὶς υἱές.

Scribe τέκε. Eadem ratio eſt illorum locorum, in quibus ἵν pro οἵ dixit Pindarus: Olymp. VI. 106. (vide ad Orph. Arg. 781) μεταλλάσαντί ἵν. Pyth. IV. 63. ἀπίθησέν ἵν. Nem. I. 99. φᾶσέν ἵν: vbi hoc probabilius eſt ν ἐφελκυστικὸν omittendum eſſe, quod vulgo ἀπίθησέ νιν, φᾶσέ νιν legitur. In Callimachi fragmento 146. quod Hephaeſtio p. 28. ſeruauit,

φιλωτέρα ἄρτι γάρ οἱ Σικελὰ μὲν Ἔννα.

ſcribi debet ἁ Σικελὰ μὲν Ἔννα. Οἱ enim ex ᾗ natum eſt, quod ſcholiaſtes Hephaeſtionis in hoc verſu habet p. 92. Reliquum eſt vt de loco Pindari dicam, cuius ſupra obiter facta eſt mentio. In quo loco ſi vera eſt vulgata lectio, exemplum habebimus ſyllabae brevis ante οἵ etiam in lyrico carmine productae. Verba Pindari ſunt in Nem. X. 23. de Ioue:

θρέψε δ' αἰχμᾶν Ἀμφιτρύωνος. ὃ δ' ὄλβῳ φέρτατος
ἵκετ' ἐς κείνᾱ γενέαν. ἐπεὶ ἐν χαλκέοις ὅπλοις

Digitized by Google

Τηλεβόας ἔναρεν, οἵ
ὄψιν ἐειδόμενος
ἀθανάτων βασιλεὺς αὐλὰν ἐςῆλθεν
σπέρμ' ἀδείμαντον φέρων Ἡ-
ρακλέος.

In hoc loco si illa, ὃ δ' ὄλβῳ φέρτατος ἶκτ' ἐς κείνα γενέαν, cum maiore parte interpretum de Ioue, qui se Amphitruonis genti immiscuerit, intelligimus, triplex in orationis conformatione vitium videtur esse. Nam et ὃ δὲ incommode ad Iouem refertur, quod vix aliter quam de Amphitruone dici potuit; et ὄλβῳ φέρτατος, quod de Amphitruone Iouis affinitatem nacto aptissimum est, inepte de Ioue praedicatur, et, quod statim sequitur, αὐλὰν ἐςῆλθεν, quum idem sit atque ἶκτ' ἐς γενέαν, mirum in modum friget. Quod si verba ista non de Ioue, sed de Amphitruone intelligimus, his quidem incommodis omnibus liberatur locus, sed relinquitur haec dubitatio, vtrum sana sit vulgata lectio, an vel τῷ pro οἵ scribi debeat, vt Mingarellius volebat, vel, vt ego olim conieci, ὃ δ' ὄλβῳ φέρτατος ἶκτ' ἐς κείνα γενέαν, ἐπεὶ ἐν χαλκείοις ὅπλοις Τηλεβόας ἔναρεν. τῷ δ' ὄψιν ἐειδόμενος ἀθανάτων βασιλεὺς αὐλὰν ἐςῆλθεν. In quam emendationem incideram eo, quod edd. Ald. et Rom. habent ἔναρεν. τί οἱ. Et post ea eamdem lectionem in cod. Aug. reperi, nisi quod in eo ἔναιρε scriptum est. Τί Ceporinum deleuisse tradit Heynius. Nihil pro certo affirmauerim: sed quamquam facillima mutatio est litterarum τίοἱ in τῷ, illud tamen ad defendendam vulgatam lectionem aliquantum momenti habet, quod οἵ perraro scripserunt librarii pro alia voce, id quod, vt alia grauiora taceam, coniecturae obstat, quam de Olymp. I. 91. nuper proposuit Eichstaedtius in nouo specim. quaestt. philolog. p. 25. quum contra pro οἵ saepissime nunc pronomen aliud, nunc particulam ponant. Τί autem dubitari potest an originem debeat copulae καί. Nam quum hic locus copula destitutus sit, alii post

Digitized by Google

γενεὰν plene interpunxiſſe videntur, vnde vulgata lectio ἐπεὶ καὶ ἐν χαλκέοις ὅπλοις eſt; alii poſt ἔναρεν, vnde τί οἱ, ortum ex καί οἱ. Certe codex Aug. qui τί οἱ habet, καὶ poſt ἐπεὶ omittit.

Deuenimus denique ad Atticos poetas. Hi, vt par eſt, quum Attica lingua vtuntur, hiatum in hoc pronomine iuxta ac productionem praecedentis ſyllabae ignorant. Euripides in Electra v. 928.

εἰ δοκεῖ τὸ σωφρονεῖν
ἐκεῖ μὲν αὐτὴν ὧδ' ἔχειν, παρ' οἷ δ' ἔχειν.

Ariſtoph. Nub. 1313. ed. Brunck.

εἶναι τὸν υἱὸν δεινόν οἱ
γνώμας ἐναντίας λέγειν.

Contra in melicis carminibus, vbi quum dictionem ad lyricorum exemplum conformare ſoleant, non dubitarunt, quod in Attico ſcriptore notabile eſt, hiatum admittere. Sophocles in Trachiniis v. 650.

ἃ δέ οἱ Φίλα δάμαρ τάλαινα.

Apud Aeſchylum in Agamemnone v. 1156. haec leguntur:

ἰὼ ἰὼ
λιγείας ἀηδόνος μόρον·
περιβάλοντο γάρ οἱ πτεροφόρον δέμας
θεοί, γλυκὺν τ' αἰῶνα κλαυμάτων ἄτερ.

Sic edd. Turn. Vict. Cant. Stanl. De caeteris περιβάλλοντο cod. Guelf. vnde Aldina περιβάλλοντο. Rob. παρεβάλοντο. Schützius in nuperrima ed. dedit παρίβαλον γάρ οἱ, quod impugnare, quum defendi nequeat, nihil attinet. Duo priores verſus dochmiaci ſunt. Ex quo, etiam ſi non admoneret ſtropha, in ſecundo verſu ſyllabam abundare intelligitur. Quid ergo? Num περίβαλον γάρ οἱ ſcribendum? At mirum profecto eſſet, ſi librarii mediam formam, quae longe hic quidem exquiſitior eſt, pro actiua ſcripſiſſent. Accedit, quod, ſi περίβαλεν γάρ οἱ ſcribitur, aliquot

Digitized by Google

loci e melicis tragicorum carminibus afferendi erunt, qui correptionem particulae γὰρ tueantur. Cuiusmodi locos qui quaerat, vereor ne frustra sit quaesiturus, praesertim si tales afferre velit, qui exceptione vacui sint. Neque vero quemquam fore puto, qui οἵ delere velit, quod tum ob eam caussam, quam paullo ante tetigimus, tum multo magis propterea fieri nequit, quod sine isto pronomine media forma περιβάλοντο ferri non posset. Haec si vere disputata sunt, quid aliud quam ita scripsisse Aeschylum existimabimus:

ἰὼ λιγείας μόρον ἀηδόνος·
περιβάλοντό οἱ πτεροφόρον δέμας
θεοί, γλυκύν τ' αἰῶνα κλαυμάτων ἄτερ.

Ita ergo quum tragici scribere non dubitauerint, quid est, quod de epicis et lyricis ambigamus, quibus tanto magis haec concedenda est venia, si tamen veniam quam necessitatem dicere malumus, quanto illi minus ab hiatu, quem tragici summopere reformidant, abstinendum duxerunt? At nimirum erunt fortasse, qui tantam locorum multitudinem vitiosam esse aegre sibi persuadeant. Hi vero reputent velim in plerisque illorum locorum, quos supra dixi emendandos esse, mutationem esse factam leuissimam, aliquoties etiam ne mutationem quidem omnino, quum melior lectio in antiquis esset codicibus; deinde illud cogitent, si qui loci paullo difficilius corriguntur, horum ad eos, in quibus hiatus vel productio optimo iure se tuetur, eamdem esse comparationem, ac duorum vel trium ad quingentos, vt minimum dicam. Quam comparationem si quis instituere volet, is eos conferat scriptores, qui omnium frequentissime isto pronomine vti sunt, Homerum dico, Aratum, Q. Smyrnaeum, eum denique, qui Orphica Argonautica scripsit. Sed satis de prosodia pronominis οἵ.

Iam vero vsum videamus et huius pronominis, et pluralis σφίν. Apud Homerum quidem οἵ semper sin-

Digitized by Google

gularis, σφὶν semper pluralis numeri est. Idemque pronomen quum datiui sit casus, inseruit tamen indicando genitiuo: τά οἱ ποτὲ πατρὶ φίλα φρονέων πόρε Χείρων, τὸν δέ σφιν ἄναχτα. Nec tamen propterea οἷ aut σφὶν per se genitiuum denotant, sed pariter ac μοὶ atque alia datiui sunt, quos commodi appellant. Illud obseruandum, in hac genitiui significatione in plurali σφὶν, non σφίσι, dici. Hunc vsum horum pronominum apud omnes inuenimus omnium temporum poetas, nisi quod σφὶν pro οἷ apud Sophoclem est in Oed. Col. 1490. Longe diuersa ratio in Orphei Argonauticis obtinet, tum communi vsu latius extenso, tum nouo addito. Exempla diligenter enumerani in indice. Nunc quaedam tantummodo promam, vt res clare perspici queat. Ac redit Orphicus vsus pronominum οἷ et σφὶν ad haec fere genera.

I. Primo vtrumque pronomen abundat additum nominibus, et quidem non modo ante nomina, quae ratio proxime accedit ad Homericum pronominis demonstratiui vsum, sed etiam post nomina, quamquam positura verborum fere alia, quam qua vti solet Herodotus, cuius quaedam exempla vide apud Gronovium p. 69. a. b. ed. Wessel. Afferam quosdam locos. V. 269.

ἦν οἱ ὑποτροπίην Ἄργος θέτο νηὶ μελαίνῃ.

Si modo οἷ hic non est cum verbo iungendum. Quanta enim huius pronominis ambiguitas multis in Orphei locis sit, infra patebit. Praeiuit Homerus, sed raro, ita vt hoc quoque ad inuestigandam singularum rhapsodiarum antiquitatem aliquid momenti habere videatur. Iliad. XIII. 600.

σφενδόνῃ, ἣν ἄρα οἱ θεράπων ἔχε ποιμένι λαῶν.

XIV. 423.

ἀλλ' ὅτις ἐ δυνήσατο ποιμένα λαῶν
ἐτάσαι.

Digitized by Google

Ita dixit, non ἐδυνήσατο. Redeo ad Orpheum. V. 170.

καὶ σφιν ἐν ἠνορέῃσι μετέπρεπεν ἡρώεσσιν.

Vſ. 582.

Πηλῆϊ δ' ἔδωκεν
θάσσονί οἱ ϛαδίοισι, ποδωκείης ἕνεκα σφῆς,
χλαῖναν πορφυρέην.

Et v. 678.

Φινεῖ δέ οἱ ὤπασαν ἄτην.

Idem etiam aliorum pronominum vſus eſt. Ac fortaſſe ſeruare debebam μὶν his in locis: v. 734.

ὃν δὴ Καλλίχορόν μιν ἐπωνυμίην καλέουσιν.

vſ. 941.

ὣς κέ μιν Ἀγροτέρην μειλιξάμενοι πεπίθοιμεν.

vſ. 1179.

ἦ μιν ἀποφθίσωσι καὶ ἰχθύσι κύρμα βάλωσιν
αἰνολεχῆ Μήδειαν.

vſ. 1199.

αὐτὰρ ἔπειθ' ὣς μιν Πλειτεὺς κυανότριχας ἵππους
ζευξάμενος κέρην ἐβιήσατο.

Ac σφὶν fortaſſe in μὶν mutari poterat v. 1258.

Λίτναίη τὸν φλόξ μιν ἐρητύει μεμαῶτα.

Quamquam non minora ſunt in his locis pro altera lectione argumenta. Similis vſus in poſſeſſiuo σφὸς eſt v. 868.

σφῆσιν ἀτασθαλίῃσι πολυφθόρε Αἰήταο.

II. Deinde pronomen οἱ etiam pro plurali tertiae perſonae ponitur, vt v. 687. de Cyaneis rupibus:

ἃ γάρ οἱ ὑπάλυξις ὀιζυροῖο πόνοιο.

Et ſequente nomine, vt v. 776.

ἀλλ' ἃ οἱ Μινύῃσιν ἐφήνδανε πᾶσι νέεσθαι,

vel participio, vt v. 497.

ἕνεκά οἱ πλώουσιν ἀνὰ πλατὺν Ἑλλήσποντον
εὖδιος ἀντεβόλησε μυχῷ ἔντοσθε γαλήνη.

Digitized by Google

III. Neque ſolum tertiae, ſed etiam primae perſonae eſt, vt v. 892.

δή τότε οἵ κατὰ θυμὸν ἐμηδόμεθ'.

Et ſecundae pluralis, vt v. 1242.

ἀλλά σφ' αὐτὸν ἐγὼ πρόφρων ξεινήϊα πέμψω.

Quae quidem perſonarum permutatio vt in hoc pronomine non ſit vſurpata ab aliis ſcriptoribus, non abhorret tamen a Graeci ſermonis natura, quandoquidem etiam μετὰ σφίσιν, *inter vos*, apud Homerum eſt. Nihilo minus iſta perſonarum permutatio in indiciis eſt aetatis recentioris. Nam, vt fieri ſolet, quae rara apud antiquos ſunt, quo facilius oculos mentemque in ſe conuertunt, eo magis placent recentioribus, ab iisque frequentantur, nunc tamquam lumina quaedam orationis, nunc etiam ob commoditatem. De pronominibus quidem potiora tetigit Wolfius in prolegomenis ad Homerum p. 247. ſeq.

IV. Porro quibusdam in locis, de quibus propter ambiguitatem non licet ſatis certam ferre ſententiam, dubitari poteſt, an οἵ pro genitiuo habendum ſit, et quidem alia ratione, atque apud antiquos. Et primum quidem nomine ſimpliciter addito, ſed eo aut tali, cui antiquiores vix adiecturi fuiſſent pronomen, aut longius remoto: v. c. v. 68.

ἤ οἱ ὑπ' εἰλατίνοις ἑρετμοῖς ἁλιμυρέα βένθη
πρώτη ὑπεξεπέρησε.

vſ. 178.

ἕνεκά οἱ Κύκλωπας ἀμαιμακέτοισιν ὀϊστοῖς
ἐν φθιμένοισιν ἔταξ'.

I. e. οἱ ἑρετμοῖς, οἱ ὀϊστοῖς. Ita intelligi poſſunt v. 305. 396. 411. 528. 532. 535. 591. 771. 791. 821. 1017. 1031. 1228. Et ſignificatione pluralis, v. 1279. χειρῶν δέ οἱ ἦκαν ἑρετμά. Aliis in locis ſequitur genitiuus nominis, ita vt praecedens οἱ eo genitiuo explicari, ipſumque genitiuo caſu dici videatur. Vt v. 224.

αὐτάρ οἱ Πελίαο Φεραιόθεν ἦλυθ' ἄνακτος.

Digitized by Google

vſ. 228.

σὺν δέ οἱ ἦλθεν ἕτης Ἡρακλῆος θείοιο.

vſ. 293.

ἀλλ' ἤ οἱ κάρτιστον ἀρειότερόν τε γενέσθαι
Ἡρακλῆος ἄνακτος ὀΐομαι.

Sic etiam v. 652. 683. 764. 773. 1167. 1182. 1314. 1319. Et pro plurali αὐτῶν v. 1166.

ἦ οἱ νῦν ἀνάπυσον ἀϊδρείην βασιλήων
νώνυμνος Φορέεσκον.

Quamquam, vt verum fatear, vix in vllo horum locorum οἵ genitiuum eſſe puto. Ita de his quoque ſentio v. 1217.

εἴ τίς σφι βροτῶν ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν
ναιετάει.

V. Sunt etiam loci, in quibus οἵ videri poſſit accuſatiuus eſſe, vt v. 659.

μολεῖν δέ οἱ ἔτι πέπρωτο
Φᾶσιν καλλίροον μένος ὄβριμον Ἡρακλῆος.

vſ. 680.

αὐτάρ οἱ ζαμενὴς Βορέης ϛροφάδεσσιν ἀέλλαις
ἁρπάξας ἐκύλινδε διὰ δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλας
Βιϛονίης.

vſ. 1316.

μή οἱ ἑλὼν ἀέκουσαν ἐὸν πέμψειε δομόνδε
Φαιήκων βασιλεύς.

Et pro plurali *nos* vel *eos*, v. 1360.

ὅς ῥά οἱ ἐκ εἴσα λιμένων ἔντοσθεν ἰκέσθαι.

Scio miram quibusdam viſum iri accuſatiui ſignificationem. Sed quare eam praeterire non debuerim, infra apparebit. In Orpheo tamen neſcio an hos locos, quos attuli, aliter interpretari oporteat.

VI. Etenim alius in Orpheo obtinet, isque certiſſimus vſus pronominis οἵ, qui quum creberrimus ſit,

Digitized by Google

merito videtur his quoque locis adhibendus esse. Coniungit enim Orpheus pronomen istud, et quidem fere cuiusuis personae et numeri significatione ita cum verbis, vt plane abundet. Vt v. 298.

ὅς ῥά οἱ ἤδη.

vs. 737.

τὴν οἱ παραίμενψε θέουσα
Ἀργὼ ὑπὲρ μέγα λαῖτμα.

Et pro prima personam v. 255.

καή οἱ ἀπὸ σηθέων ὄπα λείριον ἐξελόχευσα.

1166.

ἤ οἱ νῦν ἀπάπυσον αἰδρείην βασιλήων
νώνυμνος Φορέεσκον.

Deinde pro tertia pluralis v. 528.

αἶψα δέ οἱ Μινύαι κοίλης ἔντοσθεν ἔβησαν
νηὸς τευχήρεις.

839. 841.

ἠδέ τί οἱ νώνυμνοι ἐμοὶ ἐρίηρες ἑταῖροι.
ἠδέ τί οἱ πολέμων ἀδαήμονες ἔτε μόθοιο.

1038.

ἀλλά οἱ ἔτι λάθον Διὶ ἐπόψιον.

Vide v. 1179. 1279. 1284. 1341. 1380. Tum pro prima persona pluralis v. 892.

δὴ τότε οἱ κατὰ θυμὸν ἐμηδόμεθ'.

941.

ὥς κέ οἱ Ἀγροτέρην μειλιξάμενοι πεπίθοιμεν.

1214.

καή ῥά οἱ αἰγιαλοῖσιν ἐκέλσαμεν.

1270.

δὴ τότε οἱ πλώοντες ἐπέσχομεν ἐ μάλα τηλῦ
προβλῆτα σκόπελον.

Vide v. 764. 832. 939. Eodem modo σφίν, vt tertia persona pluralis, abundat v. 649.

Digitized by Google

αἳ δέ σφιν ἐσαθρήσασαι ἰόντας
κῆρον ἔτ' ἠΐθεον κατερύκακον.

1278.

ἐδέ σφι παραπλώσεσθαι ἔμελλον
φθογγὴν ἐλομένην.

Nisi hic σφὶ φθογγήν, *vocem Sirenum*, iungenda sunt. V. 1301. τὴν σφὶν ἴναον Φαίηκες. Et vt secunda pluralis v. 1241.

τοίῳ σφι λύθρῳ πεπαλαγμένοι ἐσέ.

Quin etiam σφὶν pro singulari οἵ positum abundare videtur v. 114. et v. 1217.

Tam varius et multiplex vsus pronominis οἵ facit, vt multis in locis non vno modo accipi possit. Quod etsi iam satis colligi potuit ex his exemplis, quae supra posui, iuuabit tamen rem vno alteroue exemplo clarius illustrare. V. c. v. 725.

ἔνθα καὶ αἰσά οἱ ἔσχε καταφθίσθαι δύο φῶτας.

Hic οἵ aut *iis*, i. e. Argonautis, significare, aut cum ἔσχε coniungi, aut cum καταφθίσθαι construi potest. Vel v. 791.

δμωσὶν δέ οἱ ὦκ' ἐπέτελλεν
ἵππους ἐντύνειν.

Vbi vel *suis ministris*, vel *suos equos* significare, vel cum ἐπέτελλεν vt abundans, vel eodem modo cum ἐντύνειν pro plurali coniungi potest.

Sed progrediamur iam eo, quo tendit nostra disputatio. Ac neminem fore arbitror, qui sibi persuadeat, nullo auctore, nullis aliorum exemplis tam singularem pronominis istius vsum ab Orpheo, quisquis ille fuerit, aut introduci, aut tantopere frequentari potuisse. Talia non nisi paullatim in sermonem inferuntur, et quosdam quasi gradus habent, quibus a priori consuetudine vsus deflectit. Quare si nullus exstaret scriptor, praeter Orpheum, in quo istius loquendi rationis vestigia reperirentur, potius interisse

Digitized by Google

illi, quos hic auctores habuit, existimandi essent, quam ipse princeps, qui hoc innouaret, exstitisse. Sed, nisi magnopere fallor, bono animo esse licet, quando, quos duces sequutus sit Orpheus, non temere indicat Q. Smyrnaeus, non ille quidem prorsus eadem, sed simili tamen ratione vsus. Etenim si nihil in Orpheo est, quod a Quinti aetate abhorreat; si plurima in eo reperiuntur, quae, vt infra ostendam, huius tantum aetatis propria sunt: si hic ipse pronominum vsus, quo nullum inueniri certius in tali causa indicium potest, illa ratione, quae apud Quintum est, tamquam fundamento nititur: quid aliud quam Orpheum, quem demonstrauimus antiquiorem Nonno esse, medium aetate inter hunc et Quintum fuisse censebimus? Quintum certe qui nimis prope admouerunt Nonno, orationis nescio qua morti similitudine, non attendisse ad dissimilitudinem, quae inter vtrumque poetam est, videntur.

Sed iam de vsu pronominum *οἵ* et *σφίν* apud Quintum dicamus. In qua disputatione ordinem sequemur eum, quem supra in Orphico pronomine instituimus, ita quidem, vt, si qua apud antiquiores similia exempla occurrunt, ea non praetereamus.

I. Ac primo quidem eodem modo, vt Orpheus, Quintus pronomen *σφίσιν* ante nomen posuit. VII. 474.

τῇ γὰρ σφίσιν ἔπλετο τεῖχος Ἀχαιῶν
ξυίτερον δηΐοισι μετὰ κλόνον ἐσσυμένοισιν.

Ita scribendum. Et post aliud pronomen II. 261.

τοῖς δὲ σφιν ἐπήλυθε νήδυμος ὕπνος.

Similiter IV. 445.

τὸν ῥά μιν Ἀγκαίοιο βίη ἐΐπτασκε πάροιθεν.

Prior hoc fecit Theognis v. 803. (783)

τόφνε καὶ σάθμης καὶ γνώμονος ἄνδρα θεωρὸν
εὐθύτερον χρή μιν, Κύρνε, φυλασσόμενον.

Digitized by Google

Sic enim rectius legitur vulgo, quam χρὴ μὲν, vt ex codd. et Ald. edidit Brunckius. Apollonius Rhodius I. 361.

εἴ κε θυηλαῖς
ἕ ἔθεν ἐξάρχωμαι ἀεθλεύων βασιλῆι.

IV. 1470.

μέμβλετο γάρ οἱ
ἕ ἔθεν ἀμφ' ἑτάροιο μεταλλῆσαι τὰ ἕκαστα.

III. 741.

τὴν δέ μιν αὖτις
αἰδώς τε συγερόν τε δέος λάβε μενοθεῖσαν.

Quem locum male distinxit Brunckius in appendice.

III. 1304.

τὸν δ' ἀμφὶ ἕ δηΐου αἴθος
βάλλεν ἅτε σεσοπή.

De quo loco vide not. ad Orph. Lith. 172. Ἕ μιν coniuncta commemorat Apollonius Dyscolus de syntaxi p. 185, 18. Et ita videtur vexatum illud οἵ αὐτῷ in Pind. Olymp. I. 91. intelligendum esse. Alia non dissimilia vide in Heinrichii obss. in auctt. vett. p. 6. 7. qui Callimacheum ὧν ὁ μὲν αὐτῶν non rara Nonni imitatione augere potuisset.

II. Pro plurali positum a Quinto esse οἵ non pro certo affirmauerim. Sunt tamen loci, qui huic suspicioni fauere videantur. Vt III. 730.

καὶ τὰ μὲν ἀμβροσίῃ καὶ ἀλείφατι πάγχυ δίηναν
κῦρα Νηρῆος, μέγ' Ἀχιλλέα κυδαίνουσαι·
ἐς δὲ βοῶν δημὸν θέσαν, ἀθρόα ταρχύσασαι
σὺν μέλιτι λιαρῷ· μήτηρ δέ οἱ ἀμφιφορῆα
ὤπασε, τόν ῥα πάροιθε Διώνυσος πόρε δῶρον,
Ἡφαίστῳ κλυτὸν ἔργον ἐϋφρόνως· ᾧ ἔνι θῆκαν
ὀστέ' Ἀχιλλῆος μεγαλήτορος.

Interpretes in hoc loco errant. Aut μήτηρ οἵ iungenda, *mater eius*, aut οἵ de Nereidibus intelligendum,

Digitized by Google

quae quidem interpretatio ad simplicitatem sermonis atque elegantiam optima foret. VIII. 342.

εἰ μὴ Ἀθήνη
ἔκποθεν Οὐλύμποιο θόρεν ποτὶ δάσκιον Ἴδην·
ἔτρεμε δὲ χθὼν δῖα· καὶ ἠχήεντα ἰδέσθαι
Ξάνθε, τόσσον ἔδεισε· δέος δ' ἀμφέκλασε θυμὸν
Νυμφάων· Φαβέοντο δ' ὑπὲρ Πριάμοιο πόληος·
δὴ γάρ οἱ μεγάλοιο Διὸς διεφαίνετο θυμός.

Nisi hic οἱ ad Mineruam spectat, quod quidem nescio an ex iis, quae sequuntur, refutari possit. In eodem loco, etsi repetitiones eiusdem rei amat Quintus, pro ἔδεισε coniicias ἄϋσε scribendum esse. Praeter hos alii loci, in quibus οἱ pluralem notare videatur, sunt III. 672. VII. 363. de quibus infra dicetur.

III. Οἱ primam vel secundam personam indicans non inuenitur in Quinto.

IV. Pro genitiuo autem, quam rationem nescio an vitauerit Orpheus, saepe οἱ est apud Quintum. Et primo quidem cum substantiuo remotiore V. 620.

ἠδέ οἱ ὠκυτάτοισιν ἀγαλλομένης ποσὶν ἵππης.

Deinde adiuncto genitiuo participii, quod prior fecerat Oppianus Hal. II. 66.

ἀλλά οἱ ἀλκὴ
ἤκα μαραινομένοιο παρίεται ἄφρονι νάρκῃ.

Et in secunda persona Lithicorum scriptor v. 169.

ὄφρα τοι εὐχομένοιο κλύοι θεός.

Si quidem in scriptore, qui alias non vtitur hac formula, lectio sana est. Quintus autem fecit saepissime, vt II. 244.

καί οἱ ἄμαρτε
τυτθὸν ἀλευαμένοιο.

III. 84.

ἐκ δέ οἱ αἷμα
ἔσσυτο τειρομένῳ.

Digitized by Google

139.

ἔτι γάρ οἱ ἀμαιμακέτοις ἐνὶ γυίοις
ἔζεεν αἷμα κελαινὸν ἐελδομένοιο μάχεσθαι.

Sic etiam 141. 152. 314. VI. 564. VII. 50. 208. 318. 584. VIII. 298. 316. XIII. 404. XIV. 575. 577. Idque imitatus est Nonnus I. 74. p. 12, 17.

καί οἱ ἀειρομένης ἐλελίζετο μυδαλέη χείρ.

XI. 375. p. 316, 32.

ἀπὸ βλεφάρων δέ οἱ αἰεὶ
κάλλος ὀϊζεύοντος ἑκηβόλος ἔρρεεν αἴγλη.

XXIX. 377. p. 762, 24.

καὶ ἐδείδιε, μή οἱ ὀπωπὴν
κάλλος ἀμαλδύνειε μελαινομένης Ἀφροδίτης.

Sed V. 156. p. 148, 22. in his:

καί οἱ ἑλισσομένης κεφαλῆς πολυδίνεϊ παλμῷ
ψευδαλέον σύριγμα διήρυγεν ἀνθερεῶνος,

Rhodomannus corrigebat ἑλισσομένῃ, quo non opus puto, si οἱ κεφαλῆς, *suo capite*, coniungantur. Quintus eodem modo etiam σφίν, σφίσι, νῶϊν construit. V. 492.

καί σφιν ὀδυρομένων γόος αἰθέρα δῖον ἵκανεν.

Scribe αἰθέρα δῖαν. XIV. 170.

καί σφιν ἄμ' ἀμφοῖν
δάκρυ κατὰ βλεφάρων ἡλείβετο ἡδὺ γοώντων.

333.

γήθεε δὲ σφιν
θυμὸς ἐελδομένων σφετέρην ἐπὶ γαῖαν ἱκέσθαι.

XII. 158.

δίχα δὲ σφίσι θυμὸς
ἔπλετ' ὀρινομένων.

X. 31.

νῶϊν δ' ἔσσεται ἄλγος ἀποφθιμένων ἐνὶ πάτρῃ.

Digitized by Google

Porro plane pro genitiuo, ne participio quidem aut nomine addito, Quintus vſurpauit οἷ. III. 216.

ἀλλά οἱ ἐκ ἀμέλησε θεοῖς ἐναλίγκιος Λΐας.

VII. 12.

Δαναοὶ δέ οἱ ἐκ ἀμέλησαν.

IX. 154.

ἀλλά οἱ ἐκ ἀμέλησε Μελάνθιος.

XII. 118.

οἱ δέ οἱ εἰσαΐοντες ἀπειρέσιον κεχάροντο.

XIII. 34.

οἵ ῥά οἱ ἔνδον ἐόντες ἐπέκλυον.

XIX. 242.

εἰ δέ οἱ ἐκ ἀλέγοντες ἐπιπλώοιτε θάλασσαν.

Sic etiam ſcriptor de viribus herbarum v. 126.

ὅτε οἱ πληξῆται ἅπαντα.

V. Interdum etiam οἷ apud Quintum accuſatiuus eſt, quod ſane vix eſſet credibile, niſi origo huius ſignificationis indicari poſſet. Atque haec pariter vt genitiui ſignificatio ab Homeri interpretibus repetenda eſt. Schol. Ven. ad Iliad. XIX. 384. *τὴν οἷ ἀντωμίαν περισπᾷ ὁ Ἀσκάλωνίτης, καὶ φησὶ κεῖσθαι δοτικὴν ἀντὶ γενικῆς. οἱ δὲ βαρυτονοῦσιν. ἔστι μὲν ἓν καὶ ἐγκλιτικὴν εὑρέσθαι τὴν οἷ ἀντὶ γενικῆς κειμένην, ὥσπερ ἐπὶ τῆ,* (Iliad. XXIII. 387.) *οἱ δέ οἱ ἐβλάφθησαν. ἔστι δὲ καὶ ὀρθοτονουμένην ἀντὶ αἰτιατικῆς, ὥσπερ ἐπὶ τῆ,* (Odyſſ. XVII. 330.) *νεῦσ' ἐπὶ οἷ καλέσας, καί,* (Iliad. XX. 418.) *πρσὶ οἱ δὲ λάβ' ἕνταρα.* Idem ad XX. 418. *περισπασέον τὴν οἷ· ἐκ γὰρ πρὸς ἑαυτόν.* Sic igitur Quintus III. 57.

ἀλλά οἱ ἔτι
ἔτ' αὐτὸς Κρονίδης ἔτ' ἀνέξεται, ἔτε τις ἄλλος
ἔτω μαργαίνοντα καὶ ἀντιόωντα θεοῖσιν.

131.

ἠδέ οἱ ὀφθαλμοῖσι κατανπίον εἰσοράασθαι
ἔσθενεν.

Digitized by Google

Nisi hic datiuus est, vt in hoc, ἐςέδρακον ἀλλήλοισιν IV. 300. Acculatiuus fortasse etiam intelligendus est in VII. 363.

τρομέεσι δὲ οἱ θεοὶ αὐτοί.

VI. Denique apud Orpheum vidimus οἵ et σφίν verbis coniuncta abundare, Cuius loquutionis antiquissimum exemplum fortasse proferat aliquis ex versibus Empedoclis, quos seruauit Simplicius lib. I. in Aristot. Phys. p. 34. a. extr.

ἄρτια μὲν γὰρ αὐτὰ ἑαυτῶν πάντα μέρεσσιν,
ἠλέκτωρ τε, χθών τε, καὶ ἠερανός, ἠδὲ θάλασσα,
ὅσσα φιν ἐν θνητοῖσιν ἀποπλαγχθέντα πέφυκεν.

Sed hic locus non immunis a vitio est. Nam quum sensus esse debeat, paria esse, quae ab elementis orta sint mortalia, apertum est, aut copulam deesse, aut, quod probabilius videtur, aliam obtinere corruptelam. Tolleret has difficultates, qui scriberet, τῶν θ' ὅσ' ἐνὶ θνητοῖσιν ἀποπλαγχθέντα πέφυκεν. Sed leniori mutatione videtur locus sanari posse:

ἄρτια μὲν γάρ τ' αὐτὰ ἑαυτῶν πάντα μέρεσσιν,
ἠλέκτωρ τε, χθών τε, καὶ ἠερανός, ἠδὲ θάλασσα,
ὁσσάκις ἐν θνητοῖσιν ἀποπλαγχθέντα πέφυκεν.

Paria, inquit, elementa sunt, quoties dispersa in rebus mortalibus inueniuntur. Herodoti locum, I. 196. in quo οἵ abundabat, praeclare sanauit Wyttenbachius in Ecl. hist. p. 354. Eodem iure etiam Nicandro eripietur abundans φίν. Hic in Alex. v. 124. ita scribit:

αὐτοὶ δ' ἀσχαλόωσιν, ἄλη δέ φιν ἤθεα φωτὸς
ἄψυχος πεδάει· ὃ δ' ἀελπέα δάμναται ἄτῃσι.

Scholiastes: τὸ σφὶ παρέλκει. περιφρασικῶς δὲ ἤθεα φωτός, ἀντὶ τῆ τὸν φῶτα, ὅ ἐςι τὸν ἄνδρα. Immo ἤθεα φωτὸς simpliciter significat ἤθεα, qualia vir habere solet, i. e. sanam mentem; quae loquutio deriuata videtur ex illo Homeri, quamquam dissimillimo, μήδεα

Digitized by Google

φωτός, vnde Nicander alibi μέζεα φωτός; φίν autem pertinet ad eosdem, quos antea ἀσχαλᾶν dixerat. Neque obstat pronomen ὅ, quod fraudem fecit scholiastae. Nihil enim vlitatius apud Nicandrum, quam haec singularis numeri et pluralis confusio. Non maior videtur auctoritas esse alius loci, qui est in Ther. 725.

ἀσέριον δέ φιν ἄλλο πιφαύσκει.

Vbi φίν, si lectio sana est, non modo singularem numerum, sed secundam quoque personam indicat. Quod equidem quum vix ferendum putem, vitium esse in hoc loco suspicor. Ac nisi forte in his ipsis vocabulis δέ φιν aliquid turbatum est, quorum loco apte diceretur δέ τοι, vel γὲ μέν, quibus saepe vtitur Nicander: πιφαύσκεο, vt aliorum locorum, veluti v. 637. recordatione natum, in πιφαύσκω mutandum duxerim. Ita φίν, negligentia quadam dictum, intelligetur de iis, qui phalangiorum morsu laesi fuerint. De his enim modo dixerat. Similiter loquitur v. 837.

οἷσιν ἐγὼ τὰ ἕκαστα διείσομαι ἄρκια νόσων.

Quod male interpretatum esse scholiasten ἐφ' οἷς, et res ipsa docet, et ex his v. 493. patet:

τῶν μὲν ἐγὼ θρόνα πάντα καὶ ἀλθητήρια νόσων
φύλλα τε, ῥιζότομόν τε διείσομαι ἀνθράσιν ὥρην.

Illud φίν, vt hoc obiter addam, vereor ne v. 789. reddendum sit Nicandro, vbi nunc corrupto metro est, βορεὴ δ' ἐσκλήκασι χηλαί, correpta tertia perfecti, quod quibusdam grammaticis placuit: v. canon. prosod. post librum nostrum de em. rat. Gr. gram. p. 444. Ibi igitur videtur Nicander scripsisse, βορεὴ δέ φιν ἐσκλήκασιν. Nam χηλαὶ speciem habet interpretationis. Eodem vitio liberandum Rufini epigr. 20.

ἀλλὰ τὸ σῶμα
κέκραγεν, ὡς βελέων δεξάμενον φαρέτρην.

Digitized by Google

Ibi est quod impediat, ne quis κέκραγ' emendare velit. Sed delendum ὡς. Participium pro infinitiuo positum.

Progredior ad Quintum, quando in aliis scriptoribus frustra est abundans οἵ vel σφίν quaerentis opera. Ac ne de Quinto quidem quidquam affirmauerim, apud quem σφίν nusquam abundat, οἵ autem etiam alias explicationes admittere videtur. Sic IX. 149.

ἔνθ' ἄρα Δηΐφοβος κρατερὸν κτάνεν ἡνιοχῆα
* * Ἱππασίδην· ὃ δ' ἀφ' ἅρματος αἰψηροῖο
ἤριπεν ἀμφὶ νέκυσσιν· ἄχος δέ οἱ ἔσχεν ἄνακτα.

Homerus ἄνακτά οἱ de rectore equi diceret; Quintus socium intelligit illius, qui occisus est, vt ex his patet XI. 447.

καὶ τότε οἱ θεράπων πολὺ φέρτατος ἐν δαὶ Λυκῆων,
Ἀλκιμέδων ἐρίθυμος, ἑῷ πίσυνος βασιλῆϊ.

Alio in loco, quem supra iam attuli, VII. 363.

τρομέεσι δέ οἱ θεοὶ αὐτοί,

οἵ potest accusatiuus esse. Non multo magis fauere videntur alii loci. III. 670.

καὶ τότε δὴ μεγάλοιο νέκυν Πηλῃϊάδαο
Ἀργείοι πυρὶ δῶκαν, ἀάσπετα νήσαντες
δῆρα, τά οἱ Φορέοντες ἀπ' ἔρεος Ἰδαίοιο
πάντες ὁμῶς ἐμόγησαν.

Hic certe non minus οἵ ad Achillem, quam ad eos, qui ligna congerebant, referri potest. VI. 143.

τῷ δ' ἄρα κύδιμον υἷα Πάρις μάλα πρόφρονι θυμῷ
ἤγεν ἐὸν ποτὶ δῶμα δι' εὐρυχόροιο πόληος,
σῆμα παρ' Ἀσσαράκοιο καὶ Ἕκτορος αἰπὰ μέλαθρα,
νηόν τε ζάθεον Τριτωνίδος, ἔνθα οἱ ἄγχι
δώματ' ἔσαν καὶ βωμὸς ἀκήρατος Ἑρκείοιο.

Vt haec nunc leguntur, Iouis Hercei aedes et ara intelligi debent, ita vt οἵ abundet. Sed probabilius est,

Digitized by Google

domum Paridis intelligi, et de Paride dici οἵ: quare ſcribendum videtur βωμὸν ἀμήρατον, ad quae verba repetendum ſit παρά. Comparari poteſt XIII. 435. ſeqq. Porro VII. 544.

ὣς δ' ὅτε παιπαλόεσσαν ὁδὸν κάτα ποσσὶν ἰόντες
ἀνέρες ἀθρήσωσιν ἀπ' ἔρεος αἰσσοντα
χείμαῤῥον, ναναχῇ δὲ περιβρομέει πέρι πέτρη,
ἐδδέ τί οἱ μεμάασιν ἀνὰ ῥόον ἠχήεντα
δύμεναι ἐγκονέοντες.

Ita ſcribendus hic locus. Sed οἵ pertinet ad ῥόον, et ſpectat ad χείμαῤῥον. X. 42.

εἰ δέ οἱ ἆρ κἀκείνῳ ἀπεχθόμενοι θανέωμεν.

Niſi ſcripſit, εἰ δέ κεν ἆρ κἀκείνῳ, certe οἵ ad Iouem referri videtur, addito alio pronomine, κἀκείνῳ. Similem locum addam Tryphiodori v. 198.

αὐτὸς δ' ἐν κεφαλῇ σκοπὸς ἔζετο· τὼ δὲ οἱ ἄμφω
Ἀτρεΐδαι ἐκέλευσαν ὑποδρηςῆρας Ἀχαιὸς
χῦσαι λάϊνον ἕρκος ἐϋγναμπτοισι μακέλλαις.

Hic οἵ, niſi abundat, cum ἕρκος coniungendum et ad equum Troianum referendum eſt.

Ipſe mihi, ne non ſat firmis praeſidiis muniri videatur mea disputatio, hos locos eripui. Sed non eſt tamen diſſimulandum, accidere Quinto potuiſſe, quod in Orpheo factum videmus, vt οἵ, vbi ſuperfluum eſſet, correctorum ſedulitate expelleretur. Ea ſuſpicio duplici nititur fundamento. Primum enim aliquot in locis, vbi communis ſignificatio obtinet, permutatum inuenitur cum aliis, et quidem iisdem vocibus, quae in Orpheo eius locum occuparunt, vt cum γέ, V. 585. cum ἕ, III. 183. cum τί, XIV. 494 cum μίν, I. 339. VI. 250. 411. X. 102. vbi ſemel introducto μίν etiam in ſequente verſu pro datiuis ſcripti ſunt accuſatiui. Similiter III. 350. vbi vulgo,

Digitized by Google

οἱ δὲ οἱ ὡς ἄθρησαν ὑπὸ σθεναρῇσι χέρεσσιν
πολλὰς ἐκπνείοντας,

cod. Caes. A. habet οἱ δ' ὡς εἰςάθρησαν. VII. 246. vbi vulgo,

τῷ δ' Ἄτροπος ἥντετο Μοῖρα,
ἣ ὑπέκλασε νόσον,

ἥ οἱ ὑπέκλασε est in codd. Ven. Neap. Vatt. A. B. Γ. ed. Ald. VII. 358.

οἷος Ἄρης ὅτε μῶλον ἐπέρχεται αἱματόεντα
χωόμενος δηΐοισι μέμηνε μέγα θυμός.

Hic cod. Matr. A. habet μέμηνε λίαν. Vat. Γ. rectè μέμηνε δέ οἱ μέγα θυμός. Alibi prorsus abest οἱ, vt V. 551.

ἐπεὶ πατρὸς ἓν ἔτ' ἐόντος
νηπίαχοι κομέονται ὑπ' ἀνδράσι μάλα πολλὸν
χειροτέροις.

Scribendum οἱ μάλα πολλὸν χειροτέροις. Quo magis dubitari potest, an non sit delendum cum codd. Caes. A. Vatt. A. B. in his IX. 464.

ἔνομαι πατρὸς ἑοῖο. θοῶς δέ οἱ ἰάχησαν Ἀχαιοὶ
πάντες κυδαίνοντες ὁμῶς Ἀσκληπιῷ υἷα.

Certe Quintus θοῶς δέ οἱ ἴαχε λαός, vel θοῶς δ' ἐπὶ οἱ ἰάχησαν, omisso nomine proprio, vel alia etiam ratione scribere potuit. Nec IV. 25.

αἰεὶ δὲ οἱ Φρεσὶν ἧσιν ἐμαίνετο λοίγιον ἔγχος,

οἱ, sed δέ, vt recte vidit Rhodomannus, expungi debet.

Deinde vero quibusdam in locis aut lacuna, aut particula non satis apta facit, vt οἱ abundans expulsum esse suspicari liceat. Sic I. 32.

ὐδὲ ΝΥ ἔσι θεὰς ἀλιτόνθ' ὑπαλύξαι.

In quo loco supra dixi τιν' emendandum videri, donec de οἱ certius constet. VI. 644.

καί νύ κεν * τότε Τρῶες ἐνέπρησαν πυρὶ νῆας,

Digitized by Google

VII. 393.

νῆυς δ' ἔθεεν κατὰ πόντον, ἐπισπομένου
τυτθὸν ἐπιψαύουσα πολυῤῥοίοιο θαλάσσης
πορφύρεον δ' ἑκάτερθε περὶ τρόπιν ἔβραχε
αἶψα δὲ * μέγα κῦμα διήνυσε ποντοπορεῦσα

VIII. 258.

οὐδέ οἱ ἶσον Ἄρηϊ πέλει σθένος, ὅς. ΜΙΝ ἀρ
ἡμῖν ἐλδομένοισι.

IX. 205.

οὐδὲ μὲν ἐσθλοῖς
Τρώων ἡγεμόνεσσι δέος πέλεν, ἀλλὰ καὶ αὐτ
ἐκ θυμοῖο μάχοντο, καὶ ἀνέρας αἰὲν ἔρυκον
χαζομένους· πολέες δέ ΓΕ οὐκ ἀλέγοντες ἀνάκ
ἐκ πολέμοιο φέβοντο, μένος τρομέοντες Ἀχαι

443.

οἱ δ' ΑΡ' ΕΣ Ἑλλήσποντον ἐπ' ἰχθυόεντ' ἀφίκοντ

516.

ὦ φίλος, οὔ τοι ἐγὼν ἔτι χώομαι, οὐδὲ μὲν ἄλλ
Ἀργείων, εἴ τις * ἔτ' ἤλιτεν εἵκεκ' ἐμεῖο.

Quamquam hic non contemnendam lectionem praebent codd. Ven. Neap. Caes. A. Vatt. A. B. Γ. τῶν ἔ τις. X. 224.

δὴ τότε ΔΗ Ποίαντος ἀμύμονος ὄμβριμος υἱὸς
ἐμμεμαώς, θοὰ τόξα τιταίνων οἷ μέγ' αὔτει.

XI. 62.

ἄμφω ἐπιστάμενοι δόλον ἰχθύσι μητίσασθαι
αἰνὸν ὑπ' ἀγκίστροιο, βαλεῖν ΔΕ ΤΕ εἰς ἅλα δῖα
δίκτυα.

Quem locum supra tractaui sic, vt οἷ euitarem. XII 353.

ἢ νῶϊν· νῦν γὰρ * ὀΐομαι ἐσσυμένως περ
ἀργαλέου πολέμοιο τέκμωρ εὔδηλον ἔσεσθαι.

Male hic legitur πολέμου. XII. 565.

Digitized by Google

ἀκηδέες ἐντύνοντο
εἵτας λυγρήν. μάλα γὰρ PA ἐπήϊεν ὑσατίη νύξ.
ἵν reponit Rhodomannus. XII. 576.
μάλα γὰρ * δέχνυτο πῆμα.
Caef. A. σφίσι addit. XIII. 233.
ὁππότ' ἄποινα περὶ κταμένοιο Φέρεσκον
Ἕκτορος, ὃν * ἔπεφνε πατὴρ τεός.
Caef. A. addit ῥά, quod parum prodeſt. XIII.

ὃ γὰρ δὴν ἐπὶ κῦδος ἀέξεται ἀνθρώποισιν
ἀλλ' ἄρα * καὶ ὄνειδος ἐπέσσυται ἀπροτίοπτον.
veterrimi codd. ἀλλ' ἄρα πὲ καί. Dausqueius καί.
III. 251.
οἳ δ' ΕΠΙ Ἀσυάνακτα βάλον Δαναοὶ ταχύπωλοι
πύργῳ ἀφ' ὑψηλοῖο.
Nolo, vt in re incerta, plures locos congerere. Ipero apertum eſſe, ſi hi loci, quos attuli, cum Orphicis, in quibus οἳ oblitteratum fuit, compatur, non leuem eſſe ſimilis corruptelae in Quinto icionem, praeſertim quum etiam pronomen poſuum abundet in his XIV. 12.
τὰς μὲν ἔτ' ἀδμήτας καὶ νηΐδας οἷο γάμοιο.
XI. 24.
ἐππόθ' ἑοῖο
δάμναθ' ὑπ' ὠδίνεσσι πολυτλήτῳσιν ἀνίης
θεσπεσίῳ τοκετοῖο.
de quo loco ſupra dictum. Laetabor, ſi ſuſpicionem meam confirmatam videro Tychſenii opera, quem in eo nunc eſſe accepimus, vt promiſſam olim Quinti editionem in publicum emittat. Quod ille gratiſſimum faciet doctis hominibus. Mittam igitur haec, quae nunc quidem non niſi coniectura nituntur: illa, quae certa ſunt, vrgebo. Haec quo redeant, non eſt obſcurum. Etenim Orpheus prono-

Digitized by Google

VII. 393.

νῆυς δ' ἔθεεν κατὰ πόντον, ἐπισπομένη ἀνέμοιο,
τυτθὸν ἐπιψαύουσα πολυχρόιοιο θαλάσσης·
πορφύρεον δ'-ἑκάτερθε περὶ τρόπιν ἔβραχε κῦμα·
αἶψα δὲ * μέγα κῦμα διήνυσε ποντοπορεῦσα.

VIII. 258.

ἠδὲ οἱ ἶσον Ἄρηϊ πέλει σθένος, ὅς. MIN ἀρήγει
ἡμῖν ἐλδομένοισι.

IX. 205.

ἠδὲ μὲν ἐσθλοῖς
Τρώων ἡγεμόνεσσι δέος πέλεν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ
ἐκ θυμοῖο μάχοντο, καὶ ἀνέρας αἰὲν ἔρυκον
χαζομένους· πολέες δὲ ΓΕ ἐκ ἀλέγοντες ἀνάκτων
ἐκ πολέμοιο φέβοντο, μένος τρομέοντες Ἀχαιῶν.

443.

οἱ δ' ΑΡ' ΕΣ Ἑλλήσποντον ἐπ' ἰχθυόεντ' ἀφίκοντο.

516.

ὦ φίλος, ἤ τοι ἐγὼν ἔτι χώομαι, ἠδὲ μὲν ἄλλῳ
Ἀργείων, εἴ τις * ἔτ' ἤλιτεν εἰκεκ' ἐμεῖο.

Quamquam hic non contemnendam lectionem praebent codd. Ven. Neap. Caef. A. Vatt. A. B. Γ. τῶν εἴ τις. X. 224.

δὴ τότε ΔΗ Ποίαντος ἀμύμονος ὄμβριμος υἱὸς
ἐμμεμαώς, θοὰ τόξα τιταίνων οἷ μέγ' ἀὔτει.

XI. 62.

ἄμφω ἐπισάμενοι δόλον ἰχθῦσι μητίσασθαι
αἰνὸν ὑπ' ἀγκίστρου, βαλεῖν ΔΕ ΤΕ εἰς ἅλα δῖαν
δίκτυα.

Quem locum supra tractaui sic, vt οἷ euitarem. XII. 353.

ἦ νῶϊν· νῦν γάρ * οἴομαι ἐσσυμένως περ
ἀργαλέῳ πολέμοιο τέκμωρ εὔδηλον ἔσεσθαι.

Male hic legitur πολέμῳ. XII. 565.

Digitized by Google

ἀκηδέες ἐντύνοντο
δαῖτα λυγρήν. μάλα γάρ ΡΑ ἐπήϊεν ὑσατίη νύξ.

Hic σφὶν reponit Rhodomannus. XII. 576.

μάλα γὰρ * δέχνυτο πῆμα.

Cod. Caeſ. A. σφίσι addit. XIII. 233.

ὁππότ' ἄποινα περὶ κταμένοιο φέρεσκον
Ἕκτορος, ὃν * ἔπεφνε πατὴρ τεός.

Cod. Caeſ. A. addit ῥά, quod parum prodeſt. XIII. 248.

ὃ γὰρ δὴν ἐπὶ κῦδος ἀέξεται ἀνθρώποισιν
ἀλλ' ἄρα * καὶ ὄνειδος ἐπέσσυται ἀπροτίοπτον.

Tres veterrimi codd. ἀλλ' ἄρα πὰ καί. Dausqueius καί. οἱ. XIII. 251.

οἳ δ' ΕΠΙ Ἀσυάνακτα βάλον Δαναοὶ ταχύπωλοι
πύργῳ ἀφ' ὑψηλοῖο.

Nolo, vt in re incerta, plures locos congerere. Illud ſpero apertum eſſe, ſi hi loci, quos attuli, cum tot Orphicis, in quibus οἳ oblitteratum fuit, comparentur, non leuem eſſe ſimilis corruptelae in Quinto ſuſpicionem, praeſertim quum etiam pronomen poſſeſſiuum abundet in his XIV. 12.

τὰς μὲν ἔτ' ἀδμήτας καὶ νηίδας οἷο γάμοιο.

et XI. 24.

ὁππόθ' ἑοῖο
δάμναθ' ὑπ' ὠδίνεσσι πολυτλήτῳσιν ἀνίης
θεσπεσίῃ τοκετοῖο.

De quo loco ſupra dictum. Laetabor, ſi ſuſpicionem meam confirmatam videro Tychſenii opera, quem in eo nunc eſſe accepimus, vt promiſſam olim Quinti editionem in publicum emittat. Quod ille gratiſſimum faciet doctis hominibus. Mittam igitur haec, quae nunc quidem non niſi coniectura nituntur: illa, quae certa ſunt, vrgebo. Haec quo redeant, non eſt obſcurum. Etenim Orpheus prono-

Digitized by Google

men istud maxime verbis, ita vt abundet, solet adiungere: Quintus pro genitiuo et accusatiuo ponit. Vtriusque commune est hoc, quod istud pronomen suo quisque modo tantopere frequentant, vt paene fulciendis versibus inseruire videatur. Quod si quaerimus, vter hac ratione prior vsus sit, Quintum dicamus necesse est. Hic enim declinauit tantummodo ab antiquiorum consuetudine, non nouum vsum introduxit. Et declinauit quidem paullatim et gradibus quibusdam. Nam quum apud antiquos οἵ saepe ita collocaretur, vt, quamquam datiuus esset, genitiui loco poni videretur, primo genitiuum participii ei adiunxit; deinde etiam sine eiusmodi genitiuo ita vsurpauit, vt prorsus instar genitiui esset; denique, quum semel exuta datiui natura pro alio casu poneretur, eo progressus est, vt etiam accusatiui locum tenere posse crederet. Non ita, qui vsus apud Orpheum est, ab antiquis potest deduci. Atqui si hic aetate posterior fuit Quinto, origo Orphici vsus, quae aliter prorsus obscura esset, plana est atque aperta. Etenim si semel instar fulcri versuum frequentabatur οἵ; si saepe ambiguum erat, vtrum singularis an pluralis esset; si plurimis in locis dignosci vix poterat, vtrum pro genitiuo vel accusatiuo poneretur, an cum verbo coniunctum abundaret: quid mirum, si Orpheus lectores suos, iam satis simili licentiae adsuetos, non offensum iri abundante isto pronomine censuit? Ac profecto, qui locos vtriusque scriptoris, quos supra protulimus, comparare volet, non poterit non fateri, multos eorum tam inter se similes esse, vt nihil plane interesse videatur, vtrum aliquis οἵ Quinti more, an Orphei intelligat. Exempli caussa in hoc:

ἠδέ τί οἱ μεμάασιν ἀνὰ ῥόον ἠχήεντα
βήμεναι ἐγκονέοντες.

Vel in illo:

εἰ δέ οἱ εἰσαΐοντες ἀπειρέσιον κεχάροντο.

Digitized by Google

Cui quid poteſt eſſe ſimilius, quam Orphicum illud v. 695.

τῷ δέ οἱ εἰσαίοντος ἐπαχνώθη φίλον ἦτορ.

Caeterum illud non eſt praetereundum, quemadmodum οἱ apud Orpheum abundat, ita in orientalium populorum linguis pronomen ſuffixum abundare: vt Geneſ. II. 19. Exod. XVIII. 27. Deut. XXIII. 3. Iud. VII. 8. Iob. XII. 11. Prou. XIII. 13. Ieſ. XXXI. 8. Dan. XI. 8. Hoſ. VIII. 9. Et apud interpretem Syrum Marc. I. 14. Luc. II. 29. II. Cor. V. 10. Horum locorum omnium indicium debeo Io. Aug. Henr. Tittmanno. Viderint ergo, qui orientalium linguarum cognitionem cum Graecis litteris coniungunt, an peregrinam originem habeat abundans illud οἱ. Vtcumque res eſt, nihil, vt ſpero, detrahetur iis, quae ſupra disputata ſunt. Quum enim, quantum equidem exiſtimare poſſum, nihil in Orphei Argonauticis reperiatur, quod aut ingenium, quale eſſe hominum ſub oriente ſolet, aut dictionem ſimilem illorum ſermoni prodat, manebit illud, quod ſupra efficere operam dedi, vt niſi origo, certe vſus iſtius loquendi rationis e Graecis ſcriptoribus confirmari debeat.

